
Johannes Philippi, Doctor, Comes Palatinus Cæsareus,
In Promacho hoc Curia Lipsensis sæpè DEO Jus plantat.
peranagr.
In Promacho hoc gnavô Lipsensis Curia sacrum
Sæpe DEO plantat Jus solidumq; facit.
debiti honoris et observantiæ causa
adiiciebat
M. Johann Frenkel
J. B. Paravicin, sculp.

USUS PRACTICUS INSTITUTIONUM JUSTINIANEARUM

per insigniores
ex singulis Titulis
congestas
& celebriorum Dicasteriorum Præjudiciis
corroboratas

ECLOGAS

demonstratus

COLLECTORE

D. JOHANNE PHILIPPI,
Lyg. Siles. Com. Palat. Cæsar. Scabinat. Electoral. Lips. ac Cur. Provincial. infer. Lusat. Assessore,
ut & dict. Civit. Lipsiens. ProcoS.

* * *

in Nova hac editione
accesserunt
Synopticæ Eclogarum qvæstiones
auctore
FRIDR. GEISLERO, D. & PP.

LIPSIÆ,
Sumtibus JOH. CHRISTOPHORI TARNOVII,
LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.
ANNO M DC LXXVII.

SERENISSIMO. AC. POTENTISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DN. JOHANNI GEORGIO. II.

DUCI. SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. AC. MONTIUM. SACRI. ROMANI. IMPERII. ARCHI-MARESCHALLO. ET. ELECTORI. LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCHIONI. MISNIÆ. SUPERIORIS. AC. INFERIORIS. LUSATIÆ. BURGGRAVIO. MAGDEBURGENSI. COMITI. DE. MARCA. ET. RAVENSBURG. DYNASTÆ. IN. RAVENSTEIN. ETC.

AUGUSTO. PIO. FELICI. JUSTO. PACIFICO.

DOMINO. MEO. CLEMENTISSIMO.

CUJUS. SALUTEM. ORBIS. CHRISTIANI. SALUTEM. VERUS. DICO. JURATUS. DICO.

STRENAM. VOTIVAM. SUPPLEX OFFERO.

FELI-

FELICITATEM.

QVAM.

EXACTA. SECULA. INVIDEANT.
NOSTRA. TEMPORA. OBSTUPESCANT.
VENTURA. ÆTAS. ADMIRETUR.

DEVOTE. PRECATUS.

HOC. QVICQVID. SCRIPTIONIS. EST.

CUM.

HUMILIMI. OBSEQVI. RELIGIOSA. CONTESTATIONE.
BENEFICIORUM. INFINITORUM. PUBLICA. CELEBRATIONE.
DENIQVE. ULTERIORIS. GRATIÆ. OBSEQVIOSA. IMPLORATIONE.

CONSECRO.

SERVUS. ET. SUBDITUS. SUBJECTISIMUS.

Johann Philipp,
J.U.D.

MARGGRAVIATUS. INFERIORIS. LUSATIÆ. STATUS. EMINENTISIMOS.

QVORUM.

ET. REVERENDISIMAM. DIGNITATEM.
ET. ILLUSTRISIMAM. GENEROSISIMAMQVE.
FAMILIARUM. PROPAGINEM.

ET. SANGVINIS. NOBILITATEM. ANTIQVAM.
ET. IN. REBUS. CIVILIBUS. TRACTANDIS. PERITIAM.
VENERANTUR. INCOLÆ. ÆSTIMANT. EXTERI.

QVIVE.

FELICITATIS. PUBLICÆ. CONSERVATORES. OPTUMI.
FACINORIBUS. ILLUSTRIBUS. IN. SALUTEM. PUBL.
IMMORTALITER. MERITI. SUNT.

DOMINOS. MEOS. GRATIOSISIMOS.
PATRONOS. OBSERVANDISIMOS.
FAUTORES. SUSPICIENDOS,

IN
ÆTERNAM. TANTORUM. NOMINUM. GLORIAM.

GRATISSIMAMQVE. BENEFACTORUM. MEMORIAM.

INSCRIPTIONE. HUJUS. LIBRI. MEI. VENEROR.

PERPETUUS. EORUM. VENERATOR. ET CULTOR.

Johann Philipp,
J.U.D.

INCLUTÆ. CIVITATIS.
LIPSIENSIS.

MODERATORIBUS.

PRUDENTISSIMIS.
CONSULIBUS. MAGNIFICIS.
TOTIQVE.

ORDINI. SENATORIO.

NOBILISSIMO. AMPLISSIMO.
PATRONIS. FAUTORIBUS. AMICIS.

QVORUM.

COLLEGARUM. PER. ANNOS. XIV.
COLLEGA.

ET. IN. PRINCIPEM. SUUM. FIDEM. INTEMERATAM.
ET. REGENDI. PRUDENTIAM. ADMIRABILEM.
ET. PRO. CIVIUM. SIBI. CREDITORUM. SALUTE.
CURAM. SOLICITAM.

ET. ERGA. ÆQVALES. CANDOREM. INFUCATUM.

DUDUM. PUBLICO. PRIVATOQVE. NOMINE.
VENEROR. COLO.

OFFICIORUM. PROMTISSIMORUM. MUTUIQVE.
AFFECTUS.

IN. HAC. ECLOGARUM. MEARUM. INSCRIPTIONE.

MONUMENTUM.

A. QVO. DOLUS. MALUS. ABEST.
EXTARE. VOLUI.

JOHANN. PHILIPP.
J.U.D.

Syno-

Synopticæ
ECLOGARUM PHILIPPICARUM
Qvæſtiones
auctore
Fridr. GEISLERO, Reuſſendorff-Sileſio,
Phil. & J.U.D. ac Prof. Publ. Lipſiæ.

1.

Ecloga 1. ex pr. verb. jus suum cuiq.

1. t. 1. de Justitiâ & Jure.

utrum Nobiles & Studiosi (æqvè ac Ignobiles & Vilioris conditionis homines) propter Furtum *Suspendii* pœnâ afficiuntur, an verò (uti Aliàs) *Mitius* puniuntur?

Suspenduntur.

2.

Ecloga 2. ex §. hujus studii 4.

an *Publicum* Jus [aliud de Arcanis imperii] æqvè ac *Privatum* in academiis docendum est:

Docendum est, scilicet 1. secundùm capita *Generalia* potiùs, qvàm Specialia. 2. qvoad Negotia *Transacta* potius, qvàm adhuc Controversa. 3. ore *Modesto*, non Temerario.

3.

Ecloga 3. ex §. Jus autem Civile 1. vers. sed jus qvidem Civile. verb. ex unaqvâq. Civitate.

1. t. 2. de jure Naturali Gent & Civili.

an *Civitatis Urbis*ve nomine etiam *Suburbia* comprehenduntur?

Affirmatur 1. si Civitas sumitur [non *Materialiter & propriè*, qvoad Situationem & Ædificia; sed] *Formaliter & generaliter*, qvoad Jura & Ordinationem. 2. nisi *Diversitas rationis* subsit.

4.

Ecloga 4. ex eod. §. 1.

an Statuta & Municipalia jura alicujus provinciæ ac civitatis, *Extraneos sive Forenses* homines [qvi cives aut incolæ non sunt] Obligare possunt?

Negatur.

5.

Ecloga 5. ex eod. §. 1.

utrum Immobilia [Grund-Stücke/ æqvè ac Mobilia] dijudicanda sunt secundùm jura ac statuta ubi *Dominus Domicilium* habet, an verò ubi *Ipsa Sita* sunt?

ubi Immobilia (qvorsum etiam spectant Reditus annui, aliæq; res, qvæ Immobilium loco habentur) *Sita sunt.* 6 Eclo-

6.

Ecloga 6. ex eod. §. 1.

an Ultimæ voluntates etiam *Extra territorium* ubi Fiunt, & de *Bonis*, ubicunqve etiam Sita ſunt, valent?
Affirmatur.

7.

an Contractus etiam *Extra territorium* ubi Fiunt, & de *Bonis*, ubicunqve etiam Sita ſunt, valent?
Affirmatur.

8.

Ecloga 7. ex §. conſtat autem 3.

utrum Scriptura reqviritur ad Legis Statutive *Eſſentiam ſ. Subſtantiam ſ. Eſſe*; an verò tantùm qvaſi *Accidens ad Melius eſſe?*
Hoc affirmatur.

9.

Ecloga 8. ex §. ſed & qvod Principi 6.

qvis [non Olim; ſed] Hodie & in imperio Romano-germanico legem Univerſalem condit: utrum *ſolus Imperator* jure Superioritatis & Univerſalis jurisdictionis, an verò *Cum conſenſu Electorum Principum ac reliqvorum Statuum?*
Hoc affirmatur.

10.

Ecloga 9. ex eod. §. 6.

qvomodo legem Specialem ſeu Localem & Provincialem [eine Lands-ordnung] ſtatus imperii in ſuis territoriis Promulgant, utrum *Sine*, an verò *Cum conſenſu* primariorum Ordinum [der Land-Stände] & Civitatum?
Hoc potius affirmatur.

11.

Ecloga 10. ex eod. §. 6.

utrum leges Novæ in *Futurum tantùm* operantur, an verò etiam de *Præteritis* [vel *Indeciſis*] diſponunt?
Illud affirmatur *Regulariter* [etiam in Odioſis.]

12.

Ecloga 11. ex eod. §. 6.

utrum leges conſtitutionesqve Novæ *Continuò* à die promulgationis ſolenniter factæ Obligant, an verò demum *Poſt certi temporis intervallum?*

Plerumqve; post lapsum *Duorum mensium* [& hoc qvidem non in *Particulari & Inferioris* constitutione obtinet, sed] ubi est provinciarum *Magnitudo*; nisi ipsa *Lex* aut Judex *longius breviusvè* tempus determinaverit.

13.

Ecloga 12. ex eod. §. 6.

an (Hodie) *Imperator* aut *Princeps* leges vel in Civilibus vel etiam in Ecclesiasticis, sine consensu *Statuum* Mutare potest?

Negatur.

14.

Ecloga 13. ex §. 6. vers. hac sunt qvæ Constitutiones, verb. ex his qvædam Personales.

an *Privilegia* derogant legi *Generali & Statuto* civitatis?

Affirmatur.

15.

Ecloga 14. ex eod. §. 6. verb. ob Meritum indulsit.

an privilegia [non ex *merâ Liberalitate* indulta, sed illa] *Remuneratoria* i.e. ob benè-Merita & ex Contractu data à principe revocari possunt?

Negatur.

16.

Ecloga 15. ex eod. §. 6.

an Princeps concedere potest Alicui privilegia, etiam *inscio & invito* Tertio?

Affirmatur, si scil. Tertio *satisfacit de eo qvod Interest?*

17.

Ecloga 16. ex eod. §. 6.

an *Successor* Regni seu Principatus potest Revocare privilegia ab *Antecessore suô* concessa?

Negatur qvoad Privilegia 1. qvæ ex *Natura & consvetudine officii regni* descendunt. 2. qvæ successor, *jure Hereditario* regnum à defuncto habens, concessit. [nam aliud est in iis qvæ nituntur Conventione *Patrimoniali* adeoqve Personali]

18.

Ecloga 17. ex eod. §. 6. verb. si qvam Pœnam irrogavit.

an judex Pœnam *Mitiorem* [sed Statuto vel Lege *definitam*] ex justâ probabiliqve Causâ *Exasperare* potest?

Affirmatur.

19. *Eclo-*

19.

Ecloga 18. ex eod. §. 6.

an etiam Judex aut magiſtratus Inferior pœnam *Graviorem* [ſed Statuto vel Lege *definitam*] ex juſtâ probabiliqve cauſâ *Mitigare* poteſt?
Affirmatur, ſi fiat ad conſultationem probati cujusdam *collegii Juridici.*

20.

Ecloga 19. ex eod. §. 6. verb. ſi cui ſine Exemplo ſubvenit.

an princeps Monopolia [qvæ vel *Ipſe* exerceat, vel eorum exercitium *Aliis* indulgeat] permittere poteſt?
Affirmatur, ſi ſcl. fiat ex cauſâ *Publicæ utilitatis.*

21.

Ecloga 20. ad eundem §. 6.

an Lipſienſis civitas jus Stapulæ ſive Emporii [die freye Niederlage/ oder Stapel-Gerechtigkeit/ qvô cogi poſſunt mercatores intra ſpatium Qvindecim milliarium circumcirca, etiam Extra nundinarum tempus negotiantes, ut omnes Merces aliunde invectas in ſuô foro Siſtere vel ibi Divendere vel Vectigal eorum nomine exſolvere] intra Qvindecim milliaria *jure* Habet & Exercet?
Affirmatur.

22.

Ecloga 21. ex eod. §. 6.

utrum privilegiorum legitimus Judex & Interpres eſt *ſolus Princeps*, an verò *Camera imperialis, aut Ordinarius qvivis judex?*
Princeps ſolus, ſi ſcil. 1. de privilegiorum *Validitate* aut *Mente*, qvæ ex verbis vix erui poteſt, agitur. aut 2. privilegium tangit *jus Principis* ipſius.

23.

Ecloga 22. ad eund. §. 6.

an privilegium *Non-utendo* (puta jure Civili 10. annis, jure Canonico 40. annis, jure Saxonico 31. annis 6. ſept. 3. dieb.] Amittitur?
Affirmatur, ſi *Neglecta fuit occaſio utendi.*

24.

Ecloga 23. ex §. reſponſa Prudentum 8.

an *Judex* Acta ad aliqvod *Jureconſultorum collegium* transmittere & Conſilium ab iis Petere illudq́ Seqvi tenetur?
Affirmatur, qvatenus in controverſiis decidendis *Cautè* progredi velit.

25. Eclo-

25.

Ecloga 24. ex eod. §. 8.

an Judex, qvi in judicando secutus est *consilium collegiorum Prudentum*, potest [qvasi *litem Suam fecisset*] ad Interesse vel Injuriarum conveniri?
Negatur.

26.

Ecloga 25. ex §. Sine scripto 9.

cùm inveterata Consvetudo sit in urbe & acedemia Lipsiensi, ut *Juris doctores* Indistinctè præcedant *Medicos*. qværitur, an eidem tenaciter sit Inhærendum?
Affirmatur.

27.

Ecloga 26. ex eod. §. 9.

an toleranda est Consvetudo illa, qvâ Opifices nolunt, ut Balneatorum Barbitonsorum Castrantium [hœdos, porcellos, eqvos &c.] Ministrorum officialium [der Ambtsfrohnen/ Land- und Stadt-Knechte/ Marckmeister; aliud obtinet in Carnificum der Scharffrichter filiis] Molitorum Opilionum Publicanorum Textorum [Leinweber] Tibicinum [Pfeiffer] Tubicinum [Trompeter] filii in *Al[illegible]* qvàm *Parentum suorum* opificia [Zünffte/ Gaffeln/ Aemte und Gülden] recipiantur?
Negatur.

28.

Ecloga 27. ex eod. §. 9.

Qvanti temporis præscriptio reqviritur ad Consvetudinem introducendam [non qvidem jure *Civili*, aut jure *Canonico*; sed] qvæ sit Præter vel Contra jus *Saxonicum?*
Tricennaria, cum anno & die.

29.

Ecloga 28. ex eod. §. 9.

an in *Probanda* Consvetudine creditur *Judici* aut *cuivis Magistratui* de ea attestanti?
Non creditur; nisi sit Consvetudo *Generalis & Notoria.*

30.

Ecloga 29. ex §. sed Naturalia jura 11.

an Legitima liberorum per Statutum vel Consvetudinem [non solùm *Diminui*, sed] etiam *totaliter Tolli* potest?
Negatur.

31. Ec-

31.

Ecloga 30. ex §. Servitus 2. 1. t. 3. de jure Personarum.

an Subditi eorumqve *Liberi Nobilibus & Magistratibus* aliis (jure Protimiseos) *Famulitium præstare* tenentur?

Negatur.

32.

Ecloga 31. ex eod. §. 2.

an, si Rustici eorumqve Liberi certâ mercede Operas suas elocare volunt, ipsorum *Domini* Potiores sunt *Aliis & extraneis?*

Affirmatur.

33.

Ecloga 32. ex §. Servi autem ex eo 3.

an Christiani contra Turcas [Saracenos aliosqve Infideles] *Captos* rectè utuntur jure *Servitutis?*

Affirmatur.

34.

Ecloga 33. ex §. Servi aut nascuntur 4. verb. ad Pretium participandum.

an per *Contractum* qvis se alteri *hominem Proprium* facere potest?

Affirmatur.

35.

an debitor ita *Contractum* inire potest, ut ob debita statuto termino non exsoluta, mittatur in *Carceres?*

Affirmatur.

36.

Ecloga 34. ex eod. §. 4.

an *Condemnatus ad mortem* [non solùm jure Veteri, sed] etiamnum Hodie fit *Servus & Intestabilis?*

Negatur jure Consvetudinario & Saxonico.

37.

Ecloga 35. ex eod. §. 4.

cùm *debitor Decoctor* de jure Saxonico redigatur in *Servitutem* creditoris, qværitur, an in electoratu Saxonico includi possit *Carceri publico?*

Affirmatur.

38.

Ecloga 36. pr. verb. qvia non debet calamitas Matris. 1. t. 4. de Ingenuis.

qvomodo executio Torturæ vel Pœnæ [v. c mortis, fustigationis] contra *matrem Prægnantem vel Lactantem* institui debet?

Ne noceat *Partui.*

1. t. 5. de Libertinis.

39.

Ecloga 37. pr. verb. postqvam jure gentium Servitus ingenuitatem invasit.

utrum inter Christianos captivi fiunt *Servi*, an verò solutô λύτρῳ [i e. liberationis pretio, Ranzion] *Liberè dimittuntur?*

Illud Negatur.

40.

Ecloga 38. pr. & §. 1. (ubi de Manumissione.)

an homines *Proprii* hodierni pro suo lubitu & sine Dominorum consensu *Emigrare* possunt?

Negatur.

41.

Ecloga 39. §. multis autem modis Manumissio 1.

utrum Propriis hominibus [Leibes-angehörigen] de impetratâ Libertate testantibus *Simpliciter creditur*, an verò eam *Ostendere tenentur* per manumissionis Instrumenta s. Affrancamenta Laß-Briefe?

Hoc Affirmatur.

42.

1. t. 6. Qvi & ex qvibus Causis manumittere non possunt.

Ecloga 40. §. licet autem 1. vers. valde enim prospiciendum erat, ut Egentes homines.

an debitore non-solvendo existente [sive Vivo sive Mortuo] *Curator* Bonis aut Hereditati ejus dari potest?

Curator datur, cujus nomine bona Vendantur & creditoribus [qvoad facultates patiuntur] Satisfiat.

43.

Ecloga 41. ex eodem §. vers. valde enim prospiciendum erat, ut Egentes homines.

an debitor qvi ob *Fortunæ vitium* [v. c. Incendium Rapinam Naufragium Furtum Ruinam Sterilitatem agrorum Monetæ mutationem] Non solvendo existit, *Infamis* fit, adeoq; ob id ab Officio publico removendus est?

Negatur.

44.

1. t. 8. de his qvi sunt sui vel Alieni juris.

Ecloga 42. §. sed hôc tempore 2. verb. qvi ad Ædem sacram.

an *Malefici*, qvi ad *Asyla ecclesiarum* confugiunt, etiam Citra consensum episcopi inde extrahi possunt?

Affirmatur. 45. Ec-

45.

Ecloga 43. ex eod. §. 2. verb. si intolerabilis videatur Sævitia dominorum.

an propter nimiam *Sævitiam*, qvâ Dominus in homines Proprios subditòsve utitur, *Jurisdictione privari* potest?
Affirmatur.

46.

Ecloga 44. ad rubr.

utrum *Patria potestas* [non solùm jure Civili, sed etiam] jure Saxonico *Adhuc in usu est?* **l. 1.9. de Patriâ potestate.**
Affirmatur contra Hub. Giphanium.

47.

Ecloga 45. pr. verb. in Potestate nostrâ.

an Patria potestas [Propriè sic dicta] saltem *Patri*, an verò etiam *Matri aut Aviæ* competit?
Negatur hoc.

48.

an in Bonis liberorum, Ususfructus non solùm ad *Patrem* sed etiam ad *Matrem & Aviam* pertinet?
Negatur hoc, tàm Saxonicô qvàm Civili jure.

49.

Ecloga 46. ad pr.

an patri (jure patriæ potestatis) in liberorum bonis Adventitiis etiam tunc Usufructus competit, qvando de *Ipsius* pane non vivunt, sed *Aliunde* alimenta habent?
Competit nihilominus.

50.

Ecloga 47. ad pr. verb. ex justis Nuptiis.

utrum Calendarium s. Matricula ecclesiastica [das Kirchen-Buch/ Ehe-oder Tauff-Buch] justas nuptias *Plenè & sufficienter*, an verò saltem *Minus plenè* probat?
Plenam probationem facit.

51.

Ecloga 48. ad §. 1. verb. Matrimonium est viri & mulieris.

an Cœlibatus *Omninò* est Improbandus?
Negatur.

52.

Ecloga 49. ex eod. §. 1.

an *Matrimonium* præſtat *Cœlibatui?*
Affirmatur.

53.

Ecloga 50. ex eod. §. 1. verb. Viri & Mulieris.

an Bigamia & Polygamia eſt prohibita?
Prohibita eſt [jure Civili & Saxonico] ſub *pœna Capitis.*

54.

Ecloga 51. ex §. 1. verb. Individuam vitæ conſvetudinem.

an Conjuges ſeipſos *Propriâ* auctoritate ſine *Judicis* decreto Separare poſſunt?
Negatur.

55.

Ecloga 52. ex eod. §. 1. Individuam vitæ conſvetudinem.

an matrimonii Diſſolutio [ſcil. Totalis, qvæ eſt Divortium propriè ſic dictum ubi ſeparatio conjugum fit non *Partialiter & qvoad Thorum Menſamq;* ſed qvoad *Vinculum*] Hodie [non jure Hebræo aut Romano veteri] tantummodò ob *Adulterium* & *malitioſam Deſertionem* fit?
Affirmatur.

56.

an propter *Adulterium* fit Divortium?
Affirmatur.

57.

Ecloga 53. ex eod. §. 1. Individuam vitæ conſvetudinem.

an propter Deſertionem [non *Qvamvis* aut qvæ habet juſtam cauſam; ſed] *Malitioſam* fit Divortium?
Affirmatur.

58.

Ecloga 54. ex eod. §. 1. Individuam vitæ conſvetudinem.

an *Separatio à thorô & Menſâ* eſt Verum [Propriè ſic dictum, Totale & qvoad Vinculum conjugale] *Divortium?*
Negatur.

59.

utrum conjuges Separationem à thorô & menſâ *Privatô conſenſu* ſuſcipere poſſunt, an verò reqviritur *auctoritas Magiſtratus?*
Hoc Affirmatur.

60.

Ecloga 55. ex §. jus autem Potestatis 2. verb. talem in Liberos potestatem.

utrum Hodie [ubi Vetus patriæ potestatis rigor prohibitus est] pater liberos immorigeros *Ipse* castigare potest, an verò eos *Judici* puniendos tradere debet?

in delictis *Levioribus* Illud, in *Gravioribus* autem Hoc Affirmatur.

61.

Ecloga 56. ex eod. §. 2. verb. talem in Liberos habeant potestatem.

an pater, jure patriæ potestatis filium *Immorigerum Exheredare* potest? Affirmatur, si fiat *ex Causis* proterviæ indicatis in Nov. 115. c. 3.

62.

Ecloga 57. pr. verb. Contrahunt, qvi secundum præcepta. 1. t. 10. de Nuptiis.

an consensus eorum qvi nuptias contrahunt, ex verbis [non solùm *Certis & Claris*, sed etiam ex] *Jocosis* [Ironicis] aut *Dubiis & Obscuris* elicitur? Negatur.

63.

Ecloga 58. pr. verb. Masculi qvidem puberes.

Matrimonium contrahentes utrum debent esse *Impuberes*, an verò [Expleto anno XII. vel XIV.] *Puberes?*

Hoc Affirmatur.

64.

Ecloga 59. ad pr. verb. Consensum habeant Parentum.

an illæ Nuptiæ liberorum, qvibus Consensus parentum non *Statim ab initio* adhibitus fuit, sunt *Nulla & invalida?*

Affirmatur [si scil. Initium spectes & tempus qvod est *Ante consensum* patrium Præcedentem; nam *Postqvam ratihabitio* patria Accessit, æqvius est eas nuptias, qvasi Novas haberi pro Validis.

65.

Ecloga 60. ad pr. verb. unde qvæsitum est, an Furiosi.

numqvid & *Pauperum Prodigorum & Improborum* parentum Consensus à liberis ad Nuptias suas reqvirendus est?

Affirmatur.

66.

an *Furiosi* patris Consensus à liberis ad Nuptias reqvirendus est?

 Non

Non reqviritur consensus Furiosi *qvà Furiosi*; aliud si *Intervalla dilucida* habeat.

67.

Ecloga 61. ad pr.

an copula & benedictio Sacerdotalis [Priesterliche copulation und Einsegnung/ ἱερολογία, qvam præcedunt Trinæ denunciationes s. Trinundinæ promulgationes ex suggestu publico] *Necessariò* reqviruntur ad conjugium?

Reqviruntur utiqve [ad Formam tamen *Externam* potiùs, qvàm *Internam*: adde qvod jure Saxonico præter *Benedictionem* etiam *Thori conscensio* reqviri videatur.]

68.

Ecloga 62. ex §. ergò Non omnes nobis uxores ducere licet.

utrum in lineâ Rectâ nuptiæ *in Infinitum*, an verò [uti in lineâ Collaterali] qvoad *Certos gradus* prohibitæ sunt?

Illud Affirmatur.

69.

an nuptiæ inter *Patrinum s. susceptorem* ex baptismo, ac *Alumnam* permittuntur?

Affirmatur [si non apud *Legistas & Canonistas ac Glossistam Saxonicum*; tamen] apud *Lutheranos*.

70.

Ecloga 63. ex §. inter eas qvoqve personas, qvæ ex Transverso gradu 2.

Qvousqve in lineâ *Collaterali* prohibitæ sunt Nuptiæ?

usqve ad *Tertium* gradum lineæ *Inæqvalis*. [nam in lineæ *Æqvalis* gradu *Tertio* matrimonium est permissum. scl. jure si non *Canonico*, tamen *Provinciali*.]

71.

an inter personas [non *Plebejas*; sed] *Illustres*, etiam in lineæ Collateralis *æqvalis* gradu *Secundo* nuptiæ permittuntur?

Affirmatur de *Consvetudine*.

72.

Ecloga 64. ex §. duorum autem Fratrum vel Sororum liberi 4.

an inter Patrueles [zweyer Brüder Kinder] Nuptiæ sunt prohibitæ?

Non sunt prohibitæ jure *Civili & Divino*. [aliud jure *Saxonico & Canonico*.]

73. an

73.

an inter Consobrinos [zweyer Schwester Kinder] Nuptiæ sunt prohibitæ? Non sunt prohibitæ jure *Civili & Divino.* [aliud jure *Saxonico & Canonico.*]

74.

Ecloga 65. ex §. item Amitam. 5.

numqvid in linea Collaterali concessum est matrimonium, si personæ conjungendæ sint *ultra Tertium gradum* [sive Inæqvalis sive Æqvalis lineæ] cognatæ?

Concessum est; si modò personæ conjungendæ non sunt sibi invicem *Parentum & Liberorum loco.*

75.

Ecloga 66. ex §. Affinitatis qvoq; veneratione 6. & seqq.

an in *Affinitate* eadem est Graduum computatio & matrimonii prohibitio, qvæ in *Consangvinitate?*

Affirmatur.

76.

Ecloga 67. ex eod. §. 6.

an matrimonium in Affinitatis genere *Secundo* & *Tertio* permissum est?

Affirmatur; nisi personæ conjungendæ (per interpretationem juris) sint sibi *loco Parentum & Liberorum.*

77.

Ecloga 68. ex §. mariti Filius ex aliâ uxore & uxoris Filia 8.

an Comprivigni [Stiefffinder / Stieffgeschwister / zusammen gebrachte Kinder] Matrimonio conjungi possunt?

Affirmatur jure Civili Divino & Canonico.

78.

Ecloga 69. ex §. 9. verb. nec Sponsam filii.

an qvis potest *Fratris sui* defuncti *Sponsam* in Uxorem ducere?

Negatur.

79.

Ecloga 70. ex §. si adversus ea aliqvi Coierint. 12.

an consangvinei & affines, qvi *Incestas & Nefarias* nuptias contrahunt, *Pænis ullis* afficiuntur?

Pœnis variis [puta Gladii, item Fustigationis aut Relegationis &c.] afficiuntur.

80. Ec-

80.

Ecloga 71. ex §. aliqvando autem evenit ut Liberi 13.

an Concubinatus est prohibitus?

Affirmatur jure [si non *Civili* Romano & *Canonico*; tamen] *Divino*, *Recessuum imperii* & jure *Saxonico*.

81.

Ecloga 72. ex §. 13. eod.

an *Legitimati per subseqvens matrimonium*, æqviparantur procreatis ex *Justis nuptiis*, ita ut Civium consortio digni habeantur?

Affirmatur.

82.

an *Legitimati per rescriptum principis* (etiam mediante Comite Palatino) æqviparantur procreatis ex *Justis nuptiis*, ita ut Civium consortio digni habeantur?

Affirmatur.

83.

1. t. 11. de Adoptionibus.

Ecloga 73. ad Rubr.

an Adoptio [die Einkindschafft, unde die Eingewünschten Kinder] *Hodienum* in usu est?

Affirmatur.

84.

Ecloga 74. ad Rubr.

an *Unio prolium*, qvæ Hodie in imperio romano maximè freqventatur, *Adoptioni* est Similis?

est Simillima.

85.

1. t. 12. qvibus modis jus Patriæ potestatis Solvitur.

Ecloga 75. ad §. Relegati 2. & §. 1. ubi de Deportatis.

an Relegati amittunt *Civitatis jura* ut fiant *Peregrini*?

Negatur de Relegatis *Simpliciter* [aliud dicendum de *Deportatis* aut *Bannitis* ex Imperio aut Provincia.]

86.

Ecloga 76. ad §. filiusfamilias si Militaverit 4.

an à Patria potestate liberat *Militia* vel etiam *Doctoratus* aut *Clericatus*?

Negatur.

87.

Ecloga 77. ad §. præterea Emancipatione 6.

an Li-

an Liberi [*Majorennes* facti] nexibus Patriæ poteſtatis liberantur per *Separationem à patris œconomia*, aut etiam per *Matrimonium* [i. e. ſi filia Elocata eſt, etiamſi adhuc cum Patre habitet]?
Liberantur ſic à patria poteſtate tùm Filii tùm Filiæ.

88.

Ecloga 78. ad §. permiſſum eſt itaq; Parentibus 3. I. t. 13. de Tutelis.
an tutor [non ſolùm Legitimus & Dativus, ſed] etiam *Teſtamentarius* non aliter qvàm *præcedente Decreto* magiſtratus, *Adminiſtrationem* ſuſcipere poteſt?
Non poteſt aliter ſuſcipere, *Regulariter.*

89.

Ecloga 79. ad §. Furioſus vel Minor 2. I. t. 14. qvi Teſtamento tutores dari poſſunt.
an Tutor conſtitui [dari] poteſt qvi eſt pupilli *Creditor* aut *Debitor?*
Negatur; niſi à Patre [qvi tamen *Scivit* creditum, qvo obſtrictus eſt tutori] in *Teſtamento* datus ſit.

90.

Ecloga 80. ex § ſiqvis Filiabus ſuis vel Filiis 5.
an *Liberorum* appellatione etiam *Nepotes* [ſive Maſculi ſive Feminæ] continentur?
Affirmatur.

91.

Ecloga 81. ad pr. item ad §. 7. I. de Capitis diminutione. I. t. 15. de Legitimâ Agnatorum tutela. I. t. 16. de Capitis deminutione.
an qvoad tutelam Legitimam *Agnati* præferuntur *Cognatis?*
Affirmatur, ſcilicet [non jure *Novellarum*, ubi Proximioribus ſive ſint Agnati ſive etiam Cognati, tutela defertur, ſed] jure *Saxonico* [qvod eatenus leges XII. tabularum ſeqvitur].

92.

cuinam inter *Plures* Agnatos tutela legitima defertur?
Proximiori, ſi ſunt Inæqvales [nam ſi in Æqvali gradu exiſtunt, *Conjunctim omnes* admittuntur.]

93.

Ecloga 82. ad pr. ex eadem Lege. verb: qvia ſi à Femina. I. t. 17. de Legitima Patronorum tutela.
an Mater & Avia in Tutelâ ſuſcipiendâ præferuntur tutoribus [ſi non *Teſtamentariis*, tamen] *Agnatis ſ. Legitimis?*
Affirmatur jure Civili & Saxonico: ſi modò 1. ſint Majorennes ac 2. renuncient SCto Vellejano & Nuptiis ſecundis.

94.

l.t.20. de Attiliano tutore.

Ecloga 83. ad §. nos autem 5. verb: si facultates Pupilli vel Adulti.

si Pupillus & Tutor *Diversos* agnoscunt judices. qværitur *uter Judex* debeat constituere tutorem vel curatorem Dativum?

sub cujus jurisdictione [non Tutor, sed] *Pupillus seu Minor* Forum & Domicilium habet.

95.

Ecloga 84. ex §. cùm ergò fin. 7.

Qvando Tutores [sive Testamentarii sive Legitimi sive Dativi] Rationes administrationis suæ reddere tenentur?

Qvotannis secundùm jus Canonicum, jus Recessuum imperii & jus Saxonicum [nam jure Civili communi non nisi *Finitâ tutelâ* rationes reddendæ fuerunt].

96.

cùm omnes tutores *Qvotannis* [non qvidem jure Civili; tamen secundùm jus Canonicum, jus Recessuum imperii, & jus Saxonicum] Rationes reddere teneantur. qværitur, qvid obtineat, si tutores insimul *Proximi - heredes* pupillo existant?

Finitâ demum tutelâ rationes reddere tenentur.

97.

l.t.21. de Auctoritate tutorum.

Ecloga 85. §. tutor autem statim In ipsô negotio. 2.

Tutoris & Curatoris auctoritas utrum *Ante* negotium vel *In ipso statim* actu contrahentis pupilli vel minoris intervenire debet, an verò etiam *Post tempus?*

Illud [qvod scil. *Præcedere aut Intervenire* debeat] affirmatur.

98.

t.t.22. qvibus modis Tutela finitur.

Ecloga 86. ad pr. pupilli pupillæq; cùm Puberes.

an *Pubertas* [in pupillo aut pupillâ existens] *Tutelam* Finit?

Affirmatur jure Civili & Saxonico.

99.

an Pubertas tutelam finiens [non solùm jure Civili, sed] etiam *jure Saxonico* incipit *Post annum duodecimum* vel *qvartum decimum?*

Affirmatur.

100.

l. t.23. de Curatoribus.

Ecloga 87. ad §. interdum autem & Pupilli Curatores accipiunt. 5.

an *Im-*

an *Impuberi*, etiamsi tutorem non habeat, nihilominus *Curator ad litem* dari potest?
Affirmatur.

101.

Ecloga 88. ad §. sed si ex testamento vel inqvisitione Duo Pluresve 1. 1. t. 24. de Satisdatione tutorum vel curatorum.

si *Plures* Tutores concurrunt, ec Cui concedenda est *Administratio*?
ei qvi administrationis tutoriæ nomine *Satisdare* paratus est.

102.

Ecloga 89. ex §. sciendum autem 2. verb: Subsidiariam actionem esse.

an actio in factum Subsidiaria contra Magistratum etiamnum *Hodie* à pupillis institui potest?
Affirmatur.

103.

Ecloga 90. ex pr. & §. 5. item Tria onera tutelæ. 1. t. 25. de Excusationibus tutorum & curatorum

an *Trium* Tutelarum aut Curarum onera excusant à *Qvartâ* imponenda?
Excusant, si scil. sint *Non affectata* aut satis *Operosæ* aut *nondum aliqva ad Finem* inclinet.

104.

Ecloga 91. ex §. item propter adversam Valetudinem 7. & §. item major Septuaginta annis 13.

an Senectus qvæ *nondum Septuagesimum annum excedit*, excusat à Tutelâ?
Negatur.

105.

Ecloga 92. ex §. qvi Tutelam alicujus gessit, invitus Curator 18.

an is qvi *Tutelam* alicujus gessit, compelli potest ut Invitus ejusdem *Curator* fiat?
Non potest compelli.

106.

Ecloga 93. ex §. datum est jus Removendi 1. 1. t. 26. de Suspectis tutoribus vel curatoribus.

an jus *Removendi suspectos tutores* Hodie *Omnibus magistratibus* competit?
Affirmatur.

107.

Ecloga 94. ex §. Suspectus autem 5. verb: & Anteqvam incipiat.

 an qvis

an qvis ut Suspectus tutor [non solùm *Post*, sed] etiam *Ante* administrationem susceptam Removeri potest?
Affirmatur.

108.

Ecloga 1. ex §. Flumina autem 2.

1. t. 1. de Rerum divisione.

an in Aqvâ vel Flumine *Alieno piscari* permissum est?
Non est permissum, si spectes [non jus *Divinum Naturale Civile & Saxonicum*; sed] *Hodiernam consvetudinem.*

109.

Ecloga 2. ex §. Sanctæ qvoq; res veluti Muri & Portæ 10.

Qvomodo is qvi Muros aut Portas *Transcendit*, puniendus est?
Arbitrariè, si scilicet *Animum hostilem* non habeat, aut *Portæ Muriq;* non spectent ad civitatem Imperialem vel Propugnaculum Arcemve munitam.

110.

Ecloga 3. ex §. Feræ igitur bestiæ & volucres & pisces 12.

an Hodie Venationes *Privatis* prohibitæ sunt?
in Totum prohibitæ sunt; nisi *Concessio specialis* aut *Præscriptio immemorialis* obstet.

111.

Ecloga 4. ad §. eund.

an si Venatio *Simpliciter & in Genere* alicui concessa est [**wenn einer mit den Jagten belehnt**], utrum captura ferarum *Minorum f. Inferiorum* [veluti Leporum Vulpium &c.] an vero *Majorum f. Nobiliorum* [puta Nigricantium & Rubentium e. g. cervorum, capreolorum, aprorum &c. vulgò **deß Hohen/ Rothen und Schwartzen Wilds**] indulta intelligitur?
Minorum saltem.

112.

Ecloga 5. ex §. Apum qvoq; fera natura est 14.

utrum apium examen [i. e. nova soboles] ex alveari Evolans acqviritur *Domino* perseqventi, an verò ab *Occupante* [vicino] retineri potest?
Hoc affirmatur jure *Saxonico.*

113.

Ecloga 6. ex §. 15. pavonum qvoq; & Columbarum. § Gallinarum & Anserum 16.

an Columbas *Alienas* [sive Apertè sive Callidè] capere *Cuivis* licet?
Negatur, etiam jure Saxonico.

114. *Eclo-*

114.

Ecloga 7. ex §. item ea qvæ ab Hostibus 17.

Cujusnam fiunt ea qvæ in (Justo) Bello *ab Hostibus* capiuntur?
jure Gentium cedunt *Occupantibus (Hostibus.)*

115.

an ea qvæ in Justo bello ab Hostibus [aliud enim obtinet, si ab Incolis] *Capta sunt*, sine refusione pretii [s. redemtione] *Repeti* possunt?
Negatur.

116.

Ecloga 8. ex §. qvod si naturali Alveo. 23.

Alveus derelictus [scilicet Perfectè] à Flumine ad qvos pertinet?
ad eos qvi *Prope ripam* Prædia possident.

117.

Ecloga 9. ad §. qvod si naturali Alveo 23. verb: Novus autem alveus.

si Flumen dereliqvit Alveum *Veterem*, qværitur, ad qvem (Hodie) *Novus alveus* pertineat?
ad eum cui Regalia competunt.

118.

Ecloga 10. ex §. cum ex Aliena materia species aliqva facta sit 25.

an Transfusione [in aliam speciem] & Consumtione [aut Commutatione] *rerum Furtivarum* Dominium amittitur?
Negatur [sive res Reduci possit ad pristinam formam, sive sit Irreducibilis].

119.

Ecloga 11. ex §. cùm in Suo solo aliqvis ex Aliena materia ædificaverit. 30.

Mola pnevmatica [s. Ventilaris] fundo Feudali imposita, utrum *Allodialibus* heredibus [den Land-erben] an verò *Feudi* domino aut successoribus [s. agnatis den Lehns-erben] cedit?
Illud affirmatur, si mola est *Mobilis* s. terræ Non infixa.

120.

utrum mola pnevmatica (s. Ventilaris) fundo Feudali inædificata *Allodialibus* heredibus (den Land-erben), an verò *Feudi* domino aut successoribus (den Lehns-erben) cedit?

 Feu-

Feudali fundo plerumqve cedit Mola, si scil. terræ *Infixa immobilis* cohæret solo, (id qvod ex columna Mediâ & Fundamento colligi poteſt.)

121.

Ecloga 12. ex §. *ex diverſo, ſi qvis in Alieno ſolo ex Sua materia 31.*

utrum is qvi in *alieno fundo Scienter* Ædificat ædificium acqvirit, an verò Perdit?

Perdit.

122.

Ecloga 13. ex §. *ſi Titius alienam Plantam 32.*

ſi ex arborum Mearum ramis decidunt fructus in fundum Vicini, utrum *Mibi* cedunt an verò *Vicino?*

Vicino ſcilicet jure *Saxonico* (nam jure *Communi ſ. Civili* licet mihi tales fructus Tertiâ qvoqve die auferre.)

123.

Ecloga 14. ex §. *qvâ ratione autem plantæ-eâdem ratione Frumenta 33.*

Frumenta in alieno ſolo ſata, utrum *Serenti* cedunt, an verò *Fundi domino?*

Fundi domino.

124.

Ecloga 15. ex §. *ſi qvis à Non domino 36.*

an *Bonæ fidei poſſeſſor* Fructus (perceptos: & ex his non ſolùm Extantes, ſed) *etiam Conſumtos* reſtituere tenetur?

Non reſtituet; niſi qvatenus *Locupletior factus* eſt.

125.

Ecloga 16. ex §. *is verò ad qvem Uſusfructus fundi pertinet 37.*

utrum uſufructuarius Fructus tantùm *Perceptos* lucratur, an verò etiam *eos qvibus Culturam* præmiſit?

Perceptos tantùm (niſi Teſtator aut Stipulatio uſufructuario facta aliud velit) ſcil. jure *Civili* (nam *Saxonicum* jus paulo aliter diſponit.)

126.

Ecloga 17. ex §. *in Pecudem 38.* & §. *ſed ſi Gregis uſumfructum 39.*

an uſufructuarius (vel Certorum qvorundam capitum vel totius Gregis) damnum Gregi *Caſu fortuito* (puta Militum irruptione) illatum Reſtituere tenetur?

Negatur.

127. *Ec-*

127.

Ecloga 18. ex §. Thesauros 40.

Thesaurus inventus in fundo (aut domo) *Proprio* (loco *Sacro*, item *Religioso* loco, qvi Privatorum usui & sepeliendi juri subjacet), Cui cedit?

Inventori totus cedit, etiam in domo *Emtâ noviter.*

128.

Thesaurus inventus (Fortuitò, putà arando fodiendo aliove modo) in fundo *Alieno* (sive Publico sive Privato), Cui cedit?

Dividitur (jure Civili & Saxonico; modo non sint metallicæ fodinæ, qvæ ad regalia spectant) inter Inventorem & Dominum fundi.

129.

Ecloga 19. ex §. per Traditionem qvoq; 41.

utrum Traditio rerum Immobilium fieri debet *Judicialiter* an verò *Nude & Extrajudicialiter?*

Judicialiter scil. (non jure *Communi*, ubi utiq; Nudâ traditione à domino rei factâ dominium in alium transfertur; sed) jure *Saxonico.*

130.

Ecloga 20. ex §. qvâ ratione pro Derelicto 47.

an res pro Derelicto habita etiam tunc sit Occupantis, si in *Aliena domo* occupata est?

Affirmatur.

131.

Ecloga 21. ex §. aliâ sanè causa est earum rerum, qvæ in Tempestate 48.

res in Aqvis vel Alibi *Inventa*, Cui cedunt, si scl. *Non repetuntur* ab earum domino?

si (jure *Saxonico*) post Publicationem elapsæ sunt Sex septimanæ, cedunt ex Tertiâ parte [$\frac{1}{3}$] *Inventori*, qvoad Reliqvas [$\frac{2}{3}$] *Magistratui.*

132.

Ecloga 22. ex pr. Rusticorum prædior. verb: Actus est jus agendi jumentum. 2. t. 3. de Servitutibus Rustic. & Urban. prædiorum.

is qvi in fundo alieno Actum [Fahrungs-Recht] habet. utrum *Armenta* [boum] tantum, an verò etiam *Pecora* [das kleine Vieh] per eum agere [die Vieh-Trifft] potest?

Affirmatar *etiam Hoc.*

133.

Ecloga 23 ad §. prædiorum Urbanorum 1.

an qvis

Usufructus utrum qvoad *ipsum Jus* an vero qvoad *Exercitium* (f. jus Perceptionis & Commoda) Cedi (: hinc cedens & cessionarius :) ac transferri potest?
Hoc Affirmatur.

140.

Ecloga 30. ex §. 1. & 2. 2.t.5. de Usu & Habitatione.

an Legato *Usu* (v. c. sylvæ fornicis Gewölbes) interdum ipse *Usufructus* debetur?
Affirmatur.

141.

Ecloga 31. ad pr. jure Civili constitutum fuerat. 2.t.6. de Usucapionibus & longi temporis Præscriptionibus.

an per Præscriptionum species Duas (scl. *Annalem* 1. anni 6. septimanar. 3. dier. & *Tricennalem*, 31. annor. 6. septimanar. 3. dier.) *jure Saxonico* adinventas, Sublatæ sunt eæ qvæ *jure Civili* sunt Introductæ?
Non sunt sublatæ præscriptiones juris Civilis *Speciales f. Permissiva & singulariter* introductæ, (Sublatæ ergo sunt tantum *Regulares f. Decretivæ*, puta 1. Modici temporis sive 3. annor. 2. Longi temporis 10. aut 20. annorum, 3. Longissimi temporis 30 aut 40. annorum.)

142.

Ecloga 32. ex §. Furtivæ qvoq; res 2. & seqq.

an etiam res *Furtivæ* (Mobiles) *Præscribi* f. Præscriptione acqviri possunt?
Affirmatur de præscriptione non *Ordinariâ* (qvæ jure Civili est Triennalis, jure Saxonico Unius anni 6. Septimanar. 3. dier.) sed *Extraordinariâ & Longissimi temporis* (qvod jure Civili est 30. annorum, in foro Saxonico 31. annorum 6. septimanar. 3. dier.)

143.

Ecloga 33. ex §. diutina possessio qvæ prodesse cœperat Defuncto & Heredi. 7. aut 12.

an inter Emtorem & Venditorem *continuantur* tempora ad complendam (rei Bonâ fide Justoq; titulo possessæ) Usucapionem necessaria?
Affirmatur (si non de *Summo jure* tamen) ex *Æqvitate*.

144.

Ecloga 34. ad §. Mortis causa donatio 1. 2. t. 7. de Donationibus.

an Donatio mortis causa (: Impropria donatio :) non solùm *Judicialiter* sed etiam *Extrajudicialiter* fieri potest?
Potest ita fieri: sed non nisi coram *Qvinq; testibus*.

an qvis in *Suo pariete* facere poteſt Feneſtram, ex qvâ in *Vicini domum* perſpici poteſt?

Affirmatur [modò id non fiat vel Æmulationis cauſa, vel ad Deſpectum vicini, vel in præjudicium Servitutis. nam ſi Servitutis jure prohibeor Meum parietem aperire, non poſſum aperire.]

134.

Ecloga 24. ex §. inter Ruſticorum prædiorum 2 verb: jus Paſcendi.

numqvid is qvi Paſcendi jus habet in *Alieno fundo*, etiam *Morbida pecora* ibi paſcere poteſt?

Negatur.

135.

Ecloga 25. ad §. ideo autem hæ ſervitutes Prædiorum 3.

an is qvi jus Paſcendi [oves vel alia pecora] habet poteſt illud absq; *Dominante ſuo* prædio *Alteri* [qvi forte armenta ibi paſceret] Locare?

Negatur.

136.

Ecloga 26. ad §. ſiqvis velit vicino aliqvod Jus conſtituere 4.

an jus vicinos *Cogendi ut certo aliqvo molendino* [einer Zwang-Mühlen] utantur, *Præſcriptione* acqviri poteſt?

Affirmatur de Præſcriptione *Longiſſimi temporis* qvæ jure *Saxonico* eſt 31. annor. 6. ſeptimanar. 3. dierum.

137.

1.t 4.de Uſufructu. *Ecloga 27. ad pr. uſusfructus eſt jus. & ad §. Finitur autem uſusfructus 3. verſ: eo amplius.*

an Aucto *Fundo Servitus* ei inhærens qvoq; Augetur?

Affirmatur.

138.

Ecloga 28. ad §. Conſtituitur autem uſusfructus. 2.

an uſu fructuarius *Qvilibet* [ſive Verum & proprium ſive Qvaſi & improprium uſumfructum habeat: ſive inter Vivos ſive in Ultimâ voluntate conſtitutus ſit uſusfructus] tenetur præſtare *Cautionem?*

Affirmatur.

139.

Ecloga 29. ex §. Finitur autem uſusfructus 3. verb: ab uſufructuario Cedatur.

Uſus-

Usufructus utrum qvoad *ipsum Jus* an vero qvoad *Exercitium* (s. jus Perceptionis & Commoda) Cedi (: hinc cedens & cessionarius :) ac transferri potest ?
Hoc Affirmatur.

140.

Ecloga 30. ex §. 1. & 2. 2. t. 5. de Usu & Habitatione.

an Legato *Usu* (v. c. sylvæ fornicis Gewölbes) interdum ipse *Usufructus* debetur ?
Affirmatur.

141.

Ecloga 31. ad vr. jure Civili constitutum fuerat. 2. t. 6. de Usucapionibus & longi temporis Præscriptionibus.

an per Præscriptionum species Duas (scl. *Annalem* 1. anni 6. septimanar. 3. dier. & *Tricennalem*, 31. annor. 6. septimanar. 3. dier.) *jure Saxonico* adinventas, Sublatæ sunt eæ qvæ *jure Civili* sunt Introductæ ?
Non sunt sublatæ præscriptiones juris Civilis *Speciales s. Permissiva & singulariter* introductæ, (Sublatæ ergo sunt tantum *Regulares s. Decretivæ*, puta 1. Modici temporis sive 3. annor. 2. Longi temporis 10. aut 20. annorum, 3. Longissimi temporis 30 aut 40. annorum.)

142.

Ecloga 32. ex §. Furtivæ qvoq; res 2. & seqq.

an etiam res *Furtivæ* (Mobiles) *Præscribi* s. Præscriptione acqviri possunt ?
Affirmatur de præscriptione non *Ordinariâ* (qvæ jure Civili est Triennalis, jure Saxonico Unius anni 6. Septimanar. 3. dier.) sed *Extraordinariâ & Longissimi temporis* (qvod jure Civili est 30. annorum, in foro Saxonico 31. annorum 6. septimanar. 3. dier.)

143.

Ecloga 33. ex §. diutina possessio qvæ prodesse cœperat Defuncto & Hæredi. 7. aut 12.

an inter Emtorem & Venditorem *continuantur* tempora ad complendam (rei Bonâ fide Justoq; titulo possessæ) Usucapionem necessaria ?
Affirmatur (si non de *Summo jure* tamen) ex *Æqvitate*.

144.

Ecloga 34. ad §. Mortis causa donatio 1. 2. t. 7. de Donationibus.

an Donatio mortis causa (: Impropria donatio :) non solùm *Judicialiter* sed etiam *Extrajudicialiter* fieri potest ?
Potest ita fieri : sed non nisi coram *Qvinq. testibus*.

80.

Ecloga 71. ex §. aliqvando autem evenit ut Liberi 13.

an Concubinatus eſt prohibitus?

Affirmatur jure [ſi non *Civili* Romano & *Canonico*; tamen] *Divino*, *Receſſuum imperii* & jure *Saxonico*.

81,

Ecloga 72. ex §. 13. eod.

an *Legitimati per ſubſeqvens matrimonium*, æqviparantur procreatis ex *Juſtis nuptiis*, ita ut Civium conſortio digni habeantur?

Affirmatur.

82.

an *Legitimati per reſcriptum principis* (etiam mediante Comite Palatino) æqviparantur procreatis ex *Juſtis nuptiis*, ita ut Civium conſortio digni habeantur?

Affirmatur.

83.

1.t.11. de Adoptionibus.

Ecloga 73. ad Rubr.

an Adoptio [die Einkindſchafft, unde die Eingewünſchten Kinder] *Hodienum* in uſu eſt?

Affirmatur.

84.

Ecloga 74. ad Rubr.

an *Unio prolium*, qvæ Hodie in imperio romano maximè freqventatur, *Adoptioni* eſt Similis?

eſt Simillima.

85.

1.t.12. qvibus modis jus Patriæ poteſtatis Solvitur.

Ecloga 75. ad §. Relegati 2. & §. 1. ubi de Deportatis.

an Relegati amittunt *Civitatis jura* ut fiant *Peregrini?*

Negatur de Relegatis *Simpliciter* [aliud dicendum de *Deportatis* aut *Bannitis* ex Imperio aut Provincia.]

86.

Ecloga 76. ad §. filiusfamilias ſi Militaverit 4.

an à Patria poteſtate liberat *Militia* vel etiam *Doctoratus* aut *Clericatus?*

Negatur.

87.

Ecloga 77. ad §. præterea Emancipatione 6.

an Li-

an Liberi [*Majorennes* facti] nexibus Patriæ poteſtatis liberantur per *Separationem à patris œconomia*, aut etiam per *Matrimonium* [i. e. ſi filia Elocata eſt, etiamſi adhuc cum Patre habitet]?

Liberantur ſic à patria poteſtate tùm Filii tùm Filiæ.

88.

Ecloga 78. ad §. permiſſum eſt itaq. Parentibus 3. — 1.t.13. de Tutelis.

an tutor [non ſolùm Legitimus & Dativus, ſed] etiam *Teſtamentarius* non aliter qvàm *præcedente Decreto* magiſtratus, *Adminiſtrationem* ſuſcipere poteſt?

Non poteſt aliter ſuſcipere, *Regulariter*.

89.

Ecloga 79. ad §. Furioſus vel Minor 2. — 1.t.14. qvi Teſtamento tutores dari poſſunt.

an Tutor conſtitui [dari] poteſt qvi eſt pupilli *Creditor* aut *Debitor*?

Negatur; niſi à Patre [qvi tamen *Scivit* creditum, qvo obſtrictus eſt tutori] in *Teſtamento* datus ſit.

90.

Ecloga 80. ex § ſiqvis Filiabus ſuis vel Filiis 5.

an *Liberorum* appellatione etiam *Nepotes* [ſive Maſculi ſive Feminæ] continentur?

Affirmatur.

91.

Ecloga 81. ad pr. item ad §. 7. I. de Capitis diminutione. — 1.t.15. de Legitimâ Agnatorum tutela. 1.t.16. de Capitis deminutione.

an qvoad tutelam Legitimam *Agnati* præferuntur *Cognatis*?

Affirmatur, ſcilicet [non jure *Novellarum*, ubi Proximioribus ſive ſint Agnati ſive etiam Cognati, tutela defertur, ſed] jure *Saxonico* [qvod eatenus leges XII. tabularum ſeqvitur].

92.

cuinam inter *Plures* Agnatos tutela legitima defertur?

Proximiori, ſi ſunt Inæqvales [nam ſi in Æqvali gradu exiſtunt, *Conjunctim omnes* admittuntur.]

93.

Ecloga 82. ad pr. ex eadem Lege. verb: qvia ſi à Femina. — 1. t.17. de Legitima Patronorum tutela.

an Mater & Avia in Tutelâ ſuſcipiendâ præferuntur tutoribus [ſi non *Teſtamentariis*, tamen] *Agnatis ſ. Legitimis*?

Affirmatur jure Civili & Saxonico: ſi modò 1. ſint Majorennes ac 2. renuncient SCto Vellejano & Nuptiis ſecundis.

94.

1.t.20. de Attiliano tutore.

Ecloga 83. ad §. nos autem 5. verb: si facultates Pupilli vel Adulti.

si Pupillus & Tutor *Diversos* agnoscunt judices. qværitur *uter Judex* debeat constituere tutorem vel curatorem Dativum?

sub cujus jurisdictione [non Tutor, sed] *Pupillus seu Minor* Forum & Domicilium habet.

95.

Ecloga 84. ex §. cùm ergò fin. 7.

Qvando Tutores [sive Testamentarii sive Legitimi sive Dativi] Rationes administrationis suæ reddere tenentur?

Qvotannis secundùm jus Canonicum, jus Recessuum imperii & jus Saxonicum [nam jure Civili communi non nisi *Finitâ tutelâ* rationes reddendæ fuerunt].

96.

cùm omnes tutores *Qvotannis* [non qvidem jure Civili; tamen secundùm jus Canonicum, jus Recessuum imperii, & jus Saxonicum] Rationes reddere teneantur. qværitur, qvid obtineat, si tutores insimul *Proximi-heredes* pupillo existant?

Finitâ demum tutelâ rationes reddere tenentur.

97.

1.t.21. de Auctoritate tutorum.

Ecloga 85. §. tutor autem statim In ipsô negotio. 2.

Tutoris & Curatoris auctoritas utrum *Ante* negotium vel *In ipso statim* actu contrahentis pupilli vel minoris intervenire debet, an verò etiam *Post tempus?*

Illud [qvod scil. *Præcedere aut Intervenire* debeat] affirmatur.

98.

1.t.22. qvibus modis Tutela finitur.

Ecloga 86. ad pr. pupilli pupillæq; cùm Puberes.

an *Pubertas* [in pupillo aut pupillâ existens] *Tutelam* Finit?

Affirmatur jure Civili & Saxonico.

99.

an Pubertas tutelam finiens [non solùm jure Civili, sed] etiam *jure Saxonico* incipit *Post annum duodecimum* vel *qvartum decimum?*

Affirmatur.

100.

1.t.23. de Curatoribus.

Ecloga 87. ad §. interdum autem & Pupilli Curatores accipiunt. 5.

an *Im-*

an *Impuberi*, etiamsi tutorem non habeat, nihilominus *Curator ad litem* dari potest?
Affirmatur.

101.

Ecloga 88. ad §. sed si ex testamento vel inqvisitione Duo Pluresve 1. I. t. 24. de Satisdatione tutorum vel curatorum.

si *Plures* Tutores concurrunt, ec Cui concedenda est *Administratio*?
ei qvi administrationis tutoriæ nomine *Satisdare* paratus est.

102.

Ecloga 89. ex §. sciendum autem 2. verb: Subsidiariam actionem esse.

an actio in factum Subsidiaria contra Magistratum etiamnum *Hodie* à pupillis institui potest?
Affirmatur.

103.

Ecloga 90. ex pr. & §. 5. item Tria onera tutelæ. I. t. 25. de Excusationibus tutorum & curatorum

an *Trium* Tutelarum aut Curarum onera excusant à *Qvartâ* imponenda?
Excusant, si scil. sint *Non affectata* aut satis *Operosæ* aut *nondum aliqva ad Finem* inclinet.

104.

Ecloga 91. ex §. item propter adversam Valetudinem 7. & §. item major Septuaginta annis 13.

an Senectus qvæ *nondum Septuagesimum annum excedit*, excusat à Tutelâ?
Negatur.

105.

Ecloga 92. ex §. qvi Tutelam alicujus gessit, invitus Curator 18.

an is qvi *Tutelam* alicujus gessit, compelli potest ut Invitus ejusdem *Curator* fiat?
Non potest compelli.

106.

Ecloga 93. ex §. datum est jus Removendi 1. I. t. 26. de Suspectis tutoribus vel curatoribus.

an jus *Removendi suspectos tutores* Hodie *Omnibus magistratibus* competit?
Affirmatur.

107.

Ecloga 94. ex §. Suspectus autem 5. verb: & Anteqvam incipiat.

 an qvis

an qvis ut Suspectus tutor [non solùm *Post*, sed] etiam *Ante* administratio-nem susceptam Removeri potest?
Affirmatur.

108.

i.t.i. de Rerum divisione.

Ecloga 1. ex § Flumina autem 2.

an in Aqvâ vel Flumine *Alieno piscari* permissum est?
Non est permissum, si spectes [non jus *Divinum Naturale Civile & Saxonicum*; sed] *Hodiernam consvetudinem.*

109.

Ecloga 2. ex §. Sanctæ qvoq; res veluti Muri & Portæ 10.

Qvomodo is qvi Muros aut Portas *Transcendit*, puniendus est?
Arbitrariè, si scilicet *Animum hostilem* non habeat, aut *Portæ Muriq;* non spectent ad civitatem Imperialem vel Propugnaculum Arcemve munitam.

110.

Ecloga 3. ex §. Feræ igitur bestiæ & volucres & pisces 12.

an Hodie Venationes *Privatis* prohibitæ sunt?
in Totum prohibitæ sunt; nisi *Concessio specialis* aut *Præscriptio immemorialis* obstet.

111.

Ecloga 4. ad §. eund.

an si Venatio *Simpliciter & in Genere* alicui concessa est [wenn einer mit den Jagten belehnt], utrum captura ferarum *Minorum s. Inferiorum* [veluti Leporum Vulpium &c.] an vero *Majorum s. Nobiliorum* [puta Nigricantium & Rubentium e. g. cervorum, capreolorum, aprorum &c. vulgò deß Hohen/ Rothen und Schwartzen Wilds] indulta intelligitur?
Minorum saltem.

112.

Ecloga 5. ex §. Apum qvoq; fera natura est 14.

utrum apium examen [i. e. nova soboles] ex alveari Evolans acqviritur *Domino* perseqventi, an verò ab *Occupante* [vicino] retineri potest?
Hoc affirmatur jure *Saxonico.*

113.

Ecloga 6. ex §. 15. pavonum qvoq; & Columbarum. § Gallinarum & Anserum 16.

an Columbas *Alienas* [sive Apertè sive Callidè] capere *Cuivis* licet?
Negatur, etiam jure Saxonico.

114. *Eclo-*

114.

Ecloga 7. ex §. item ea qva ab Hostibus 17.

Cujusnam fiunt ea qvæ in (Justo) Bello *ab Hostibus* capiuntur?
jure Gentium cedunt *Occupantibus (Hostibus.)*

115.

an ea qvæ in Justo bello ab Hostibus [aliud enim obtinet, si ab Incolis] *Capta sunt*, sine refusione pretii [s. redemtione] *Repeti* possunt?
Negatur.

116.

Ecloga 8. ex §. qvod si naturali Alveo. 23.

Alveus derelictus [scilicet Perfectè] à Flumine ad qvos pertinet?
ad eos qvi *Prope ripam* Prædia possident.

117.

Ecloga 9. ad §. qvod si naturali Alveo 23. verb: Novus autem alveus.

si Flumen dereliqvit Alveum *Veterem*. qværitur, ad qvem (Hodie) *Novus alveus* pertineat?
ad eum cui Regalia competunt.

118.

Ecloga 10. ex §. cum ex Aliena materia species aliqva facta sit 25.

an Transfusione [in aliam speciem] & Consumtione [aut Commutatione] *rerum Furtivarum* Dominium amittitur?
Negatur [sive res Reduci possit ad pristinam formam, sive sit Irreducibilis].

119.

Ecloga 11. ex §. cùm in Suo solo aliqvis ex Aliena materia ædificaverit. 30.

Mola pnevmatica [s. Ventilaris] fundo Feudali imposita, utrum *Allodialibus* heredibus [den Land-erben] an verò *Feudi* domino aut successoribus [s. agnatis den Lehns-erben] cedit?
Illud affirmatur, si mola est *Mobilis* s. terræ Non infixa.

120.

utrum mola pnevmatica (s. Ventilaris) fundo Feudali inædificata *Allodialibus* heredibus (den Land-erben), an verò *Feudi* domino aut successoribus (den Lehns-erben) cedit?

Feudali fundo plerumqve cedit Mola, si scil. terræ *Infixa immobilis* cohæret solo, (id qvod ex columna Mediâ & Fundamento colligi poteſt.)

121.

Ecloga 12. ex §. ex diverso, si qvis in Alieno solo ex Sua materia 31.

utrum is qvi in *alieno fundo Scienter* Ædificat ædificium acqvirit, an verò Perdit?

Perdit.

122.

Ecloga 13. ex §. si Titius alienam Plantam 32.

si ex arborum Mearum ramis decidunt fructus in fundum Vicini, utrum *Mihi* cedunt an verò *Vicino?*

Vicino ſcilicet jure *Saxonico* (nam jure *Communi s. Civili* licet mihi tales fructus Tertiâ qvoqve die auferre.)

123.

Ecloga 14. ex §. qvâ ratione autem plantæ-eâdem ratione Frumenta 33.

Frumenta in alieno solo sata, utrum *Serenti* cedunt, an verò *Fundi domino?*

Fundi domino.

124.

Ecloga 15. ex §. si qvis à Non domino 36.

an *Bonæ fidei possessor* Fructus (perceptos: & ex his non solùm Extantes, sed) *etiam Consumtos* reſtituere tenetur?

Non reſtituet; niſi qvatenus *Locupletior factus* eſt.

125.

Ecloga 16. ex §. is verò ad qvem Usufructus fundi pertinet 37.

utrum usufructuarius Fructus tantùm *Perceptos* lucratur, an verò etiam *eos qvibus Culturam* præmisit?

Perceptos tantùm (niſi Teſtator aut Stipulatio usufructuario facta aliud velit) scil. jure *Civili* (nam *Saxonicum* jus paulo aliter disponit.)

126.

Ecloga 17. ex §. in Pecudem 38. & §. sed si Gregis usumfructum 39.

an usufructuarius (vel Certorum qvorundam capitum vel totius Gregis) damnum Gregi *Casu fortuito* (puta Militum irruptione) illatum Reſtituere tenetur?

Negatur.

127. *Ec-*

127.

Ecloga 18. ex §. Thesauros 40.

Thesaurus inventus in fundo (aut domo) *Proprio* (loco *Sacro*, item *Religioso* loco, qvi Privatorum usui & sepeliendi juri subjacet), Cui cedit?

Inventori totus cedit, etiam in domo *Emtâ noviter*.

128.

Thesaurus inventus (Fortuitò, putà arando fodiendo aliove modo) in fundo *Alieno* (sive Publico sive Privato), Cui cedit?

Dividitur (jure Civili & Saxonico; modo non sint metallicæ fodinæ, qvæ ad regalia spectant) inter Inventorem & Dominum fundi.

129.

Ecloga 19. ex §. per Traditionem qvoq; 41.

utrum Traditio rerum Immobilium fieri debet *Judicialiter* an verò *Nude & Extrajudicialiter?*

Judicialiter scil. (non jure *Communi*, ubi utiq; Nudâ traditione à domino rei factâ dominium in alium transfertur; sed) jure *Saxonico*.

130.

Ecloga 20. ex §. qvâ ratione pro Derelicto 47.

an res pro Derelicto habita etiam tunc sit Occupantis, si in *Aliena domo* occupata est?

Affirmatur.

131.

Ecloga 21. ex §. aliâ sanè causa est earum rerum, qvæ in Tempestate 48.

res in Aqvis vel Alibi *Inventæ*, Cui cedunt, si scl. *Non repetuntur* ab earum domino?

si (jure *Saxonico*) post Publicationem elapsæ sunt Sex septimanæ, cedunt ex Tertiâ parte [$\frac{1}{3}$] *Inventori*, qvoad Reliqvas [$\frac{2}{3}$] *Magistratui*.

132.

Ecloga 22. ex pr. Rusticorum prædior. verb: Actus est jus agendi jumentum.

2. t. 3. de Servitutibus Rustic. & Urban. prædiorum.

is qvi in fundo alieno Actum [Fahrungs-Recht] habet. utrum *Armenta* [boum] tantùm, an verò etiam *Pecora* [das kleine Vieh] per eum agere [die Vieh-Trifft] potest?

Affirmatur *etiam Hoc*.

133.

Ecloga 23 ad §. prædiorum Urbanorum 1.

an qvis

Usufructus utrum qvoad *ipsum Jus* an vero qvoad *Exercitium* (s. jus Perceptionis & Commoda) Cedi (: hinc cedens & cessionarius :) ac transferri potest?
Hoc Affirmatur.

140.

Ecloga 30. ex §. 1. & 2. 2. t. 5. de Usu & Habitatione.

an Legato *Usu* (v. c. sylvæ fornicis Gewölbes) interdum ipse *Usufructus* debetur?
Affirmatur.

141.

Ecloga 31. ad pr. jure Civili constitutum fuerat. 2. t. 6. de Usucapionibus & longi temporis Præscriptionibus.

an per Præscriptionum species Duas (scl. *Annalem* 1. anni 6. septimanar. 3. dier. & *Tricennalem*, 31. annor. 6. septimanar. 3. dier.) *jure Saxonico* adinventas, Sublatæ sunt eæ qvæ *jure Civili* sunt Introductæ?
Non sunt sublatæ præscriptiones juris Civilis *Speciales s. Permissiva & singulariter* introductæ, (Sublatæ ergo sunt tantum *Regulares s. Decretiva*, puta 1. Modici temporis sive 3. annor. 2. Longi temporis 10. aut 20. annorum, 3. Longissimi temporis 30 aut 40. annorum.)

142.

Ecloga 32. ex §. Furtivæ qvoq; res 2. & seqq.

an etiam res *Furtivæ* (Mobiles) *Præscribi* s. Præscriptione acqviri possunt?
Affirmatur de præscriptione non *Ordinariâ* (qvæ jure Civili est Triennalis, jure Saxonico Unius anni 6. Septimanar. 3. dier.) sed *Extraordinariâ & Longissimi temporis* (qvod jure Civili est 30. annorum, in foro Saxonico 31. annorum 6. septimanar. 3. dier.)

143.

Ecloga 33. ex §. diutina possessio qvæ prodesse cœperat Defuncto & Heredi. 7. aut 12.

an inter Emtorem & Venditorem *continuantur* tempora ad complendam (rei Bonâ fide Justoq; titulo possessæ) Usucapionem necessaria?
Affirmatur (si non de *Summo jure* tamen) ex *Æqvitate*.

144.

Ecloga 34. ad §. Mortis causa donatio 1. 2. t. 7. de Donationibus.

an Donatio mortis causa (: Impropria donatio :) non solùm *Judicialiter* sed etiam *Extrajudicialiter* fieri potest?
Potest ita fieri: sed non nisi coram *Qvinq; testibus*.

Ususfructus utrum qvoad *ipsum Jus* an vero qvoad *Exercitium* (f. jus Perceptionis & Commoda) Cedi (: hinc cedens & cessionarius :) ac transferri potest?

Hoc Affirmatur.

140.

Ecloga 30. ex §. 1. & 2. 2. t. 5. de Usu & Habitatione.

an Legato *Usu* (v. c. sylvæ fornicis Gewölbes) interdum ipse *Usufructus* debetur?

Affirmatur.

141.

Ecloga 31. ad vr. jure Civili constitutum fuerat. 2. t. 6. de Usucapionibus & longi temporis Præscriptionibus.

an per Præscriptionum species Duas (scl. *Annalem* 1. anni 6. septimanar. 3. dier. & *Tricennalem*, 31. annor. 6. septimanar. 3. dier.) *jure Saxonico* adinventas, Sublatæ sunt eæ qvæ *jure Civili* sunt Introductæ?

Non sunt sublatæ præscriptiones juris Civilis *Speciales f. Permissiva & singulariter* introductæ, (Sublatæ ergo sunt tantum *Regulares f. Decretiva*, puta 1. Modici temporis sive 3. annor. 2. Longi temporis 10. aut 20. annorum, 3. Longissimi temporis 30 aut 40. annorum.)

142.

Ecloga 32. ex §. Furtiva qvoq; res 2. & seqq.

an etiam res *Furtivæ* (Mobiles) *Præscribi* f. Præscriptione acqviri possunt?

Affirmatur de præscriptione non *Ordinariâ* (qvæ jure Civili est Triennalis, jure Saxonico Unius anni 6. Septimanar. 3. dier.) sed *Extraordinariâ & Longissimi temporis* (qvod jure Civili est 30. annorum, in foro Saxonico 31. annorum 6. septimanar. 3. dier.)

143.

Ecloga 33. ex §. diutina possessio qvæ prodesse cœperat Defuncto & Heredi. 7. aut 12.

an inter Emtorem & Venditorem *continuantur* tempora ad complendam (rei Bonâ fide Justoq; titulo possessæ) Usucapionem necessaria?

Affirmatur (si non de *Summo jure* tamen) ex *Æqvitate*.

144.

Ecloga 34. ad §. Mortis causa donatio 1. 2. t. 7. de Donationibus.

an Donatio mortis causa (: Impropria donatio :) non solùm *Judicialiter* sed etiam *Extrajudicialiter* fieri potest?

Potest ita fieri: sed non nisi coram *Qvinq; testibus*.

E 145. Ec-

145.

Ecloga 35. ex §. *Mortis causa donatio ii. verb: si eum donationis Pœnituisset.*

an Donatio mortis causa (non solùm *Expressâ*, sed) etiam *Nudâ* (s. Tacitâ atq; Præsumtâ) pœnitentiâ Revocatur?

Affirmatur.

146.

Ecloga 36. ad §. *aliæ autem Donationes sunt 2,*

qvalis Donatio in Dubio præsumitur, utrum donatio *inter Vivos* an verò donatio *Mortis causâ?*

pro donatione *inter Vivos* censenda est, (etiamsi Mortis mentio facta fuerit in donatione, aut ejus executio in Mortis eventum differatur.)

147.

Ecloga 37. ex §. 2. *verb. usq; ad Qvingentos solidos.*

an Donatio inter vivos etiam tunc *Extrajudicialiter* fieri potest, qvatenus Qvingentos solidos [i. e. aureos Hungaricos] excedit?

Non; sed reqvirit [qvoad Excessivum illud] *Judicialem insinuationem* [etiamsi Juramento corroborata fuerit excedens donatio]

148.

Ecloga 38. ad §. *aliæ autem Donationes 2. verb. certis ex Causis eas revocare.*

cum *donatio inter Vivos* facta ob *Ingratitudinem donatarii* Revocari possit. qværitur utrum illa Ingratitudo proveniat tantùm ex illis Causis qvæ *Expressæ* sunt in L. fin. C. de Revocand donation. an verò etiam ex *Aliis aqvè gravibus?*

Negatur Hoc.

149.

an *donatio inter Vivos* facta ob *Liberorum supervenientiam* ipso Jure fit Revocabilis.

Affirmatur.

150.

Ecloga 39. ad §. *est & aliud genus inter vivos donationis. 3.*

propter Nuptias donatio an soluto Matrimonio, ad Maritum aut [eodem defuncto] ad ejus Heredes revertitur?

Revertitur [nisi Pactum expressum vel Statutum aut Consvetudo aliud svadeant.]

151. *Ec-*

151.

Ecloga 40. ex pr. accidit aliqvando ut qvi Dominus rei sit. verb. neq; Consentientibus mulieribus. 2. t. 8. qvibus Alienare licet vel Non.

an Maritus fundum Dotalem alienare aut oppignorare potest, si Uxor *Consentiat?*

Ne tunc qvidem.

152.

Ecloga 41. ad §. contra autem Creditor Pignus ex pactione 1.

an super pignore pactum inter Creditorem & Debitorem ita iniri potest, ut, si hic *Certo die creditam sibi pecuniam non restituerit*, ex tunc creditori *Pignus venditum* intelligatur?

Affirmatur.

153.

Ecloga 42. ad §. nunc admonendi sumus neq; Pupillum 2.

an *Injusta* alienatio bonorum Pupilli *convalidatur*, qvando post Minorennitatem Major factus eandem *Ratihabuerit?*

Affirmatur.

154.

Ecloga 43. ad §. igitur Liberi nostri. 1. verb. exceptis Castrensibus peculiis. 2. t. 9. per qvas personas cuiqve acqviritur.

an *Filiusfamilias* sine *Patris* consensu Disponere vel Contrahere potest?

Non potest; nisi id fiat in Bonis *Castrensibus vel Qvasi.*

155.

Ecloga 44. ad §. de iis autem servis, in qvibus tantummodo Usumfructum habemus 4.

an Subditi Operas suas *Propriis suis dominis & pastoribus ecclesiarum* præ *Aliis* elocare coguntur?

Affirmatur.

156.

Ecloga 45. ex §. sed his omnibus 4. & §. sed cum paulatim 3. 2. t. 10. de Testamentis ordinandis.

an testamentum solenne in Scriptis subsistit, si *Ipse testator* nomen Heredis non subscripsit, sed *per Alium* scribi permisit?

Subsistit jure [si non *Veteri*, tamen] *Justinianeo* & in *Praxi.*

157.

Ecloga 46. ex §. Legatariis autem & Fideicommissariis.

an *Legatarii* [& Fideicommissarii] in testamento *Testes* esse possunt?

Possunt esse [utut aliud obtineat in *Heredibus* institutis.]

158.

Ecloga 47. ad §. sed hæc qvidem de testamentis, qvæ scriptis conficiuntur. 14.

si *Notarius confecit instrumentum* super Testamento aliqvo. qværitur an *Testes* septem ad id adhibiti postea coram judice *Jurare* teneantur?
Negatur.

159.

Ecloga 48. ad §. eund.

an testamentum *Judiciale* [s. qvod coram Actis fit; nam aliud est in testamento Extrajudiciali] nullis intervenientibus Scabinis aut aliis Testibus valet?
Affirmatur jure Civili & Saxonico [sive Communi sive Electorali.]

2.t.11. de Militari testamento.

160.

Ecloga 49. ex pr. supra dicta diligens observatio.

utrum Milites Extra castra constituti *jure Militari* Testari possunt, an verò *jure Communi* testari debent?
Hoc Affirmatur, etiamsi in Matriculam sint recepti aut Sacramentum præstiterint.

161.

Ecloga 50. ad pr.

Milites Limitanei Stationarii [**so auff den Vestungen und Besatzungen liegen**] vel in Hybernis constituti [**die in Winterqvartiren liegen**] utrum jure *Militari* [testari possunt] an verò jure *Communi* Testari debent?
Illud negatur.

2.t.12. qvibus Non est permissum facere testamentum

162.

Ecloga 51. ad pr. Non tamen omnibus licet facere testamentum.

an *Damnatus* ~~ad~~ mortem *Testamentum* facere potest?
Affirmatur jure [si non *Pandectarum*, tamen] *Hodierno*.

163.

Ecloga 52. ad §. item Prodigus 2.

an *Prodigi testamentum* eatenus valet, qvatenus in eo posteritati suæ *Probè consuluit*, aut aliàs qvid Utiliter disposuit?
Affirmatur.

164.

Ecloga 53. ex §. Cæcus autem 4.

an *Cæci*

an *Cæci* Testamentum validum est?

Validum est, si scil. præter numerum *Septem testium* insuper *Notarius* vel Octavus testis adhibeatur.

165.

Ecloga 54. ad pr.

2.t.13. de Exheredatione liberorum.

an testamentum qvod Præteritionem vel Exheredationem, *Sine expressione causæ*, continet, vitiatur?

Non vitiatur, si præteritio vel exheredatio facta est à parentibus [non *Iratis & Malâ mente*, sed] *Consultò, sine notâ in favorem ac utilitatem liberorum.*

166.

Ecloga 55. ad pr.

an ex testamento, ob Præteritionem *Nullo*, nihilominus *Legata* [& Fideicommissa] debentur?

Debentur nihilominus [non qvidem jure *Veteri*, sed] jure *Novellarum* Justiniani & jure *Saxonico* Augusti.

167.

Ecloga 56. ad §. Posthumi 1.

si testator posthumum [non *Scienter*, sed] *Ignoranter* [i. e. cùm Ignoraret qvòd uxorem prægnantem relinqveret] Præteriit. qværitur, qvomodo Rumpatur ejus testamentum?

Totaliter: adeoq; non solùm qvoad Institutionem, sed etiam qvoad Legata & Fideicommissa.

168.

Ecloga 57. ad §. sed hac qvidem Vetustas introducebat; Nostra verò constitutio 5.

an filius ob *Æqvè graves aut Graviores* causas præter illas qvæ *in Novellâ* 115. c.3. expressæ sunt Exheredari potest?

Non potest.

169.

Ecloga 58. ad §. eund 5.

an pater *Augustanæ religioni* addictus filium propterea, qvòd *Pontificiam religionem* amplexus est, Exheredare potest?

Non potest.

170.

Ecloga 59. ex §. 5. it 6.7. & 8.

2.t.14. de heredibus Instituendis.

 si unus

ſi unus pluresvè heredes ex *certa vel majori Parte* inſtituti, *nondum abſumant Aſſem.* qværitur, ad qvem *Reliqvum* hereditatis pertineat?

ad *Inſtitutos* heredes [qvi hôc caſu Totam capiunt hereditatem, excluſis iis qvi aliàs *ab Inteſtato* ſucceſſuri erant.]

171.

Ecloga 60. ad §. hæres & Purè & ſub Conditione inſtitui poteſt 9.

an Extranea perſona non ſolùm [uti Filiusfamilias] ſub *Poteſtativa*, ſed etiam ſub *Caſuali* Conditione hæres inſtitui poteſt?

Affirmatur.

2.t.15. de Vulgari ſubſtitutione.

172.

Ecloga 61. ad Rubr. & §. 5. J. de Pupillari ſubſtitut.

Non ſubſiſtente *Teſtamento*, an ſubſiſtit *Subſtitutio* in eo comprehenſa?

Non ſubſiſtit hæc.

173.

2 t.16. de Pupillari ſubſtitutione.

Ecloga 62. ad pr. liberis ſuis impuberibus qvos In poteſtate qvis habet.

an *Mater* liberis ſuis (Verè-) *Pupillariter ſubſtituere* poteſt?

Non poteſt; niſi teſtamento adjecta fuerit clauſula Codicillaris, vel etiam Qvaſi-pupillariter ſ. Exemplariter ſubſtitutio fact fuerit.

174.

Ecloga 63. ad idem pr.

an Pater vel Avus per ſuam *ſubſtitutionem Pupillarem* (i. e. dum filio vel nepoti in Impubertate fortè deceſſuro aliqvem Subſtituit) efficere poteſt, ut Mater *excludatur à Legitima* poſt Filii mortem ſibi debitâ?

Negatur.

175.

Ecloga 64. ad §. maſculo igitur usq; ad Qvatuordecim annos 8.

an ſubſtitutio Pupillaris ſubſecutâ *Pubertate* [in Feminis poſt 12. in Maſculis poſt 14. annum] Exſpirat [adeò, ut etiam *Longius tempus* in teſtamento paterno præfixum non attendatur]?

Exſpirat, ſi ſcil. Subſtitutio pupillaris facta fuerit verbis *purè Civilibus ſ. Directis tantùm;* nam ſi verba *Obliqva vel Codicillaris clauſula* adjecta fuit, tunc poſt obitum filii Puberis hereditas titulo Fideicommiſſi ad Subſtitutum tranſit.

176. Ecloga

176.

Ecloga 65. ad §. Rumpitur autem testamentum 1. — 2.t. 17. qvibus modis testamenta Infirmantur.

an etiam illâ Agnatione rumpitur Testamentum, qvâ Posthumus [sive Immaturus sive Maturus] qvidem *Vivus* nascitur, mox autem non editâ voce Decesserit?

Affirmatur illud, etiam jure Saxonicô.

177.

Ecloga 66. ex §. Posteriore qvoq; testamento 2.

an testator immemor *Prioris* testamenti *Aliud* Ordinans, prius Mutâsse censetur?

Affirmatur, etiamsi Immemor fuerit prioris: aut in priori juratò Revocationi prioris renunciaverit.

178.

Ecloga 67. ex §. alio autem modo 4. & §. hoc autem casu Irrita fieri testamenta 5.

an testamentum qvod *Destituitur ab herede* [Desertâ scilicet, adeoq; Non aditâ hereditate] *Valet?*

Non valet, sed fit [uti aliàs loqvendum est] *Irritum.*

179.

Ecloga 68. ex §. ex eo autem solo non potest Infirmari testamentum 7.

utrum ad Revocationem testamenti sufficit *Nuda voluntatis declaratio,* an verò aliqva *Solemnitas* [puta ut fiat Judicialiter aut coram Septem testibus: item coram Tribus testibus post lapsum decennii] reqviritur?

Hoc Affirmatur.

180.

Ecloga 69. ad pr. qvia plerumq; Parentes & §. non autem Liberis 1. — 2.t.18 de Inofficioso testamento.

an is qvi *testamentum Paternum* [non qvoad Solennia aut ex Justâ Probabiliqve causâ, sed] *Improbè oppugnat*, Amittit qvæ in eo sibi sunt relicta Legata, aut Legitimam?

Affirmatur.

181.

Ecloga 70. ad §. 1. verb. Soror autem & Frater turpibus personis.

an, *Spu-*

an, *Spurio* instituto herede, testatoris *Fratribus* [*Honestis*] ideò qverela Inofficiosi competit?
Affirmatur.

182.

Ecloga 71. ad §. tam autem naturales Liberi 2.

numqvid pater præjudicare potest liberis, qvò minus *Legitimam* vel Totam vel ejus Supplementum petere valeant?
Nullo modo præjudicare potest.

183.

Ecloga 72. ad §. sed hæc ita 3.

an *sumtus Studiorum* [v. g. in Librorum emtionem, ad gradum Magisterii, Doctoræ aut Notariatus] à parentibus concessi, in *supplementum Legitimæ* computantur?
Negatur.

184.

Ecloga 73. ad §. igitur Qvartam qvis debet habere 6.

utrum Legitima liberis & parentibus *Qvovis titulo* [puta Legati Fideicommissi] relinqvi potest, an verò *tantùm Honorabili titulo Institutionis* relinqvi debet?
Hoc affirmatur jure [non qvidem *Veteri*, sed] *Novo*.

185.

Ecloga 74. ad §. igitur Qvartam qvis debet habere 6.

nepotes Qvinqve vel plures [non ex *Pluribus*, sed] ex *Unico filio* extantes, utrum *Trientem* an verò *Semissem s. Dimidiam hereditatis* pro legitimâ faciunt?
Semissem.

186.

Ecloga 75. ad §. Sui autem & Necessarii heredes 2. verb. Abstinere hereditate.

l. t. 19. de Heredum qvalitate & differentia.

an liberi parentum hereditate *Abstinentes* [aliud est si se hereditati Immisceant] *Æs eorum alienum* solvere tenentur?
adeò Negatur, ut nec Nepos de bonis Avitis debita paterna exsolvere teneatur.

187.

Ecloga 76. ad §. Extraneis autem heredibus 5. vers. sed nostra benevolentia.

an here-

an hereditatem jam *Aditam* heres iterum *Repudiare* poteſt?
Affirmatur [ſi non jure *Civili*; tamen] jure *Saxonico & Canonico*.

188.

Ecloga 77. ad §. eund. 5.

an heres, qvi nullum Inventarium confecit [vel juratam Specificationem non manifeſtat] etiam *Ultra vires hereditatis* (i. e. ut creditoribus & legatariis *de Suis bonis* ſatisfaciat) tenetur?
Negatur jure (non qvidem *Communi*, ſed) *Saxonico*.

189.

Ecloga 78. ad §. fin. item Extraneus heres 6.

an heres bona defuncti *Adminiſtrans* præſumitur hereditatem *Adiviſſe*?
Affirmatur; niſi *Contrarium* probet.

190.

Ecloga 79. ad §. ſed olim qvidem 2. 2.t.20.de Legatis.

an Legatarius (non ſolùm *Ordinariis* remediis puta 1. actione ex Teſtamento. 2. Rei vindicatione. 3. actione Hypothecaria; ſed) etiam *Extraordinariâ & Executivâ viâ* Legatum petere poteſt?
Affirmatur.

191.

Ecloga 80. ex §. non ſolùm autem teſtatoris vel heredis res, ſed etiam Aliena legari poteſt.

an (non ſolùm res *Propria*, ſed) etiam *Aliena* Legari poteſt?
Affirmatur, dummodo teſtator rem à ſe legatam Alienam fuiſſe *Sciverit*?

192.

Ecloga 81. ex § ſed & ſi rem Obligatam 5.

res legata, ſed à teſtatore alteri Hypothecata, utrum Redimenda eſt *ab Herede*, an verò *ab ipſo Legatario*?
Res ab HEREDE redimenda eſt (1. ſi teſtator *Scivit* rem obligatam eſſe, nec 2. *Aliud expreſſè* diſpoſuerit) ſcil. ſi ſit legati *Particularis*; nam ſi ſit legatum *Univerſale ſ. Univerſitatis* (v.c. Pharmacopolium) ad ipſum LEGATARIUM pertinet onus diſſolvendi nexum pignoris.

193.

Ecloga 82. ex §. ſi Eadem res Duobus legata ſit 8.

an *jus Accreſcendi* in omni *Conjunctione* (non ſolùm ſi Verbis & Re ſimul, aut Re ſolùm, ſed etiam ſi Verbis tantùm conjuncti ſunt) Legatorum, locum habet?
Affirmatur ſecundùm Dd. communiter & praxin fori Saxonici.

194.

Ecloga 83. ex §. si rem Suam legaverit testator, posteaq; eam Alienaverit. 12.

an Testator, qvi rem legatam [ex Postfacto] *Alienat*, eo ipso legatum *Revocâsse* præsumitur?

si de testatoris voluntate *Non constat* [nam *Certa* voluntas certam suggerit decisionem], tunc alienatio, qvæ *ex Necessitate* facta fuit, Non habetur pro revocatione.

195.

an Testator, qvi rem legatam [ex Postfacto] *Alienat*, eo ipso legatum *Revocâsse* præsumitur?

si de testatoris voluntate *Non constat* [nam *Certa* voluntas certam suggerit decisionem], tunc alienatio qvæ *Voluntariò s. ex Voluntate merâ* contigit, Habetur pro revocatione.

196.

Ecloga 84. ex §. siqvis Debitori suo 13. & §. ex contrario, si debitor Creditori suo 14.

an legatum [Nominis s. Actionis] qvo *testator-Debitor* suum debitum legat suo *Creditori* est Utile?

etiam *in Genere s. Generaliter* valet [i. e. non solùm si *Plus* est in legato, qvàm credito, sed etiam si *Tantundem* saltem relictum est.]

197.

Ecloga 85. ad §. siqvis ancillas 17. verb. si fundus Instructus vel cum Instrumentis.

si qvis Fundum *Instructum* [aliud est si qvis *Fundum & Instrumentum* s. Fundum cum Instrumento] legat. qværitur, an tunc Omnis in fundo deprehensa supellex debeatur?

Affirmatur.

198.

Ecloga 86. ad §. Ædibus deniq; legatis, columnas & marmora 19.

an *Domô* legatâ etiam *Hortus* ad eam pertinens legatus censetur?

Affirmatur.

199.

Ecloga 87. ex §. tàm autem corporales-qvàm Incorporales. 21. verb. nisi Exegerit vivus testator.

an le-

an legatum Debiti f. Nominis per Exactionem factam [i. e. si, qvod primum legaverat f. donaverat & *remiserat* Debitum, postea iterum *exigit* Creditor] Extingvitur?
Tacitè extingvitur, *Regulariter.*

200.

Ecloga 88. ad §. si Generaliter servus vel res alia 22.

qvalem rem Eligere potest legatarius in legato Generis [ubi v. c. homo, domus, fundus legatus est], utrum rem *Optimam* an verò *Pessimam Minimamve?*
Mediocrem potius [nisi sit legatum Generis ad Pias causas, ubi in dubio *Optimum* relictum censetur.]

201.

Ecloga 89. ad §. Incertis verò personis 25.

Qvisnam [si fortè pro *Pauperibus* stipendium relictum distribui debet] pro Paupere habendus est?
qvi *Manualibus operis* se sustentare Cogitur. [eatenus tamen *Arbitrio judicis* multum tribuitur]

202.

Ecloga 90. ex §. si qvidem in Nomine Cognomine Prænomine Agnomine 29. & §. 30. verb. Falsâ demonstratione.

an Error in *Nomine* [Prænomine, Cognomine, item Patriâ] aut *Demonstratione* [à testatore commissus] Legatum vitiat?
Non vitiat.

203.

Ecloga 91. ex §. longe magis legato Falsa causa adjecta 31.

an Falsa causa legato adjecta vitiat legatum?
Non vitiat, si est causa [Efficiens] *Impulsiva*; at si est *Finalis*, i. e. commodum honoremve Testatoris aut alicujus Tertii respiciens, Vitiat.

204.

Ecloga 92. ad §. 31. verb. sed si Conditionaliter.

an legatum *Studiorum causâ* (f. sub Conditione studiorum excolendorum) relictum, si legatarius *à studiis Desistit*, Exspirat (adeoqve in hereditate Manet vel eò Revocari potest)?
Affirmatur.

205.

Ecloga 93. ad §. Pœna qvoq; nomine 36. final.

 an le-

an legatum *ſub Conditione* religionis Pontificiæ aſſumendæ relictum, Debetur legatario Reformato, etiamſi *conditionem illam adimplere Denegat?*
Debetur tanqvam purum legatum.

206.

2.t.21.de Ademptione legatorum & Translatione.

Ecloga 94. ad pr. Ademptio legatorum.

an legatorum Ademptio (qvæ fieri poteſt tam Extra teſtamentum qvàm In illo) coram *Paucioribus* qvàm *Qvinq; teſtibus* locum habet?
Negatur.

207.

Ecloga 95. ex §. Transferri qvoq; legatum 1.

an teſtator legatum legatario ſemel relictum nihilominus *Qvandocunq;* (ſive Statim ſive ex Intervallo) volet, iterum Adimere aut in alium Transferre poteſt?
Affirmatur.

208.

2.t.22.de lege Falcidiâ.

Ecloga 96 ad pr. ſuper eſt ut de lege Falcidiâ.

utrum Falcidia locum tantùm habet in *Legatis & Fideicommiſſis ſingularibus*, an verò etiam in *Aliis ultimis voluntatibus?*
etiam in Cæteris ultimis voluntatibus (putà Donationibus mortis cauſa, qvin & in ſucceſſionibus ab Inteſtato) obtinet.

209.

an teſtator Falcidiæ (in omnibus Ultimis voluntatibus obtinentis) detractionem prohibere poteſt?
Affirmatur jure (non *Veteri*, ſed) *Novo*, & qvidem ſi prohibitio fiat *Expreſſis verbis*. (nam *Tacita & præſumta* non ſufficit, cumprimis jure Saxonico electorali.)

210.

Ecloga 97. ex §. Qvantitas autem patrimonii 2. & ex §. ſed qvia 7. in fin. de Fideicommiſſariis heredibus.

an qvoad præſtationem Caſuum fortuitorum heres *Falcidius* (qvi Legatariis eſt obligatus) & heres *Trebellianicus* (ſ. Fiduciarius, qvi hereditatem Fideicommiſſario heredi reſtituere tenetur) differunt?
Affirmatur: nam Ille *Non tenetur* præſtare caſus fortuitos; ſed Hic *Tenetur*.

211.

Ecloga 98. ex §. fin. cùm autem ratio legis Falcidiæ ponitur 3.

utrum qvarta Falcidia detrahenda eſt legatis *Æqvaliter*, an verò ſingulis *pro Ratâ parte?*
Hoc affirmatur.

212. Ec-

212.

an qvartæ Falcidiæ detractio in *Omnibus* adeoq; etiam in legatis *ad Pias causas* locum habet.

Hoc Negatur.

213.

Ecloga 99. ad. §. 2. & seqq.

utrum filius (cui alias *qvarta Legitima* debetur) qvi Legato aut Fideicommisso (inde occasio ad *qvartam Falcidiam Trebellianicamvé* detrahendam) gravatus est, *Duas qvartas* deducere potest, an verò *Unam tantùm?* 2.t.23.de Fideicommissariis Hereditatibus.

secundum jus *Canonicum* DUÆ qvartæ detrahi posse videntur; secundùm jus *Civile* UNA tàntùm detrahitur. Qvid in *Praxi* obtinet? si Legatum aut Fideicommissum *Purè* adscriptum est, UNA (& Legitima) qvarta deducitur; si autem *in Diem, aut sub Conditione*, tunc filius DUAS (scil. ultra Legitimam etiam Falcidiam & Trebellianicam) detrahere potest.

214.

Ecloga 100. ex §. si qvis unâ aliqvâ Re 9.

heres qvi rogatus est *certâ Re* (aliud est in *Parte certâ* hereditatis) Retentâ, alteri hereditatem restituere, utrum habendus est *pro Herede* & Universali successore) an verò tantùm *pro Legatario?*

habetur tantùm pro Legatario (etiamsi Res illa Maximam hereditatis partem contineat): & propterea ab Exsolutione æris alieni (defuncti) immunis est, *Regulariter.*

215.

Ecloga 101. ex §. praeterea Intestatus 10.

cùm Fideicommissa (æqvè ac Legata) etiam ab Intestato relinqvi possint., qværitur *Qvot testes* ad sui firmitatem reqvirant?

Qvinq; adhibeantur, etiamsi Non sint rogati.

216.

Ecloga 102. ex §. eum qvoq; cui aliqvid Restituitur 11.

an heredi (non solùm Fiduciario sed etiam) *Fideicommissario* iterum *Alius* substitui potest?

Affirmatur & hoc.

217.

si heredi *Fiduciario* heres Fideicommissarius, & heredi *Fideicommissario* etiam *Alius iterum* substitutus est. qværitur, *Qvot* sint, qvi qvartam Trebellianicam [in Restitutione] deducere possint?

Solus heres [scl. *Fiduciarius*] Trebellianicam deducere potest. si autem Ille eam non deduxit, tunc *Fideicommissarius* eam detrahere potest.]

218.

Ecloga 103. ex §. & qvia prima Fideicommissorum cunabula à Fide heredum 11.

Qvomodo Fideicommissarius, deficientibus *aliis Probationibus* [puta scripturæ aut Qvinqꝫ testium] *Evincere potest*, qvòd sibi Fideicommissum [sive Universale sive Singulare aut Legatum] sit relictum?

Heres negans [deferente Fideicommissario, qvi prius juramentum Calumniæ præstet] *Jurare cogitur* [qvod fidei suæ NIHIL commissum sit] aut, si *Nolit jurare*, fideicommissum OMNINO præstat.

219.

utrum Juramentum illud [qvod ob Fideicommissum denegatum Fideicommissarius Heredi defert] *Cuicunqꝫ heredi & Promiscuè* deferri potest?

Non potest aliter deferri, qvàm si testator Heredi [non *Absenti & Ignoranti*, sed] *Præsenti* injunxit Fdeicommissi præstationem.

220.

2. t. 25. de Codicillis.

Ecloga 104. ad §. non tantùm autem Testamento-sed & Intestatus 1.

clausula codicillaris adjecta testamento, qvod respectu *Solennitatum* [aliud si ratione *Voluntatis*] defectum habet, qvid Operatur?

ut testamentum illud valeat, si non in vim *Testamenti* [nam Solennitatis defectus obstat], tamen jure *Codicillorum* [*vel Fideicommissi vel alterius Ultimæ voluntatis*. adeò ut hæres ab Intestato succedens non solùm Legata præstare, sed etiam Hereditatem restituere teneatur.]

221.

Ecloga 105. ad §. eund. 1.

Codicilli qvi [non *Cum* testamento, sed] *Sine* testamento [s. ab Intestato] fiunt, Qvot reqvirunt testes?

minimum *Qvinqꝫ*; nisi sint codicilli qvi continent causam Piam aut tempore Pestilentiæ sint conditi. nam his casibus [ex Æqvitate tàm in foro juris Communis qvàm Saxonici] *Duo* testes sufficiunt.

222.

Ecloga 106. ex §. Codicillis autem Hereditas neqꝫ dari neqꝫ adimi 2.

utrum in Codicillis facta heredis institutio valet *Directò*, an verò *Obliqvè inqꝫ vim Fideicommissi* [i. e. ut illa heredis institutio verbis *Directis* facta per benignam Interpretationem *Obliqvetur & ad Fideicommissariam* trahatur,

tur, qvô sic heres testamentarius vel legitimus cogatur restituere hereditatem Fideicommissariam]?
Hoc affirmatur.

223.

Ecloga 107. ad §. Codicillos autem 3.

an in Codicillis etiam *Mulier* [& Legatarius] existere potest *Testis*?
Affirmatur.

224.

Ecloga 1. ad pr. §. 1. & 2.

an *Liberi* omnibus *Aliis consangineis* in successione præferuntur? 3. t. 1. de Hereditatibus qvæ ab Inteſtato deferuntur.
Affirmitur: si modò *Vivi* [& sine monstrositate] in lucem edantur [etiamsi Nondum perfecti sint, ac Sexto mense nascantur.]

225.

Ecloga 2. ad §. minus ergo juris habent Adoptivi 11.

an Adoptivi liberi non solùm *Adoptivo* [Durante adoptione] sed etiam *Naturali patri* succedunt?
Affirmatur & hoc.

226.

Ecloga 3. ad §. 2. vers. Necnon eos.

an liberi Naturales [vel ex Concubinâ vel etiam ex Desponsatâ] ante Benedictionem sacerdotalem nati, per Matrimonium subseqvens ita legitimantur, ut parentibus suis Succedant?
Succedunt *Extra* electoratum Saxonicum. [nam *In* electoratu Saxonico Hodie à parentum successione excluduntur.]

227.

Ecloga 4. ex §. Sui autem heredes 2. vers. Posthumi qvoq.

an *Posthumus* etiam in Successione [ab Intestato] pro *jam-Nato* habetur?
Affirmatur [sive qværatur de successione Ascendentium sive Collateralium.]

228.

Ecloga 5. ex §. interdum 4. verb: jus enim Postliminii.

an Captivo ab hostibus *reverso* debetur Successio?
Affirmatur, jure *Postliminii.*

229.

Ecloga 6. ex §. per contrarium 5. verb. Perduellionis reus.

an

an ob crimen læsæ majestatis *Confiscatio bonorum* facta aut facienda nocere potest *Vidua aut reliqvis Creditoribus?*
Negatur.

230.

Ecloga 7. ex §. cùm Filius Filiavè 6.

an liberi plures primi gradus adeò *Æqvaliter* [in Capita] succedunt, ut nulla planè *Prærogativa* Ætatis [puta imbecillioris] vel alicujus Conditionis attendatur?
Affirmatur.

231

Ecloga 8. ex §. cùm Filius Filiavè 6. verſ. & qvia placuit.

an *Nepotes* & reliqvi [non solùm ex Filiis sed] etiam ex Filiabus descendentes, cum liberis *Superioris gradus* Succedunt?
etiam Succedunt [& qvidem in Stirpes] tàm in foro Saxonico hodierno qvàm jure Civili.

232.

Ecloga 9. ad §. cùm Filius 6.

an Nepotes *succedunt* Avo, etiamsi illorum Pater hereditati avitæ pro Se & Suis hæredibus *renunciavit?*
Succedunt nihilominus.

233.

Ecloga 10. ex §. Emancipati autem liberi 9.

an etiam *Emancipati* liberi cum *Suis* succedunt?
Succedunt jure *Civili* hodierno [etiam in Feudis]; aliud qvandoq; obtinet jure *Saxonico.*

234.

Eclga 11. ad §. item vetustas ex Masculis progenites plus diligens. 15.

an *Feminæ* in Feudis unà cum *Masculis* succedunt?
Non succedunt (jure Civili aut Saxonico): nisi sint *feuda Feminea.*

235.

Ecloga 12. ad §. item Vetustas 15. & §. sed Nos 16.

an idem obtinet in foro Saxonico qvod in jure Civili, ut, si plures *Ascendentes* in Pari gradu adsint (v.c. avus Paternus & Maternus &c.) tunc in bonis *Nepotum* ex lineâ PATERNA provenientibus ascendentes *Paterni generis* solùm, & in bonis ex MATERNA lineâ ascendentes *Materni generis* succedant?

Non

Non obtinet idem (qvia omnes Ascendentes gradu Pares simul absq; Distinctione bonorum Nepotibus succedunt); nisi *Statutum* extet in contrarium.

236.

Ecloga 13. ad pr.

si liberis defunctis supersunt & Parentes & Collaterales, qvomodo fit successio jure CIVILI (non *Veteri*, sed) *Novo?* 3.t.2.de legitimâ Agnatorum successione.

Ascendentes excludunt omnes *Collaterales*; exceptis Fratribus utrinqve conjunctis eorumqve Liberis.

237.

si liberis defunctis supersunt & Parentes & Collaterales, qvomodo fit successio jure SAXONICO?

soli *Ascendentes* succedunt, adeò ut omnes ac singulos *Collaterales*, (etiam ipsos Utrinqve conjunctos fratres) penitus excludant.

238.

Ecloga 14. ex §. sunt autem Agnati 1. verb. iis qvi tunc Proximiore gradu,

qvid obtinet si liberis defunctis succedere volunt PARENTES qvi (non in *Pari* sed) in *Dispari* gradu (uti Mater & Avia) sunt?

Proximi Parentes excludunt *Remotiores* (nullô qvoqve respectu habito, utrum sint Nobiles an Non).

239.

Ecloga 15. ad §. sunt autem Agnati 1.

qvid obtinet si ad Defuncti successionem adspirant ejus FRATRES?

tunc jure Civili & Saxonico Fratres (Sororesqve) *Utrinq; conjuncti* cæteros *Unilaterales* (sive Consangvinei sint sive Uterini) eorumqve Liberos plane excludunt.

240.

Ecloga 16. ad §. eund. 1.

an *Germani fratres & sorores* Fratrum & Sororum *germanorum Liberos* in successionibus FEUDALIBUS excludunt?

Nec in feudalibus excludunt, sive spectes fori Saxonici usum sive jus Civile aut Feudale.

241.

Ecloga 17. ad eund §. 1.

an *Germani fratres & sorores* Fratrum & Sororum *germanorum Liberos* in successionibus ALLODIALIBUS excludunt?

Excludunt (si non *jure Civili & Caroli V.* tamen) de consvetudine *fori Saxonici* Communiori.

242.

Ecloga 18. ex §. hoc etiam 4. verb. in Capita dividenda.

Fratrum ac Sororum (sive Bilateralium sive Unilateralium) LIBERI, si (Patruo v. c. mortuo) Soli sunt, utrum in *Capita* an verò in *Stirpes* succedunt? Succedunt (non solùm jure Civili, sed etiam Saxonico & Feudali) in Capita s. Æqvaliter.

243.

Ecloga 19. ad eund. §. 4.

utrum in Feudi (æqvè ac in Allodiali) Successione *Duplicitas vinculi* (i.e. ut qvis ab Eodem patre & matre prognatus sit) attenditur, an verò *sola Agnatio* sufficit?

Hoc affirmatur, non solum jure feudali Romano, sed etiam Saxonico.

244.

3. t. 3. de SCto Tertylliano.

Ecloga 20. ad pr. & §. 1.

an *Mater* unà *cum Patre* ad liberorum successionem admittitur?

Affirmatur non solùm Civili, sed etiam Saxonico jure.

245.

Ecloga 21. ex §. sed qvemadmodum nos matribus prospeximus, ita Soboli consulere. 6.

an Mater liberis *Tutores* [*Intra annum*] *non petens* à *Successione* liberorum removetur?

Affirmatur si liberi *Impuberes* decesserint; aliud est 1. si Liberi *Puberes* decesserint, 2. si Mater *Minorennis* adhuc, aut *Justarum causarum* impedimenta habuerit.

246.

Ecloga 22. ex §. licet autem Vulgò qvæsitus 7.

Qvisnam ad Spurii successionem admittitur?

Mater sola [sive sit illustris sive Plebeja] eaq; deficiente Cognati; excluso planè *Patre & Agnatis*.

247.

3. t. 4. de SCto Orphitiano.

Ecloga 23. ad pr. & §. 1.

ecqvis in rebus *Expeditoriis* [jure Saxonico] succedit?

soli *Masculi & Agnati*; excipiuntur ii qvi sunt Clerici.

248.

ecqvis in *Geradâ s. bonis Utensilibus* [jure Saxonicô] succedit?

solæ

folæ *Femina & Cognati* [qvibus tamen addendus Filius-clericus in geradâ Matris], iisq; deficientibus Magistratus loci.

249.

Ecloga 24. ex §. noviſſimè ſciendum eſt etiam illos liberos qvi Vulgo qvæſiti 3.

an Spurii non ſolùm *Matri* [& tum Aſcendentibus tum cognatis Deſcendentibus per lineam Maternam], ſed etiam *Patri* [& aliis per lineam Paternam Aſcendentibus] ſuccedunt?

Illud tantùm affirmatur.

250.

Ecloga 25. eod. §.

qvomodo liberi Naturales [i. e. ex Concubinâ nati] ſuo Patri ſuccedunt?

ſi NON EXTANT juſti liberi aut uxor legitima [nam ſi hi EXTANT, *Nullatenus* illi ſuccedunt] admittuntur [non ſolùm Civili, ſed etiam Saxonico jure] in *Sextantem ſ. Duas uncias* Sechſte Theil der Erbſchafft cum matre æqvaliter dividendas.

251.

qvomodo liberi Spurii ſuo Patri [ſi ſcl. fortè Innotuit & certus eſt] ſuccedunt?

ſi NON EXTANT juſti liberi aut uxor legitima [nam ſi hi EXTANT, *Nullatenus* illi ſuccedunt] admittuntur in *Sextantem* cum matre æqvaliter dividendum.

252.

Ecloga 26. ad §. ſi ex Pluribus legitimis heredibus 4.

an jus Accreſcendi non ſolùm in ſucceſſionibus *ab Inteſtato & Bonorum poſſeſſione* [item jure Civili in Donationibus mortis causâ] ſed etiam in *Donatione ſ. Liberalitate à Principe vel Illuſtri perſonâ* [qvibusdam Conjunctim] proficiſcente locum habet?

Affirmatur [ita ut *Uno* ex conſortibus liberalitatis principalis decedente, pars vacans *ad Reliqvos* perveniat.]

253.

Ecloga 27. ad pr. §. 1. & ſeqq.

ſi Defunctus reliqvit [Collaterales, putà] Fratres partim CONSANGVINEOS partim UTERINOS, & ſimul Bona qvæ [non à *Collateralibus* ſed] à *Parentibus immediatè* ad eum devoluta fuerunt, Qvomodo contingit ſucceſſio? 3.t.5.de ſucceſſione Cognatorum.

jure *Civili* [aliud fortè in foro *Saxonico*] CONSANGVINEI in bonis ex *Paterna* lineâ provenientibus, UTERINI in bonis ex *Maternâ* lineâ qvæſitis ſuccedunt.

 254. ſi

254.

si Defunctus reliqvit [Collaterales, putà] Fratres partim CONSANGVINEOS partim UTERINOS, & simul Bona qvæ [non à *Parentibus*, sed] à *Collateralibus* ad eum devoluta fuerunt, Qvomodo contingit successio?

tunc Fratres UTERINI & CONSANGVINEI *Æqvaliter* succedunt, jure Civili: imò etiam in foro Saxonico omnes Collaterales Absqve distinctione [Unde bona provenerint] defuncto succedunt.

255.

Ecloga 28. ex §. Vulgo qvæsitos nullos habere Agnatos, manifestum est 4.

an Fratrum & Sororum [Bilateralium] liberi, *etiamsi Spurii* sint, excludunt Cognatos à matre [v. c. defuncti Patrueles ac Consobrinos] *gradu Posteriores s. Remotiores?*

Affirmatur jure Saxonico pariter ac Civili.

256.

Ecloga 29. ex §. hoc loco & illud 5.

an Hodie qvilibet Collaterales [i.e. sive sint Cognati sive Agnati] ad Decimum usq; gradum succedere possunt?

ad *Decimum usq;* gradum, imò etiam [si modò de cognatione Constet] *Ultra* [tam Saxonico qvàm Civili jure] succedere possunt.

257.

Ecloga 30. ad pr.

3.t.6. de Gradibus cognationum.

an Graduum proximitas etiam Conjecturis & præsumtionibus probari potest?

Affirmatur.

258.

Ecloga 31. ad §. hactenus ostendisse sufficiat qvemadmodum Gradus numerentur 7.

Utra Graduum computatio in causis Matrimonialibus observatur, *Civilis*ne an *Canonica?*

Canonica (non solùm in terris Pontificiis, sed) etiam in ecclesiis Saxonicis & aliis Orthodoxis.

259.

Ecloga 32. ad pr. & §. 1.

3.t.8. de successione Libertorum.

an *Propriis hominibus* (Leibeigenen Leuthen) succedunt *Domini*?

Succedunt, si illis nulli sunt Liberi.

260. Ec-

260.

Ecloga 33. ad pr.

an Pater bona sua *Uni ex liberis* (v.c. prælegando, donando, vendendo) addicere poteſt?

3.t.9 de Aſſignatione libertorum.

Affirmatur (conqverentibus licet *Reliqvis liberis* ſuper INÆQVALITATE) dummodò Cæteri liberi LEGITIMAM integram habeant.

261.

Ecloga 34. ad §. ſed eas qvidem Prætoria 2. & §. cum igitur plures ſpecies 4.

3.t.10. de Bonorum poſſeſſionibus.

Qvando *Liberi* (aliud in *Extraneis*) à petitione hereditatis paternæ (maternæ) aut avitæ excluduntur?

demum poſt lapſum *Nonaginta annorum*, ita ut eis (ſive Saxonico ſive Civili jure) præſcriptio *Triginta vel Qvadraginta annorum* non obſtet.

262.

Ecloga 35. ex eod. §. 2. verb. unde Vir & Uxor.

ſi nulli extant heredes Deſcendentes Aſcendentes aut Collaterales ecqvis ad ſucceſſionem ab inteſtato eſt Proximus. utrum *Conjuges* an verò *Fiſcus*?

Vir & Uxor invicem ſuccedunt, ſucceſſione (non tàm *Imperatoriâ* qvàm) *Prætoria*.

263.

Ecloga 36. ad pr.

3.t.13. de ſucceſſionibus ſublatis, qvæ fiebant per bonorum venditionem.

Qvomodo (jure Saxonico) contra Reum *Contumaciter emanentem* proceditur?

[ſi duo Præceſſerint 1. *Citatio* Trina, vel Unica peremtoria. 2. Actor in termino *Comparuerit*, contumaciam Rei *Accuſaverit*, *Petieritq́;* expreſsè ut Judex reum contumacem, tanqvam confeſſum & convictum uſqve ad legitima impedimenta Condemnet, tunc] Condemnatur usq; ad legitima IMPEDIMENTA, biß auff Ehehafften.

264.

Ecloga 37. ad idem pr.

qvid ſi verò Reus [*antea Contumax*] legitima impedimenta docere & deducere [ad hanc deductionem iterum & ſpecialiter Citandus fuit, conceſsâ morâ 6. ſept. 3. dier.] *Non valuerit* vel rurſus *Emanſerit?*

ad EXECUTIONEM usqve biß auff die Hülffe [i. e. ſecundùm contenta Libelli & principalem actoris Intentionem) condemnatur.

265.

3. cap. qvibus modis Recontrahitur obligatio.

Ecloga 38. ad pr. Re contrahitur obligatio, veluti Mutui datione.

an valet Pactio, ut *Plus restituatur*, qvàm *Mutuò datum* est?

Non valet [ut *Plus* restituatur: qvanqvam ut *Minus* restituatur, pacisci licet].

266.

Ecloga 39. ad pr. Re contrahitur obligatio. vers. & qvoniam nobis.

si Mutuum reddendum est eo casu qvo interim Monetæ mutatio [sive *Intrinseca*, in Materiâ & Pondere in Gehalt und Gewichte; sive *Extrinseca*, in Valore & Signo an Werth und Gepräge] facta est. qværitur, utrum Æstimatio s. Qvantitas qvæ Fuit tempore *Contractus*, an verò qvæ Est tempore *Solutionis s. redditionis*, exhibenda sit?

qvæ fuit tempore Contractus.

267.

Ecloga 40. ad §. is qvoq; qvi Non debitum accepit.

an Indebitum [non à Sciente, sed] per Ignorantiam sive *Juris* [præsertim juris Naturalis aut qvatenus agitur de Lucro captando] sive *Facti* Solutum, Repeti potest?

Repeti potest qvoad summam Sortis; aliud enim est in *Usuris* scil. Ante litem contestatam currentibus.

268.

Ecloga 41. ex §. Item is, cui res aliqva utenda datur, i.e. Commodatur. 2.

an Commodatarius [non solùm *Dolum & Culpam*, sed etiam] *Casum fortuitum* præstare tenetur?

Affirmatur, si ejus Culpa præcessit *Casum*.

269.

Ecloga 42. ad §. præterea & is, apud qvem res aliqva Deponitur 3.

an ex causa Depositi condemnatus ex Collegio removeri potest?

Affirmatur.

270.

Ecloga 43. ad eund. §. 3. verb. si qvid dolo commiserit.

an Deposito per *Casum aliqvem* Amisso tenetur Depositarius?

Negatur; nisi Dolus ejus aut Lata culpa (à deponente prius probanda) præcesserit.

271. Ec-

271.

Ecloga 44. ex §. creditor qvoq; qvi Pignus accepit 4.

an Creditor ob Pignoris (non *Culposam* Fahrlässige / sed) *Casualem* amissionem creditum suum perdit?

Negatur (etiam jure Saxonico, qvo tantùm Exceptio est in oppignoratis eqvis & pecudibus.).

272.

Ecloga 45. ad pr. & §. 1.

an in Stipulatione Solennia Interrogationis & Responsionis (uti *Olim*, sic) *Hodienum* observanda sunt Necessariò? 3. t. 16. de Verborum obligationibus.

Negatur.

273.

Ecloga 46. ad §. omnis stipulatio aut Purè, aut in Diem, aut sub Conditione. 2.

Qvando Interesse *Mora* in debitis *Puris* (ubi dies & Cessit & Venit) peti potest?

non nisi post interpellationem Judicialem aut [illâ deficiente] Extrajudicialem testatò factam.

274.

Ecloga 47. ad eund. §. 2. vers. id qvod in Diem stipulamur. §. Loca etiam 5.

si qvid in Diem [sive ab Homine determinatam sive Legalem & tacitam] promissum est. qværitur, utrum duntaxat *Post diei illius* adventum, an verò etiam *Ante diem* peti possit?

etiam Ante diei [vel conditionis] eventum executio peti potest *Qvandoq;* [& si periculum sit in Morâ. nam *Regulariter* aliud obtinet.]

275.

Ecloga 48. ad §. sub Conditione 4.

an Sponsiones de rebus [non *Turpibus* & contra bonos mores, sed] *Honestis* sunt Licitæ?

Licitæ sunt & [non solùm jure Romanô, sed etiam Saxonicô] contrahentes *Obligant*: salvâ tamen *Moderatione* [si summa nimis Grandis fuerit] Judicis.

276.

Ecloga 49. ad §. non solùm Res sed etiam Facta. 7. final.

an *Facti* Promissor [vel ejus Heredes], qvi [aliàs] ad Interesse tenetur, adhuc *Factum ipsum* (si velit & possit) præstare admittitur?

Affir-

Affirmatur: si stipulatori nullum *Intereſſe* inde decedat.

277.

Ecloga 50. ad eund. §. 7. verb. adjici Pœna debet.

Pœna conventionalis utrum in obligationibus *Dandi* an verò *Faciendi* locum habet?

tantùm Faciendi obligationibus adjici poteſt.

278.

3.t.17. de Duobus reis ſtipulandi & promittendi.

Ecloga 51. ad pr. & §. 1.

an Correis debendi (ſ. promittendi) competit, qvando *in Solidum* conveniuntur, *Diviſionis beneficium* ſ. exceptio?

Affirmatur: ſi modo 1. eidem expreſſè *Non renunciaverint*. 2. & eam reus *in judicio Oppoſuerit*.

279.

Ecloga 52. ad §. 1. verb. promittentes ſinguli in ſolidum tenentur.

an Correus debendi ſeu promittendi, qvi (non *pro Sua* rataqve parte, ſed) *Totum* ſolvit, actionem adverſus alterum Correum pro Ratæ repetitione habet?

Habet actionem (non ſolùm ſi ipſi *Ceſſa fuerit* à creditore, ſed) etiam *Absq; ceſſione*.

280.

3. t.20. de Inutilibus ſtipulationibus.

Ecloga 53. ad §. ſi qvis Alium daturum facturumve. 3.

an Curator mulieris eandem *Obligat* per actum, qvem ipſamet (vel ab Initio præſentiâ conſenſuq; non roborat, vel ex Poſtfacto expreſſè aut tacitè) *Non ratificat?*

Non obligat eam.

281.

Ecloga 54. ad §. ſi qvis Alii, qvam ei, cujus juri ſubjectus ſit, ſtipuletur. 4.

an *Mater* (æqvè ac *Pater* ſuo filio aut filiæfamilias) Liberis ſuis Stipulari poteſt?

Negatur.

282.

Ecloga 55. ad §. Furioſus nullum negotium 8.

an Furioſus propter Delictum à Pœnâ eſt excuſatus?

Affirmatur de Furioſo *qvà Tali*; aliud ſi *tempore Dilucidi intervalli* deliqverit.

283. utrum

283.

utrum Furiosus, propter Delictum à Pœnâ excusatus, planè *Dimitti ac liberari debet*, an verò à proximis Cognatis aut à Magistratu est *Custodiendus* & Alendus?
Hoc Affirmatur.

284.

Ecloga 56. ad §. item Verborum obligatio 11. verb. tales Scripturas.

utrum Instrumenta (Gvarentigiata i. e. Subscriptione & Sigillo munita) Recognita *Plenè* an verò *Minus plenè* probant?
non solùm *plenè Probant*, sed etiam adeò *paratam Executionem* merentur, ut, si reus ea Falsitatis legitimè convincere velit, illud (Regulariter) *Post executionem*, adeoqve *in Reconventione* demum facere possit.

285.

cùm Instrumenta Subscripta & Sigillata adeò Paratam habeant executionem, ut iis Dolus Error aut Absentia non nisi *in Reconventione* opponi possit. qværitur, an non iis Doli suspicio *in Continenti probabilis* objici qveat?
Affirmatur.

286.

Ecloga 57. ex §. Alteri stipulari nemo potest. 18. & §. 19.

an ex Stipulatione [à Me] *Alteri factâ* huic [Tertio] contra *Promissorem* acqviritur Actio?
Negatur.

287.

cùm ex Stipulatione à Me Alteri factâ huic *Alteri* nulla competat Actio. qværitur, annon *Mihi Stipulatori* aliqva acqviratur Actio?
Affirmatur, si stipulantis *Intersit* (aut etiam stipulationi, de Faciendo, *Pœna adjecta sit).*

288.

Ecloga 58. ad §. versâ vice 20. verb. nisi Pœnam.

utrum Pœna conventionalis *Statim & executivè* peti potest, an verò non nisi *præcedente Cognitione causæ & Sententiâ declaratoriâ*, exigi potest?
Hoc affirmatur.

289.

Ecloga 59. ad §. qvod Turpi ex causa promissum est. 23.

 an ab

an ab eo, qvi se non Lusurum esse asserit, Pœnam [exigendam à Ludente] stipulari licet?
Affirmatur.

290.

an qvis *Vivens* adhuc Uxorem suam, hâc Consentiente, Alteri in casum *Mortis* promittere potest?
Negatur.

291.

§.t.21. de Fidejussoribus.

Ecloga 60. ad §. in Omnibus obligationibus assumi possunt. 1.

an Fidejussor intercedens pro *Pupillo* Sine tutoris auctoritate promittente, aut *Muliere* Sine curatore contrahente, obligatur?
Efficaciter f. Civiliter obligatur Fidejussor; utut Pupilli aut Mulieris obligatio sit *tantùm Naturalis*.

292.

Ecloga 61. ex §. fidejussor non tantùm Ipse, sed etiam Heredem.

an Fidejussorum *Heredes* etiam tunc Obligantur, etiamsi in instrumento fidejussionis *Nulla mentio eorum* facta fuerit?
Obligantur nihilominus, & qvidem etiam tunc qvando Fidejussor per taxativam *Solus, Tantùm, Duntaxat* sese obligaverit.

293.

Ecloga 62. ad §. si Plures sint fidejussores. 4.

si *Plures* Fidejusserunt, qvalis datur (contra creditorem à singulis *Solidum* exigentem) exceptio?
exceptio Divisionis (ex epistolâ D. Hadriani), si scil. 1. *Omnes sint solvendo* tempore propositæ Divisionis. 2. nisi eidem *Specialiter f. Expressè* & nominatim renunciaverint.

294.

Ecloga 63. ex eod. §. verf. sed si ab uno fidejussore creditor Totum.

si Unus Fidejussorum Solidum solvit, omissâ *Actionis cessione*. qværitur, an posteà *Aliam habeat actionem* contra Confidejussores (pro recipiendis portionibus qvas qvisqꝫ Confidejussorum conferre debuisset)?
Nullam aliam actionem habet.

295. Ec-

295.

Ecloga 64. ad eund. §. 4.

an Fidejussor Indemnitatis (*ein Schadloß-Bürge/Rück-Bürge*) tunc qvoqve Excussionis beneficium habet, si ei Renunciaverit?

Habet: *etiamsi renunciaverit* vel Specialiter vel etiam Juratò.

296.

Ecloga 65. ex §. Fidejussores ita obligari non possunt, ut Plus debeant 5.

an *Fidejussores* possunt in Plus (scil. Re, Tempore, Locô aut Causâ) obligari qvàm *Principales debitores?*

Non possunt obligari (in Plus *Qvantitativum*; sed *Qvalitativum* i.e. Arctior obligatio admittitur.)

297.

si Fidejussor in Duriorem causam qvàm Principalis debitor sese obligavit qværitur, utrum *Tota fidejussio* corruat, an verò tantùm qvoad *Superfluum & excedentem qvantitatem?*

Hoc affirmatur.

298.

Ecloga 66. ad §. si qvid 6. verb. Mandati judicium.

an Fidejussor, qvi *Diu* in obligatione stetit, ad liberationem (etiam *ante Solutionem*) contra Debitorem agere potest?

Agere potest, & qvidem ad hoc, ut Eximatur ab obligatione.

299.

Ecloga 67. ad pr. verb. Biennii metas. 3. t. 22. de Literarum obligationibus.

Qvando exceptio Non numeratæ pecuniæ contra APOCHAM s. qvietantiam opponenda est à *Creditore?*

intra (non *Biennium*; sed) *Triginta dies* tantùm.

300.

Qvando exceptio Non numeratæ pecuniæ contra OBLIGATIONEM s. chirographum & syngrapham opponenda est à *Debitore?*

Hodie (nam Olim erat *Qvinqvennium*) intra *Biennium* continuum (exceptis causis Minorum) opponenda est.

301.

Ecloga 68. ad idem pr. verb. Biennii metas.

annon verò etiam *Post biennii continui lapsum* opponi potest à Debitore exceptio non numeratæ pecuniæ?

Poteſt qvidem tunc opponi, ſed ſi ſit *Notoria* aut *in Continenti liqvidabilis*. Qvibus tamen caſibus (non eſt *Privilegiata* i. e. non transfert onus probandi in Creditorem-Actorem, ſed) *more Communi exceptionum* onus probandi in Debitorem-Reum rejicit.

302.

3. t. 24. de Emtione & Venditione.

Ecloga 69. ex pr. Emtio & venditio contrahitur. verb. qvæ Scripturâ conficiuntur.

an Emtio-venditio qvæ ita inita eſt, ut *In ſcripturam* redigeretur, Valida eſt, ſi Inſtrumentum deſuper *Nondum legitimè eſt confectum?*
Non eſt valida.

303.

Ecloga 70. ex pr. eod. verſ. ita tamen impunè eis Recedere concedimus.

an à Venditione *Perfectâ* (aliud eſt ſi adhuc ſit *Imperfecta* & res adhuc integra) unus contrahentium, Invitâ alterâ parte, Reſilire poteſt. comprimis ſi Arrham das Hafft-geld amittere aut Mulctam pœnitentialem Reukauff exſolvere paratus ſit?
Ne tunc qvidem à contractu reſilire poteſt.

304.

Ecloga 71. ad §. item Pretium 2. verb. Permutationem propriam eſſe ſpeciem.

an in Permutatione Ante traditionem factam Pœnitere licet?
Affirmatur: dummodò accepta *Reſtituantur* & *Intereſſe* (à pœnitente) præſtetur.

305.

Ecloga 72. ex §. 72. cùm autem Emtio contracta ſit. 3. verb. Periculum rei vendita.

Interitus rei Venditæ utrum *ad Venditorem* an verò *ad Emtorem* pertinet?
Regulariter *ad Emtorem* pertinet, etiamſi Traditio Nondum facta fuerit.

306.

Ecloga 73. ex eod. §. 3. verſ. qvicqvid enim ſine Dolo & Culpa venditoris.

an verò Periculum rei Venditæ ſemper *ad Emtorem* pertinet?
Qvandoqve etiam *ad Venditorem* pertinet, ſi ſcil. ante traditionem ejus Dolo aut Culpâ (latâ vel levi) res perierit.

307. Ec-

307.

Ecloga 74. ad §. emtio tàm sub Conditione. 4.

Damnum Emtioni venditioni (non *Puræ*, ubi periculum ad Emtorem spectat; sed) *Conditionali* superveniens, utrum ad Venditorem an verò ad Emtorem pertinet?

Damnum *Universale s. Totale* (Gänzlicher ruin) ad VENDITOREM, sed *Particulare* (putà Deterioratio s. Verringerung) ad EMTOREM spectat.

308.

Ecloga 75. ad §. adeò autem 3. verb: qvamdiu Pensio sive Reditus pro his præstetur. 3.t.25. de Locatione & Conductione.

an Emphyteuticum jus Amittitur, si Canon (non *Totaliter*, sed) *ex Parte* saltem (intra Tempus constitutum) fuerit solutus?

tunc Nondum amittitur.

309.

Ecloga 76. ex §. Conductor 5. verb: Custodia talis desideratur.

utrum Conductor de Culpâ *Levi tantùm*, an verò etiam de *Levissimâ Casuq;* fortuito tenetur?

de Levi tantùm.

310.

Ecloga 77. ad §. mortuo conductore 6.

an Locatoris successor (non *Universalis*, qvalis est Heres; sed) *Singularis* (puta Emtor) Expellere potest Conductorem?

Affirmatur.

311.

cum Locationi aut Conductioni antecessoris stare teneatur successor *Universalis* (s. Heres.) qværitur, an idem obtineat in *Singulari successore*, putà Emtore?

Negatur.

312.

Ecloga 78. ad §. 1. 2. 3. 3.t.26. de Societate.

Qvomodo in Societate Divisio (s. Participatio lucri & damni) inter Socios *Æqvaliter* facienda est?

si observetur Proportio *Qvalitativa s. geometrica* (qvæ cum aliqvâ Latitudine concipitur, habitâ etiam Personarum ratione) potius, qvam *Qvantitativa s. arithmetica* (qvæ Strictè procedit & non nisi ex Rebus æstimatur).

313.

Ecloga 79. ad §. Manet autem societas eò usq; 4.

 utrum

utrum Societatem (non solùm *ad Tempus*, sed) etiam *in Perpetuum* inire licet?
ita inita Non valet: ne qvidem 1. si *Juramentum* accesserit, aut 2. *Testator* eam heredibus injunxerit.

314.

Ecloga 80. ad §. Solvitur adhuc societas 5. & 6.7.8.

an Mortuo *Socio* ad *Heredes ejus* transit Societas?
non qvidem *Societas ipsa* ad Heredes transit, at tamen *Emolumenta* (*s. Proventus*, putà Actio pro socio & Obligatio ad negotiorum jam-inchoatorum complementum.)

315.

Ecloga 81. ex §. Socius socio fin. 9

Qvale Damnum præstare tenetur Socius Socio?
Regulariter illud qvod contingit *Levi culpâ*; non etiam qvod *Levissimâ culpâ* aut *Casu fortuito*.

316.

3.t.27. de Mandato.

Eclogâ 82. ex §. Tuâ tantum gratiâ 6.

an ex *Consilio* Non fraudulento oritur (contra Consultorem) *Obligatio* (indeq; *Actio* mandati contraria)?
Negatur.

317.

Ecloga 83. ad §. illud qvoq; mandatum Non est obligatorium. 7.

an *Mandans Occidere* hominem (s. Homicidium), æqvè ac *Mandatarius Occidens*, Morte s. Ordinariâ mortis pœnâ) punitur?
Affirmatur, si Occisio *reverà Secuta* fuerit.

318.

Ecloga 84. ad dictum §. 7. verb: aut de Injuria.

an *Advocatus* (vel Procurator) qvi *Clientis sui* Jussu Injurias in alium effudisse prætendit, ideò Effugere potest Actionem injuriarum?
Negatur.

319.

Ecloga 85. ex §. is qvi exeqvitur mandatum, non debet Excedere fines. 8.

an Mandatarius *Excedens fines mandati* Conveniri potest à Mandante ad *Damni restitutionem?*
Affirmatur, adeò ut nec Mandatario detur *qvoad Excessum illum* ullus regressus contra Mandantem.

320. Ec-

320.

Ecloga 86. ad eund. §. 8.

an Proxeneta (ein Mäckler: qvi se habet ut *Mandatarius*) etiam tunc, qvando fines mandati Excedit, Obligat *Mandantem?*
Affirmatur ex more inter Mercatores recepto.

321.

Ecloga 87. ad §. rectè qvoq; 9.

an Mandatum adeò liberè Revocari potest, ut etiam Mandans super causâ *in Judicium jam deducta* (& contestatâ) invito Mandatario *Transigere* possit?
Affirmatur nihilominus.

322.

Ecloga 88. ad §. final. 13.

an Advocatus (Procurator, Medicus aut alius, cui sub determinatione certi temporis certum Salarium promissum est) Finitio licet (vel ratione Personarum vel ratione Negotii) processu *Ante lapsum temporis* in contractu definiti, nihilominus *Integrum Salarium* petere potest?
Affirmatur, nisi per Salariatum aut Officialem steterit, qvò minus operas suas præstaret.

323.

Ecloga 89. ex §. igitur cùm qvis Negotia absentis 1. verb: ad. ministrationis reddat Rationem. 3.t.28 de obligationibus qvæ Qvasi ex contractu nascuntur

an is qvi Absentis *Negotia gessit* (v.c. si qvis Deserti agri emphyteutici Cultrum suscepit) tenetur ad *Rationum redditionem?*
Affirmatur.

324.

Ecloga 90. ad §. Tutores qvoqve 2.

an Tutor (ob *Operas* Pupillo præstitas) *Salarium* petere potest?
Negatur, nisi illud (ob justas Causas) ex *Judicis officio* ordinatum sit.

325.

Ecloga 91. ad §. item si inter aliqvos communis res 3.

an Divisio rerum Immobilium inter coheredes Minorennes facienda *Promiscuè & pro lubito* suspici potest?
Non; sed reqvirit *Certas Solennitates.* (ut præcedat 1. justa Alienandi Causa. 2. causæ istius Cognitio sufficiens. 3. Decretum & auctoritas Magistratus.)

326. si

326.

si inter *coheredes Minorennes* facienda est Divisio rerum Immobilium, reqviritur 1. justa alienandi Causa. 2. causæ istius Cognitio sufficiens. 3. Decretum magistratus. qværitur, an eadem Reqvisita observanda sint, si *coheres Majorennis* ad Divisionem provocet?

in hoc casu Tutorum aut Curatorum consilium sufficit.

327.

Ecloga 92. ad §. item is, cui qvis per errorem Non debitum solvit. 6.

an Vitricus ob Alimenta Privignis præstita, habet *Condictionem indebiti* ad Repetendum?

Affirmatur; nisi *Donandi animus* Præsumi possit.

328.

an *Pietatis intuitu* (v.c. Pauperibus Ecclesiæ Studiosis item Privignis) Indebitè Soluta *Repeti per condictionem* possunt?

Negatur.

329.

3.t.30. qvibus modis Tollitur obligatio. *Ecloga 93. ad pr. Tollitur autem omnis obligatio Solutione.*

utrum in Dubio Solutio in Capitale (f. Sortem principalem) an verò in *Usuras* facta præsumitur?

in Usuras, scl. si sint Exigibiles *Extra casum concursus* creditorum (nam *In concursu* ante solutionem Sortis non possunt peti Usuræ.)

330.

si *Pluribus* debitis existentibus, in Solutione non exprimatur *Cujusnam* debiti summa debeat esse imminuta. qværitur, ecqvæ in Dubio intelligenda sit?

si sunt DIVERSA & inæqvalia nomina, tunc debitum *Liqvidum* præfertur Controverso, & *Purum* præfertur ei qvod est in Diem (si verò omnia sunt *Liqvida & Pura*, tunc in Graviorem causam videtur solutum); si autem sint SIMILIA & æqvalia debita, tunc solutio in *Antiqviorem* i.e. qvæ Prior solvi debuit, summam refertur.

331.

Ecloga 94. ex §. praterea Novatione. 3. verb. inter contrahentes Expressum fuerit.

an (non solùm ad Novationem, sed) etiam Delegationem reqviritur, ut contrahentes *Specialiter & expressis verbis* à Priori obligatione recedant, eamq; remittant?

Affirmatur jure (si non *Veteri*, tamen) *Novo & Justinianeo.*

332. *Ec-*

332.

Ecloga 95. ad §. hoc amplius 4.

an pacta Dotalia in vim [non *Ultimæ voluntatis*; sed] *Contractus vel Donationis simplicis* celebrata, alterâ parte *Invitâ* Revocari possunt?

Negatur.

333.

Ecloga I. ad §. Furtorum autem 3.

4.t.1.de obligationibus qvæ ex Delicto nascuntur.

an omne Furtum *Cum effractione* commissum, Suspendii pœnâ afficitur?

Affirmatur, si sit Effractio [non *Simplex*, sed] *Violenta & Seditiosa.*

334.

Ecloga 2. ad eund. §. 3.

an Furtum Sine effractione commissum, Laqvei pœnam præcisè meretur?

Negatur qvatenus est *Parvum*; aliud si sit *Magnum* i. e. Excedens quinqꝫ solidorum s. aureorum ungaricorum æstimationem.

335.

Ecloga 3. ad §. Furtum autem fit 6. & 16. 17. sed is apud qvem res Deposita est.

an Tabellarius pecuniam *sibi Concreditam* in usus *Proprios* convertens, Laqveo puniri potest?

Affirmatur jure Saxonico, si pecuniæ summa *excedit Viginti florenos.*

336.

Ecloga 4. ad §. sed is apud quem res Deposita est 17. & §. 6.

an Quæstores & alii Administratores [putà Tutores Factores Publicani Forestarii Metallarii Molitores] summam *Centum florenorum* dolosè intercipientes *Suspenduntur?*

Affirmatur [non qvidem *jure Civili & Saxonico communi*; sed] in *electoratu Saxonico & ducatu Luneburgensi.*

337.

Ecloga 5. ad §. sed & si credat 8. verb. servum sollicitaverit.

an Furtum [scil. Magnum] à *Famulis Ancillis aliisqꝫ Mercenariis* [Nostris] commissum, *Suspendii* pœna coërceri potest?

Affirmatur; nisi *Ordinariam* pœnam *Mitiget circumstantia* v. c. denegata Salarii solutio.

338.

Ecloga 6. ex §. interdum qvoqꝫ 11. verb. cujus Ope & Consilio furtum factum.

an is qvi *Auxilium & opem* [Mithülffe v. c. Scalas feneſtris ſupponendo, Feneſtras aut Oſtium effringendo, Ferramenta ad effringendum ſuppeditando] ad Furtum committendum præſtitit, *Suſpendio* punitur?

Affirmatnr 1. ſi Auxilium cooperativum concurrit cum Actu *Proximè & Immediatè*. 2. ſi Auxiliator de furto *Ultra qvinq; ſolidos* participaverit.

339.

Ecloga 7. ad §. hi qvi in Parentum poteſtate ſunt 12.

an Furtum [etiam Magnum] à *Conjugibus Parentibus Liberis aliisq; Cognatis* proximioribus aut Affinibus commiſſum, *Suſpendio* punitur?

Negatur.

340.

Ecloga 8. ad §. in ſumma 18. verb. an Impubes rem alienam amovendo.

an *Impuberis* Furantis pœna ad *Suſpendium* usq; extendi poteſt?

Affirmatur, ſcil. non *Regulariter*, ſed *Qvandoq;* [i. e. ſi furtum ſit Magnum, ſæpius Iteratum, aut cum Effracturâ violentâ]: nec qvoad *Impuberem* qvi eſt *Infans infantiæq; Proximus*, ſed qvi eſt *Pubertati proximus*.

341.

Ecloga 9. ad §. Furti actio 19.

utrum res Furtiva *Domino* reſtituenda, an vero *Fiſco* applicanda?

Domino reddatur; etiam Sine impenſarum jurisdictionalium refuſione.

342.

4. t. 2. de Vi bonorum Raptorum.

Ecloga 10. expr. & §. final.

an Raptor qvi *jure Civili* [intra annum utilem Civiliter conventus] Qvadruplum reſtituere tenetur, eâdem gravitate *jure Saxonico* punitur?

Non; ſed ſufficit, ſi Simplum rerum raptarum reſtituitur.

343.

Ecloga 11. ad pr. qvi vi res alienas Rapit, verb. licet Minimam.

cùm Raptorum alii ſint *Latrones* Mörder [i. e. qvi homines ſpoliant & interficiunt] alii tantùm *Prædones ſ. Robbatores* Räuber/ Freybeuter/ [i. e. qvi hominibus non vitam, ſed modò bona violenter auferunt] quæritur an *Hi* etiam ob Minimæ rei violentam ablationem Morte puniantur?

Affirmatur non ſolùm jure Civili, ſed etiam jure Saxonico & imperii Romani, ubi [non attentâ *Qvantitate* aut *Iteratione* rapinæ, qvanvaliàs jus Civile attendit] Gladio enecantur & poſteà Rotæ imponuntur.

344. Ec-

344.

Ecloga 12. ex §. ita tamen competit 1. & §. aliquando 10. tit. praced.

cùm is qvi [Privatâ auctoritate] Aufert rem suam ex possessione Tertii, *jure Civili & Canonico* ejusdem Dominium amittat. Quæritur, an idem obtineat in *foro Saxonico*?

Non; sed si 1. REM spectes, eandem Restituit; ejusdem tamen dominio, jureque debiti [& actionibus] Retentis. Si verò 2. POENAM spectes, sufficit si invasor [scil. qvi Privatâ non Publicâ vi usus est] *Parti* Emendam, qvæ est 30. solidorum, & *Judici* Mulctam arbitrariam præstet.

345.

Ecloga 13. ad §. 1. 10. 13. 4. t.3. de lege Aqvilia.

quid obtinet [non tàm *jure Civili*, ubi distingvitur inter caput Primum & Tertiū legis Aqviliæ; quàm] *jure Saxonico*, si quis alterius Animal occidit?

Si Animal est *Voluptuarium*, tunc Simili aut solutione Emendæ s. Werigeldi luitur; si autem *Non est voluptuarium*, tunc non solùm *Domino* pro occiso animali Werigeldum aut Æstimationem, sed etiam *Magistratui* Arbitrariam pœnam exsolvere tenetur.

346.

Ecloga 14. ad §. Injuria autem occidere 2.

qvid obtinet circa Homicidium in Duello [ipsis etiam Militibus prohibito] perpetratum?

Si perpetratum est à PROVOCANTE, Ordinaria [Mortis] pœnâ plectitur; si autem à PROVOCATO, Extraordinariâ afficitur pœna: & quidem, si verbis *Contumeliosis* irritatus fuerit, saltem Relegatione, Carcere aut etiam Mulctâ pecuniariâ punitur; si *Sine injuriis & contumeliosis verbis* provocatus fuerit, Fustigationem vix effugiet. [hæc *Aliàs*; sed secundùm *Saxonici electoris edictum*, Homicidii pœnæ Ordinariæ tàm Provocans quàm Provocatus exponitur]

347.

Ecloga 15. ex §. ac ne is qvidem 3. 4. 5.

an in casu Homicidii [non *Dolosi aut Culposi*, sed] *Casualis* reus ab Omni pœnâ immunis est?

Affirmatur, si fuerit Homicidium *merè Fortuitum* [i. e. cui nec qvalisqvalis *Culpa* præivit, sed quod accidit planè Improvisò.]

348.

Ecloga 16. ad §. prætereà si Medicus 6.

Ægrotos suæ *Cura* commissos *Negligens*, ut Pereant, qvomodo Puniendus est?

Non *Ordinariâ* Mortis, sed *Arbitraria* [Carceris vel Relegationis] pœnâ.

349.

Ecloga 17. ad §. cap. tertio 13. verb: in omnibus Rebus, quæ animâ carent.

an Incendium Culpâ *Inhabitantium* factum *Patrifamilias* imputari potest?

Regulariter imputari Neqvit *Patrifamilias*; sed ostendenda est Culpa personæ *Certæ & determinatæ in individuo.*

350.

Ecloga 18. ad §. final. 16. vers: veluti si qvis-Pecus ita incluserit.

an Animal [Pecusq; qvodlibet] in nostro Damnum faciens, Pignorari & includi potest, donec satisfiat?

Affirmatur, non qvidem *Jure Civili* [ubi tamen permissum 1. Abigere pecus. 2. Denunciare damnum & 3. Actionibus experiri contra dominum animalis] sed secundùm generalem *Consvetudinem germaniæ* & cumprimis *Jure Saxonico.*

351.

qvid si autem Pecus illud Pignoratum & inclusum, anteqvam Luatur, Decesserit aut Abreptum Necatumve [à militibus] fuerit?

talis Casus [non *Pignoranti* Regulariter, sed] *Pignorato s. Domino pignorati pecoris* imputari debet.

352.

Ecloga 19. ad eund. §. 16. verb: compeditum Solverit, ut fugeret.

Commentariensis [seu Carceris custos] captivum Eximens [s. Faciens ut elabatur] qvomodo Punitur?

si reus [debiti non *Civilis*, sed *Criminalis*] *Negligentiâ* non supinâ commentariensis effugerit, pœna est Arbitraria; si autem *Dolo Culpavè latâ* custodis evaserit, tunc dimittenti custodi debetur *Eadem pœna* qvæ dictanda fuisset elapso reo. [Hocq; obtinet non solùm Jure Romano novo sed etiam Saxonico. Malunt tamen qvidam Pœnarum in talibus casibus determinationem *Arbitrio judicis* committere.]

353.

Ecloga 20. ad pr. verb. specialiter aliàs Contumelia.

4. t. 4. de Injuriis. an reo criminis Insimulato sed posteà non Convicto adversus *Testem* [qvi non Suâ sponte, sed in testimonium Productus vel aliter à Judice Reqvisitus fuit] actio Injuriarum competit?

Non

Non competit, præsertim si Testis ille notitiam suam *Juratò* aperuit.

354.

an reo, criminis Insimulato sed posteà non Convicto, adversus *Denunciatorem s. Delatorem* actio Injuriarum competit?

Non competit, præsertim si Delator ille notitiam suam *Juratò* aperuit.

355.

Ecloga 21. ad idem pr. verb. Contumelia, quæ à contemnendo.

an Injuriarum actio etiam contra eum datur, qvi vel *Probare* potest vel [Præsumptione pro se præviâ innixus] *Jurat* [juramentum Purgationis] se Non habuisse animum injuriandi?

tunc Cessat injuriarum actio.

356.

Ecloga 22. ad §. Pœna autem injuriarum 7.

qvid obtinet in casu Injuriarum [non *Realium*, sed] *verbalium?*

injurians-reus [jure tùm Consvetudinario Imperatoriâ constitutione confirmato, tum jure Saxonico electorali] *ultra Recantationem* [unde actio Recantatoria s. ad Palinodiam s. Revocatoria s. Reclamatoria, wenn der Geschmächte auf einen Wiederruff klaget] tenetur qvoq; ad *pœnam Arbitrariam* [v.c. Carceris, Relegationis, Mulctæ pecuniariæ, Fustigationis.]

357.

Ecloga 23. ad eund. §. 7.

qvid si autem Verbalium injuriarum reus Palinodiam s. recantationem [qvam tamen ipsi Sententia Judicis, rei judicatæ robore potita, injunxit] præstare Nollet?

si post varia *Coactionum terriculamenta* [putà 1. Mulctæ vel Carceris. 2. Victus vilioris in carcere. 3. Relegationis impositione] à Contumaciâ nondum desistit, *mediante Lictore* Revocatio instituitur.

358.

Ecloga 24. ex §. injuria autem. verb. sive cujus bona qvasi Debitoris.

an *Arestum injustum* vel Impetrans vel Concedens [magistratus] tenetur *Injuriarum?*

Affirmatur.

359.

Ecloga 25. ad eund. §. 1. verb. qvasi Debitoris, qvi Nihil deberet.

an, si qvis *Non debitorem* [s. qvi Nihil ei debet] *Debitorem suum* appellat

[i. e. In judicio aut Extra judicium, ut solvatur, denunciat], Injuriarum tenetur?

Tenetur, si illud *Injuriæ faciendæ causâ fecerit.*

360.

qvid si verò Creditor suum *Debitorem morosum* per literas vel aliter [tanqvam Perfidum, i. e. immemorem Fidei idiochiro atq; Sigillo confirmatæ] Diffamet?

non est Injuriæ aut Actioni injuriarum locus [dummodo illud factum fuerit non *Extrajudicialiter* in Publicis locis aut Aliis; sed in *Libello supplicatorio judici* porrecto aut in *positionibus Judicialibus.*]

361.

an is, qvi Mercatorem aliqvem suum vocat *Debitorem*, qvi tamen *Nihil ei debebat*, conveniri potest?

Conveniri potest actione Injuriarum.

362.

Ecloga 26. ad §. Injuria autem 1. vers. vel siqvis ad infamiam alicujus Libellum.

an Famosi libelli actio obtinet [non solùm in *Pasqvillo s. Famoso libello propriè sic dicto* i.e. ubi vel Absq; nomine vel sub Ficto nomine scriptura pictura aut sculptura injuriosa divulgata est, sed] etiam qvando qvis *manifestè Subscripsit* nomen suum?

Hic non tenetur.

363.

Ecloga 27. ad eund. §. 1. verb. ad infamiam alicujus Libellum.

qvalis est Famosi libelli s. Pasqvilli Pœna, jure [non *Veteri & Codicis*, ubi vel Vita vel Libertas aut Civitas adimitur; sed] *Hodierno?*

Regulariter est *Talio.* [qvæ determinationem accipit ab objecto Crimine graviore sive Vero sive Falso.] Plerumq; tamen Mitiùs pronunciari solet.

364.

Ecloga 28. ad eund. §. 1. vers. sive qvis Matremfamilias.

qvalis est Pœna Gloriantis, *Se* vel *Alium* qvempiam Virginem aut Mulierem honestam carnaliter cognovisse?

ultra Recantationem etiam Fustigatio dictari potest.

365.

Ecloga 29. ad §. patitur autem qvis Injuriam 2.

an vindicare possum Injuriam illatam Fratri meo [item Affini] aliisq; Consangvineis in lineâ collaterali?

Nega-

Negatur *Indiſtinctè*. [utut aliàs *Diſtingvatur* 1. inter Actionem injuriarum Civilem & Criminalem. item 2. utrum hæc tendat ad Privatam an verò ad Publicam vindictam. nam *Illæ* negant; ſed *Hæ* affirmant.]

366.

Ecloga 30. ex §. Pœna autem injuriarum 7. verb. eam Æſtimare,

an [non ſolùm Verbalium ſed] etiam Realium Injuriarum nomine actio [ſcil. *Civilis*, non *Criminalis*] ad Æſtimationem inſtitui poteſt?

Affirmatur jure Civili & Saxonico.

367.

Ecloga 31. ad §. ſed & lex Cornelia de injuriis 8. verb. Domum ſuam vi introitam.

qvæ Pœna obtinet, ſi alicujus Domus [ſive Propria ſive Conducta ſive Gratuita] Vi introita fuit?

jure Civili, qvin & in foro Saxonico [ſi non *Veteri*, tamen] *Hodierno* pœna eſt Arbitraria [putà exilii, fuſtigationis.]

368.

qvid autem obtinet in Domus expugnatione [non *Simplici*, ſed] cui *Acceſſerit* Deprædatio ſ. Spolium?

pœnâ Robbariæ ſ. Rapinæ [qvæ eſt Mors] in tales violatores animadverti poteſt.

369.

Ecloga 32. ad §. Atrox injuria æſtimatur 9. verb. vel ex Loco.

an is qvi in *loco Publico aut Privilegiato* [puta domo Principis, palatio Civitatis, Curiâ, Theatro] aliqvem Injuriat [tanqvam *Atrocioris injuriæ* auctor] *Severiori pœnâ* coërceri poteſt?

Coërceri poteſt, etiam Manus amputatione.

370.

Ecloga 33. ad eund. §. 9. vers. vel ex Perſonâ.

an Magiſtratus Injurias Sibi [vel Suis v. c. Satellitibus aut aliis Officialibus] illatas Ipſe Vindicare & punire poteſt?

Affirmatur, ſi ſcil. 1. Injuria [non ut *Privatis*, ſed] contemplatione *Officii ſeu dignitatis* illata eſt. 2. ſi Injuria ſit *Notoria* [qvamvis & tunc præſtet deciſionem Collegii alicujus juridici ſeqvi] & non *Altioris indaginis*. [nam hoc caſu Superioris cognitio eligenda: id qvod etiam obtinet in caſu qvo Magiſtratus perſecutionem *Privati ſui intereſſe* intendit]

371. *Ecloga*

371.

Ecloga 34. ad eund. §. 9. verb. & locus Vulneris.

Ad quid tenetur Vulnerans ob Vulnera inflicta alteri?

Vulnerato obligatur tùm ad *Intereſſe* [qvod continet mercedes Medicorum, impenſas in Curationem, & Operarum æſtimationem] tùm ad *Emendam* die Buſſe [qvæ continet Mutilati membri æſtimationem]; *Judici* autem ad Mulctam Geld-Straffe.

372.

Ecloga 35. ex §. in ſumma 10. verb. per Procuratores.

Numquid *Procurator* etiam in Injuriis [Atrocioribus, indeq; pœnam *Corporis afflictivam* merentibus admittitur?

Non admittitur *Defenſor*, ſed *ipſe Reus* ſe ſiſtere compellitur.

373.

Ecloga 36. ad §. non ſolùm autem 11. verb. qvi curavit, ut cui mala pugno percuteretur.

an Mandatario exeqventi *Injuriam* [*aut Delictum*], ſi poſtea Conveniatur vel ad Pœnam condemnetur, competit *actio Mandati* adverſus Mandantem?

Negatur.

374.

Ecloga 37. ad §. hac actio Diſſimulatione aboletur. final. 12.

an Remiſſione [Expreſsâ aut Tacitâ] non ſolùm *Actio injuriarum*, ſed etiam *Magiſtratus intereſſe* extingvitur?

Hoc negatur.

375.

Ecloga 38. ad §. eund.

an is qvi injuriam ſibi illatam *Non ulciſcitur* [: Actione injuriarum non inſtitutâ :] *Infamis* [& Maculatæ exiſtimationis] fit?

Negatur.

376.

Ecloga 39. ad pr. ſi Judex litem ſuam fecerit.

4. t. 5. de obligationibus qvæ ex Quaſi-delicto naſcuntur.

an Judex Areſtum [Legitimè petitum,] Sine juſtâ & ſufficiente cauſâ denegare poteſt?

Negatur, niſi velit teneri ad Intereſſe & æſtimationem damni inde emergentis.

377.

Ecloga 40. ad §. ſi Filiusfamilias ſeorſim à patre 2.

an *Parentes* pro Delictis *Liberorum* ad Pœnam aliquam tenentur?

Negatur.

378. *Ecloga*

378.

Ecloga 41. ad §. item Exercitor navis final. 3.

Ad qvid tenetur Exercitor Navis Cauponæ Stabuli, pulsatus (ob damnum Hospitibus in navi cauponâ stabulô datum) Actione in factum de Recepto?

tenetur ad *Restitutionem* rei Amissæ vel *Æstimationem* rei Perditæ.

379.

Eclog. 42. ad §. eund. final.

an verò Exercitor Navis Cauponæ aut Stapuli etiamtunc tenetur (vectoribus & viatoribus damnificatis) si damnum datum est (non ab *Hospitibus*, sed) à *Ministris ejus*?

Etiam tenetur.

380.

utrum Dolosum (aut Culposum) factum Magistri navis nocere debet *Contrahenti* (vectori) an verò *ipsi Exercitori*?

Huic potius.

381.

Ecloga 43. ad pr. superest ut de Actionibus. 4. t. 6. de Actionibus

si qvis in libello Actionem (non solùm Genericè innuisset, sed etiam) Specialiter expressisset, sed *Inepto & inutili Nomine*, qværitur, an ideò *Libelli inepti & vitiosi* Exceptio opponi possit?

Negatur.

382.

Ecloga 44. ad §. æqvè si agat qvis, Jus sibi esse 2. verb. sed Negativa.

utrum in Actione Negatoriâ onus Probandi *Actori* (qvi Denegat servitutem), an verò *Reo* (qvi servitutem in præjudicium naturalis libertatis Prætendit) incumbit?

Reo incumbit.

383.

Ecloga 45. ad §. item si qvis in Fraudem creditorum 6.

an (Pecunia parata aliavè) Bona *Allodialia* in Fraudem creditorum in *Feudalia* (qvo casu Dominium in dominum feudi, & Successio in simultaneè investitos transit) conversa, ab ipsis Revocari possunt?

Revocari possunt remedio actionis Paulianæ.

384.

Ecloga 46. ad §. item Serviana & Qvasi serviana. 7.

Qvale jus competit Locatori (prædii Urbani) ratione Mercedis, aut (si deterioratio contigit) ob Interesse?

jus *Tacitæ qvoqve hypothecæ* in supellectile & rebus domui conductæ (ab Inqvilino) illatis, aut ibi procreatis.

385.

Ecloga 47. ad eund. §. 7. vers. Qvasi serviana autem est.

385.

Qvando Actio Qvasi-Serviana s. Hypothecaria in specie datur (seu Realis actio) contra Tertium (in qvem facta est rei jamdum Oppignoratæ Alienatio) possessorem?

Regulariter demum datur *Post excussionem* debitoris Principalis, aut postqvam Tertius possessor *Non opposuit* exceptionem excussionis.

386.

Eclog. 48. ad eund. §. 7.

an verò illud Excussionis Beneficium (s. Exceptio de excutiendo prius Principali debitore, qvi remOppignoratam Alienare ausus est) etiam illi subvenit qvi est *Possessor fundi creditori specialiter Hypothecati?*

Non subvenit.

387.

Ecloga 49. ad §. de Constituta autem pecunia 9.

an Mulier, qvæ exConstituto debitum in se suscepit, efficaciterObligatur?

si Debitum est [*non Extranei*, sed ipsius] *Mariti*, non aliter obligatur qvàm si accesserit *JURATA* renunciatio SCti Vellejani.

388.

Ecloga 50. ad §. item si qvis postulante adversario Juraverit 11.

an *Juramentum* delatum & præstitum admittit *Probationem contrariam?*

si *Pars parti* juramentum [puta Voluntarium, item Judiciale] præstitit, Non admittitur probatio contraria; si verò ipse *Judex* juramentum (Necessarium qvale est 1. in Litem; 2. Suppletorium 3. Purgationis) litiganti imposuit, Admittitur probatio in contrarium.

389.

Ecloga 51. ex §. Pœnales qvoq; actiones 12. verb: qvi Parentem in jus vocâsset.

an Parentes in causis Liberorum, sine speciali *Veniæ impetratione*, in *Jus vocari* possunt?

Affirmatur jure *Hodierno* (qvo Exceptio non-impetratæ veniæ Parentibus vix prodest.)

390.

Ecloga 52. ad §. qvadam actiones Mixtam causam 20.

Qvomodo in Familiæ herciscundæ, Communi dividundo aut Finium regundorum judicio, Divisio (Regulariter) fieri debet. utrum *Judicis* officio an verò *Sortis* arbitrio?

Judicis officium prævalet.

391.

Ecloga 53. ex §. fuerat antea & rei Uxoriæ actio 29.

an *Mulieri*, ratione Dotis reddendæ, in Concursu *alii Creditores* hypothecarii præferuntur?

Præ-

Præferuntur si habent Hypothecam priorem, eamqve (*non Tacitam*, sed) *Expressam*. (Et hoc non tàm *jure Justinianeo Marchico aut Antverpiensi*, qvàm *usu Germanie*, *observantia Cameræ imperialis & jure Saxonico* obtinet) 392.

Ecloga 54. *ex eodem* §. 29. *verſ: Præferri autem aliis creditoribus.* an illud Dotis privilegium (consistens in jure Hypothecæ tùm Tacitæ tùm Præferendæ aliorum creditorum hypothecis) soli *Uxori Liberisqve ejus*, an verò etiam *Extraneis heredibus* competit?

Illud tantùm affirmatur. 393.

Ecloga 55. *ex* §. *in Bonæ fidei judiciis* 30. *verſ: exceptâ solo Depositi actione.*

an in *Deposito* locum habet *Compensatio* (s. exceptio compensationis, qvam Depositarius opponit Deponenti)?

Non admittitur. 394.

Ecloga 56. *ad* §. *curare autem debet* Judex 32.

an Sententia (Judicis) Conditionalis subsistit?

Negatur, si sit Conditio *Incerta*; sed si in continenti (i. e. intra terminum Probatione præfixum, vel saltem anteqvam judex ad Extraneis actus divertit) *Purificatur*, Subsistit.

395.

Ecloga 57. *ad* §. *si qvis agens-Plus complexus fuerit* 33.

an Pœna Plus petentium [*Olim* recepta] *Hodienum* in usu est?

Negatur de jure Canonico, Moribus hodiernis & in foro Saxonico: (ubi in casu Plus petitionis solummodò Rei absolvuntur ab Instantiâ, & Actor condemnatur ad refusionem Expensarum, reservato ei jure denuò Agendi post diei vel conditionis existentiam).

396.

Ecloga 58. *ad eund.* §. 33. *verb: tempore, veluti si qvis Ante diem.*

an Bona debitoris etiam *pendente Conditione* (aut, *anteqvam Dies* venit) Arestari possunt?

Affirmatur, qvando in Morâ est Periculum.

397.

Ecloga 59. *ad* §. *si qvis Aliud pro alio* 35. *verb: errorem suum Corrigere.* an in judiciis *Universalibus* s. *generalibus* (aliud enim obtinet in *Singularibus*) Omni tempore (i. e. non solùm *usqve Ad* litis contestationem, sed etiam *Post* litis contestationem) Libellum mutare licitum est?

Affirmatur. 398.

Ecloga 60. *ad* §. *sunt prætereà-Non semper solidum* 36.

an Competentiæ Beneficium (s. Exceptio in Qvantum Debitor facere

 potest)

poteſt) non ſolùm *Militibus*, Nobilibus, Comitibus, aliisqve perſonis Illuſtribus, ſed etiam *Doctoribus* (item Magiſtris Profeſſoribus Advocatis Scholaribus) & Clericis competit?

Affirmatur jure tàm Saxonico qvàm Civili.

399.

4.t.7. qvod eum eo, qvi in Aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicitur.

Ecloga 61. ad §. illud propriè-SCtum Macedonianum.

an *SCti Macedoniani Exceptio* Filiumfamilias etiam tunc defendit, qvando creditor probare poteſt, qvod ille tempore Mutui accepti habuerit Peculium *Caſtrenſe vel Qvaſi?*

tunc Non defendit.

400.

4.t.8. de Noxalibus actionibus.

Ecloga 62. ad pr. ex maleficiis Servorum. & §. 1.

an Dominus ex Delicto *Famuli* tenetur?

Tenetur (jure Civili & Saxonico) qvidem, ſed nonniſi *ad qvantitatem usq; Mercedis.* (Obtinet tamen hoc in Delictis 1. non publicis, ſed *Privatis.* 2. qvæ fiunt non Extra officium, ſed *In officio* cui à domino deputati ſunt.

401.

4.t.9. ſi Qvadrupedes pauperiem feciſſe dicatur.

Ecloga 63. ad pr. Animalium nomine.

an ſi *Qvadrupes* Pauperiem ſ. Damnum fecit, in *ejus Dominum* actio Noxalis de pauperie datur?

Datur (ad hoc ut damni Æſtimatio præſtetur aut animal Noxæ dedatur, qvandoqve ob culpam *poena Arbitraria* accedit.)

402.

Ecloga 64. ad §. caterùm ſciendum eſt Ædilitio edicto 3.

ſi qvis Beſtiam (non *Manſvetam uſuiq; neceſſariam*; ſed) naturâ *Feram aut aliàs nimis Ferocem* (putà Canem Bovem Caprum-invaſorem) habet. qværitur, in qvantum ex Damno inde emergente jure (non *Civili* ſed) *Saxonico* teneatur?

tenetur non ſolùm ad *reſarciendum Damnum* datum ſed inſuper ad *Poenam arbitrariam.*

403.

4.t.10. de iis Per qvos agere poſſumus.

Ecloga 65. ad §. Procurator 1.

an Minor 25. aut 21. annis (poſt expletum annum 17.) admittitur Procurator?

à *Judice* admitti poteſt; ſi modò *Adverſarius* contra ejus Inhabilitatem Non excipiat.

404.

4.t.11. de Satisdationibus.

Eclog. 66. ad §. ſed Hodie hæc aliter 2.

an ex parte Rei conventi [in Civilibus] *Etiamnùm* Cautio de judicio Siſtendo & judicato Solvendo præſtanda eſt?

jure Civili Affirmatur; ſed de *conſvetudine Saxonicâ Aliorumq; locorum* Negatur

Negutur; nisi reus de Fugâ sit suspectus.

405.

Ecloga 67. ad §. non autem omnes actiones 1. verb. ex Maleficiis pœnales actiones. & verb.] Contestatæ. 4. t. 12. de Perpetuis & Temporalibus actionibus.

an Pœnales actiones *ex Delictu* (sive Publicis sive Privatis) descendentes etiam *Contra heredes* transire possunt?

Negatur; nisi *Ex delicto aliqvid ad eos* pervenit, vel jamdum *Lis contestata* fuit cum defuncto.

406.

Ecloga 68 ad §. Perpetua & Peremptoria sunt, qvæ semper. 9. 4. t. 13. de Exceptionibus.

utrum Peremtoriæ exceptiones *In ipsâ litis contestatione* opponendæ sunt, an verò etiam *Post litem contestatam* opponi qveunt?

Illud (non solùm in foro Romano-Germanico, sed etiam in Saxonico) observandum est, sub pœnâ Desertionis; nisi fortè *Post litem contestatam* tales exceptiones Subo-riantur, vel demum in Notitiam rei perveniant.)

407.

Ecloga 69. ad §. Temporales atqve Dilatoriæ sunt, 10.

Qvando Dilatoriæ exceptiones opponendæ sunt?

Omnes (Ante litis contestationem, &) Primo termino opponendæ sunt; *sub pœnâ Præclusionis* [secundùm jus Romanum novissimum; imò jure Saxonico reus *insuper Litis contestationem*, saltem eventualem, adjicere tenetur.]

408.

Ecloga 70. ad pr. & §. 2. 4. t. 14. de Replicationibus.

Qvousqve in Defensionibus judicialibus progredi licet?

in foro *SAXONICO* ultra Triplicam progredi prohibitum est. (inde *Ante litem contestatam* litigatores utrinqve per Tria producta durch Drey Wechsel-Gesetze/ & *Post litis contestationem* per Duo producta pro illâ vice statim in termino concludunt): in ordinatione *CAMERÆ* imperialis in *Dilatoriis* ultra Duplicationem, & in *Peremptoriis* ultra Triplicationem disputatio non admittitur.

409.

Ecloga 71. ad §. Adipiscendæ possessionis 3. verb. Qvorum bonorum. 4. t. 15. de Interdictis.

an Interdictum Qvorum bonorum (non solùm Bonorum possessori aut Heredi, sed etiam Vasallo) in rebus Feudalibus competit?

Competit (& qvidem non solùm adversus *Extraneum*, sed etiam *Dominum* ipsum.)

410.

Ecloga 72. ad §. Retinendæ possessionis. 4.

an Interdicta Retinendæ possessionis (nimirum Utrubi & Uti possidetis) tantùm pro Possessione rerum *Corporalium*, an verò etiam pro defendendâ *Qvasi-possessione rerum Incorporalium* dantur?

Dantur utiqve (si non *Directè Propriequ*, tamen *ex Interpretatione & Utiliter.*)

411.

Ecloga 73. ad §. Recuperandæ possessionis causa. 6.

an ex jure constituti *Possessorii* (Constitutario) interdictum *Recuperandæ possessionis* (sive unde Vi) competit?

 Negatur

Negatur; nisi Constituens ipse *veram & corporalem possessionem* habuerit.

412.

4. t. 16. de Pœnâ Temerè litigantium.

Ecloga 74. ad §. ecce enim Jusjurandum 1.

an Juramentum Calumniæ (non *Speciale s. Malitiæ*; sed) *Generale* in foro Saxonico adhuc obtinet?

planè Sublatum est. 413.

Ecloga 75. ad §. ecce enim Jusjurandum 1. verb. & Impensas litis inferre.

numqvid etiam tunc Reus Actori-victori *Expensas* solvere tenetur, si tantùm ex *Suppletorio juramento* (qvo Actor Semiplenæ suæ probationi subvenit) condemnatus est?

Non tenetur. 414.

Ecloga 76. ex §. ex qvibusdam judiciis damnati, Ignominiosi fiunt 2.

an *Actione Injuriarum* (qvâ agitur simul ad Recantationem & Arbitrariam pœnam) condemnatus fit *Infamis*?

Affirmatur tàm de Civili qvàm Saxonico jure.

415.

4. t. 17. de Officio Judicis.

Ecloga 77. ad pr. superest ut de officio Judicis.

Sententia judicis contra Manifesta jura lata, utrum *ipso jure Nulla* est, an verò demum (remedio v. c. appellationis, leuterationis, restitutionis) *Rescindenda est*?

Nulla est ipso jure. 416.

Ecloga 78. ad §. & si in Rem actum sit coram judice 2.

Qvantum tempus præfixum est (Restitutioni &) Executioni in actione *Reali*?

jure Civili res aliena (Regulariter) Statim & in continenti restitui debet; sed in *foro Saxonico* ad paritionem in restituendo Qvatuordecim dies (à die Judiciali & Præcepti executivi) conceduntur.

417.

Qvantum tempus præfixum est (Solutioni &) Executioni in actione *Personali*?

jure Civili [Regulariter] est spatium Qvatuor mensium: *jure Saxonico* (non Veteri sed) Recentiori est Sex septimanarum & Trium dierum: secundum *Recessum Imperii novissimum* illud tempus ad Arbitrium judicis reductum est.

418.

Eclog. 79. ex §. si Finium regundorum 6. verb. lapides Finales furatus est.

an Lapides vel Arbores *Terminales* amovens, Puniri potest?

Affirmatur tàm jure Divino qvàm jure Civili & Saxonico (illic pœna est *Maledictio*: hîc autem est *pœna Arbitraria*.) 419.

4. t. 18. de Publicis judiciis.

Ecloga 80. ad §. Publica autem judicia. verb. contra Imperatorem.

an crimen læsæ *Majestatis* etiam in *Consiliarios s. Senatores* Principis committitur?

Affirmatur. 420.

Ecloga 81. ad §. item lex Julia de Adulteriis 4.

an crimen Adulterii Qvinqvennio præscribitur & aboletur?

Affirmatur non solùm jure Civili (tàm qvoad Duplicatum qvàm Simplex adulterium) sed etiam in foro Saxonico *Communi*. (in *Electorali* tamen Duplicati adulterii præscriptio Qvinqvennalis non valet.)

421. Ec-

421.

Ecloga 82. ad eund. §. 4. verb. nefandam Libidinem.

qvalis Pœna irrogatur iis qvi *Præpostera (Sodomitica) Venere* (puta si Masculus venerem cum Masculo aut cum Muliere inordinato more, aut Mulier cum Muliere exercet) naturalem pudorem prostituunt?

jure *Civili & Consvetudinario* Igne cremantur; sed secundùm *mores Saxonum* Gladii pœna sufficit.

422.

Ecloga 83. ad eund. §. 4. verb. nefandam Libidinem.

qvalis Pœna irrogatur illi *Sodomiæ speciei*, qvâ (non Homo cum Homine, sed) Homo (sive Masculus sive Femina) cum Bruto se commiscere ausus fuit?

secundùm mores tùm Imperii romani tùm Saxonicos & homo & brutum *Igne* absumuntur.

423.

Ecloga 84. ad eund. §. 4. verb. etiam Stupri flagitium punitur.

qvæ Pœna obtinet in Stupro (non *Voluntario*, sed) *Violento & coactivo*?

STUPRATOR non solùm jure Civili (qvod comprimis de *Honesta* muliere loqvitur) sed etiam in foro Saxonico (*sive Honesta sive Inhonesta* & vulgaris mulier fuerit) Gladio tollitur; nisi *STUPRATA* pro eo (si Solutus sit) intercedat ejusq; nuptias expetat: qvo casu pœna Arbitraria (ultra Relegationem tamen perpetuam non extendenda) eligitur.

424.

Ecloga 85. ad §. item lex Cornelia de sicariis, qvæ Homicidas 5. verb. qvod Manu cujusq;.

numqvid & ille Dolosum Homicidium commisisse dicendus est, qvi (non *Telo*, sed) tantùm *Pugno s. manu contractâ* (mit voller Faust) alterum percussum exanimavit?

Affirmatur, comprimis si Percussio facta est in corporis *Loco periculoso* v. c. Temporum.

425.

Ecloga 86. ad §. eund. 5. verb. Homicidas.

numqvid Avtochiria (non *ex Furore*, Melancholia aut aliâ animi Impotentiâ commissa, sed) *Malitiosa & destinata* Sepulturam honestam meretur?

Non; sed Inhonestam talemq; qvalis alibi vocatur Canina & Asinina.

426.

Ecloga 87. ad eund. §. 5. verb. Venefici capite damnantur.

Qvomodo *Venefici* illi, qvi cum *Dæmone* Pactum inierunt vel Libidinem exercuerunt, puniuntur?

Igne cremantur.

427.

Ecloga 88. ex §. alia deniqve lex Asperrimum crimen 6. verb. aliàs Cognatione vel Affinitate personas.

numqvid etiam ii qvi Socerum aut Socrum, Vitricum aut Novercam necant, pœnâ *Parricidii* (sive Culei) afficiuntur?

Negatur.

428.

Ecloga 89. ex §. item lex Cornelia de Falsis 7. verb. Ultimum supplicium.

an Pœna Falsi, qvæ (*Olim* in Liberos homines fuit Deportatio cum Publicatione bonorum, in Servos Ultimum supplicium; sed) *Hodie* (tam in Imperio romano qvàm in foro Saxonico) est Arbitraria, qvandoqve ad Mortem usqve extendi potest?

Affirma-

[i. e. In judicio aut Extra judicium, ut solvatur, denunciat], Injuriarum tenetur?

Tenetur, si illud *Injuria faciendæ causâ fecerit.*

360.

qvid si verò Creditor suum *Debitorem morosum* per literas vel aliter [tanqvam Perfidum, i. e. immemorem Fidei idiochiro atq; Sigillo confirmatæ] Diffamet?

non est Injuriæ aut Actioni injuriarum locus [dummodo illud factum fuerit non *Extrajudicialiter* in Publicis locis aut Aliis; sed in *Libello supplicatorio judici* porrecto aut in *positionibus Judicialibus.*]

361.

an is, qvi Mercatorem aliqvem suum vocat *Debitorem*, qvi tamen *Nihil ei debebat*, conveniri potest?

Conveniri potest actione Injuriarum.

362.

Ecloga 26. ad §. Injuria autem 1. vers. vel siqvis ad infamiam alicujus Libellum.

an Famosi libelli actio obtinet [non solùm in *Pasqvillo s. Famoso libello propriè sic dicto* i.e. ubi vel Absq; nomine vel sub Ficto nomine scriptura pictura aut sculptura injuriosa divulgata est, sed] etiam qvando qvis *manifestè Subscripsit* nomen suum?

Hic non tenetur.

363.

Ecloga 27. ad eund. §. 1. verb. ad infamiam alicujus Libellum.

qvalis est Famosi libelli s. Pasqvilli Pœna, jure [non *Veteri & Codicis*, ubi vel Vita vel Libertas aut Civitas adimitur; sed] *Hodierno?*

Regulariter est *Talio.* [qvæ determinationem accipit ab objecto Crimine graviore sive Vero sive Falso.] Plerumq; tamen Mitiùs pronunciari solet.

364.

Ecloga 28. ad eund. §. 1. vers. sive qvis Matremfamilias.

qvalis est Pœna Gloriantis, *Se* vel *Alium* qvempiam Virginem aut Mulierem honestam carnaliter cognovisse?

ultra Recantationem etiam Fustigatio dictari potest.

365.

Ecloga 29. ad §. patitur autem qvis Injuriam 2.

an vindicare possum Injuriam illatam Fratri meo [item Affini] aliisq; Consangvineis in lineâ collaterali?

Nega-

Negatur *Indistinctè*. [utut aliàs *Distingvatur* 1. inter Actionem injuriarum Civilem & Criminalem. item 2. utrum hæc tendat ad Privatam an verò ad Publicam vindictam. nam *Illas* negant; sed *Has* affirmant.]

366.

Ecloga 30. ex §. Pœna autem injuriarum 7. verb. eam Æstimare.

an [non solùm Verbalium sed] etiam Realium Injuriarum nomine actio [scil. *Civilis*, non *Criminalis*] ad Æstimationem institui potest?

Affirmatur jure Civili & Saxonico.

367.

Ecloga 31. ad §. sed & lex Cornelia de injuriis 8. verb. Domum suam vi introitam.

qvæ Pœna obtinet, si alicujus Domus [sive Propria sive Conducta sive Gratuita] Vi introita fuit?

jure Civili, qvin & in foro Saxonico [si non *Veteri*, tamen] *Hodierno* pœna est Arbitraria [putà exilii, fustigationis.]

368.

qvid autem obtinet in Domus expugnatione [non *Simplici*, sed] cui *Accesserit* Deprædatio s. Spolium?

pœnâ Robbariæ s. Rapinæ [qvæ est Mors] in tales violatores animadverti potest.

369.

Ecloga 32. ad §. Atrox injuria æstimatur 9. verb. vel ex Loco.

an is qvi in *loco Publico aut Privilegiato* [puta domo Principis, palatio Civitatis, Curiâ, Theatro] aliqvem Injuriat [tanqvam *Atrocioris injuriæ* auctor] *Severiori pœnâ* coërceri potest?

Coërceri potest, etiam Manus amputatione.

370.

Ecloga 33. ad eund. §. 9. vers. vel ex Personâ.

an Magistratus Injurias Sibi [vel Suis v. c. Satellitibus aut aliis Officialibus] illatas Ipse Vindicare & punire potest?

Affirmatur, si scil. 1. Injuria [non ut *Privatis*, sed] contemplatione *Officii seu dignitatis* illata est. 2. si Injuria sit *Notoria* [qvamvis & tunc præstet decisionem Collegii alicujus juridici seqvi] & non *Altioris indaginis*. [nam hoc casu Superioris cognitio eligenda: id qvod etiam obtinet in casu qvo Magistratus persecutionem *Privati sui interesse* intendit]

371. *Ecloga*

371.

Ecloga 34. ad eund. §. 9. verb. & locus Vulneris.

Ad quid tenetur Vulnerans ob Vulnera inflicta alteri?

Vulnerato obligatur tùm ad *Intereſſe* [qvod continet mercedes Medicorum, impenſas in Curationem, & Operarum æſtimationem] tùm ad *Emendam* die Buſſe [qvæ continet Mutilati membri æſtimationem]; *Judici* autem ad Mulctam Geld-Straffe.

372.

Ecloga 35. ex §. in ſumma 10. verb. per Procuratores.

Numquid *Procurator* etiam in Injuriis [Atrocioribus, indeq;] pœnam *Corporis afflictivam* merentibus admittitur?

Non admittitur *Defenſor*, ſed *ipſe Reus* ſe ſiſtere compellitur.

373.

Ecloga 36. ad §. non ſolùm autem 11. verb. qvi curavit, ut cui mala pugno percuteretur.

an Mandatario exeqventi *Injuriam* [*aut Delictum*], ſi poſtea Conveniatur vel ad Pœnam condemnetur, competit *actio Mandati* adverſus Mandantem?

Negatur.

374.

Ecloga 37. ad §. hac actio Diſſimulatione aboletur. final. 12.

an Remiſſione [Expreſsâ aut Tacitâ] non ſolùm *Actio injuriarum*, ſed etiam *Magiſtratus intereſſe* extingvitur?

Hoc negatur.

375.

Ecloga 38. ad §. eund.

an is qvi injuriam ſibi illatam *Non ulciſcitur* [: Actione injuriarum non inſtitutâ :] *Infamis* [& Maculatæ exiſtimationis] fit?

Negatur.

376.

Ecloga 39. ad pr. ſi Judex litem ſuam fecerit.

4. t. 5. de obligationibus qvæ ex Qvaſi-delicto naſcuntur.

an Judex Areſtum [Legitimè petitum,] Sine juſtâ & ſufficiente cauſâ denegare poteſt?

Negatur, niſi velit teneri ad Intereſse & æſtimationem damni inde emergentis.

377.

Ecloga 40. ad §. ſi Filiusfamilias ſeorſim à patre 2.

an *Parentes* pro Delictis *Liberorum* ad Pœnam aliquam tenentur?

Negatur.

378. *Ecloga*

378.

Ecloga 41. ad §. item Exercitor navis final. 3.

Ad qvid tenetur Exercitor Navis Cauponæ Stabuli, pulsatus (ob damnum Hospitibus in navi cauponâ stabulô datum) Actione in factum de Recepto? tenetur ad *Restitutionem* rei Amissæ vel *Æstimationem* rei Perditæ.

379.

Eclog. 42. ad §. eund. final.

an verò Exercitor Navis Cauponæ aut Stapuli etiamtunc tenetur (vectoribus & viatoribus damnificatis) si damnum datum est (non ab *Hospitibus*, sed) à *Ministris ejus*?

Etiam tenetur.

380.

utrum Dolosum (aut Culposum) factum Magistri navis nocere debet *Contrahenti* (vectori) an verò *ipsi Exercitori*?

Huic potius.

381.

Ecloga 43. ad pr. superest ut de Actionibus. 4. t. 6. de Actionibus

si qvis in libello Actionem (non solùm Genericè innuisset, sed etiam) Specialiter expressisset, sed *Inepto & inutili Nomine.* qværitur, an ideò *Libelli inepti & vitiosi* Exceptio opponi possit?

Negatur.

382.

Ecloga 44. ad §. æqvè si agat qvis, Jus sibi esse 2. verb. sed Negativa.

utrum in Actione Negatoriâ onus Probandi *Actori* (qvi Denegat servitutem), an verò *Reo* (qvi servitutem in præjudicium naturalis libertatis Prætendit) incumbit?

Reo incumbit.

383.

Ecloga 45. ad §. item si qvis in Fraudem creditorum 6.

an (Pecunia parata aliavè) Bona *Allodialia* in Fraudem creditorum in *Feudalia* (qvo casu Dominium in dominum feudi, & Successio in simultaneè investitos transit) conversa, ab ipsis Revocari possunt?

Revocari possunt remedio actionis Paulianæ.

384.

Ecloga 46. ad §. item Serviana & Qvasi serviana. 7.

Qvale jus competit Locatori (prædii Urbani) ratione Mercedis, aut (si deterioratio contigit) ob Interesse?

jus *Tacitæ qvoqve hypothecæ* in supellectile & rebus domui conductæ (ab Inqvilino) illatis, aut ibi procreatis.

385.

Ecloga 47. ad eund. §. 7. vers. Qvasi serviana autem est.

385.

Qvando Actio Qvasi-Serviana s. Hypothecaria in specie datur (:ceu Realis actio) contra Tertium (in qvem facta est rei jamdum Oppignoratæ Alienatio) possessorem?

Regulariter demum datur *Post excussionem* debitoris Principalis, aut postqvam Tertius possessor *Non opposuit* exceptionem excussionis.

386.

Eclog. 48. ad eund. §. 7.

an verò illud Excussionis Beneficium (s. Exceptio de excutiendo prius Principali debitore, qvi remOppignoratam Alienare ausus est) etiam illi subvenit qvi est *Possessor fundi creditori specialiter Hypothecati?*

Non subvenit.

387.

Ecloga 49. ad §. de Constituta autem pecunia 9.

an Mulier, qvæ exConstituto debitum in se suscepit, efficaciterObligatur?

si Debitum est [*non Extranei*, sed ipsius] *Mariti*, non aliter obligatur qvàm si accesserit *JURATA* renunciatio SCti Vellejani.

388.

Ecloga 50. ad §. item si qvis postulante adversario Juraverit 11.

an *Juramentum* delatum & præstitum admittit *Probationem contrariam?*

si *Pars parti* juramentum [puta Voluntarium, item Judiciale] præstitit, Non admittitur probatio contraria; si verò ipse *Judex* juramentum (Necessarium qvale est 1. in Litem; 2. Suppletorium 3. Purgationis) litiganti imposuit, Admittitur probatio in contrarium.

389.

Ecloga 51. ex §. Pœnales qvoq; actiones 12. verb: qvi Parentem in jus vocâsset.

an Parentes in causis Liberorum, sine speciali *Veniæ impetratione*, in *Jus vocari* possunt?

Affirmatur jure *Hodierno* (qvo Exceptio non-impetratæ veniæ Parentibus vix prodest.)

390.

Ecloga 52. ad §. qvadam actiones Mixtam causam 20.

Qvomodo in Familiæ herciscundæ, Communi dividundo aut Finium regundorum judicio, Divisio (Regulariter) fieri debet. utrum *Judicis* officio an verò *Sortis* arbitrio?

Judicis officium prævalet.

391.

Ecloga 53. ex §. fuerat antea & rei Uxoriæ actio 29.

an *Mulieri*, ratione Dotis reddendæ, in Concursu *alii Creditores* hypothecarii præferuntur?

Præ-

Præferuntur si habent Hypothecam priorem, eamqve (*non Tacitam*, sed) *Expressam*. (Et hoc non tàm *jure Justinianeo Marchico aut Antverpiensi*, qvàm *usu Germaniæ, observantia Cameræ imperialis & jure Saxonico* obtinet) 392.

Ecloga 54. *ex eodem* §. 29. *vers: Præferri autem aliis creditoribus*. an illud Dotis privilegium (consistens in jure Hypothecæ tùm Tacitæ tùm Præferendæ aliorum creditorum hypothecis) soli *Uxori Liberisqve ejus*, an verò etiam *Extraneis heredibus* competit?

Illud tantùm affirmatur. 393.

Ecloga 55. *ex* §. *in Bonæ fidei judiciis* 30. *vers: exceptâ solo Depositi actione*.

an in *Deposito* locum habet *Compensatio* (s. exceptio compensationis, qvam Depositarius opponit Deponenti)?

Non admittitur. 394.

Ecloga 56. *ad* §. *curare autem debet* Judex 32.

an Sententia (Judicis) Conditionalis subsistit?

Negatur, si sit Conditio *Incerta*; sed si in continenti (i. e. intra terminum Probatione præfixum, vel saltem anteqvam judex ad Extraneis actus divertit) *Purificatur*, Subsistit. 395.

Ecloga 57. *ad* §. *si qvis agens-Plus complexus fuerit* 33.

an Pœna Plus petentium [*Olim* recepta] *Hodienum* in usu est?

Negatur de jure Canonico, Moribus hodiernis & in foro Saxonico; (ubi in casu Plus petitionis solummodò Rei absolvuntur ab Instantiâ, & Actor condemnatur ad refusionem Expensarum, reservato ei jure denuò Agendi post diei vel conditionis existentiam). 396.

Ecloga 58. *ad eund.* §. 33. *verb: tempore, veluti si qvis Ante diem*.

an Bona debitoris etiam *pendente Conditione* (aut, *anteqvam Dies* venit) Arestari possunt?

Affirmatur, qvando in Morâ est Periculum. 397.

Ecloga 59. *ad* §. *si qvis Aliud pro alio* 35. *verb: errorem suum Corrigere*.

an in judiciis *Universalibus s. generalibus* (aliud enim obtinet in *Singularibus*) Omni tempore (i. e. non solùm *usqve Ad* litis contestationem, sed etiam *Post* litis contestationem) Libellum mutare licitum est?

Affirmatur. 398.

Ecloga 60. *ad* §. *sunt prætereà-Non semper solidum* 36.

an Competentiæ Beneficium (s. Exceptio in Qvantum Debitor facere potest)

poteſt) non ſolùm *Militibus*, Nobilibus, Comitibus, aliisqve perſonis Illuſtribus, ſed etiam *Doctoribus* (item Magiſtris Profeſſoribus Advocatis Scholaribus) & Clericis competit?

Affirmatur jure tàm Saxonico qvàm Civili.

399.

4.t.7. qvod cum eo, qvi in Aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicitur.

Ecloga 61. *ad* §. *illud propriè-SCtum Macedonianum*,

an *SCti Macedoniani Exceptio* Filiumfamilias etiam tunc defendit, qvando creditor probare poteſt, qvod ille tempore Mutui accepti habuerit Peculium *Caſtrenſe vel Qvaſi?*

tunc Non defendit.

400.

4.t.8. de Noxalibus actionibus.

Ecloga 62. *ad pr. ex maleficiis Servorum.* & §. 1.

an Dominus ex Delicto *Famuli* tenetur?

Tenetur (jure Civili & Saxonico) qvidem, ſed nonniſi *ad qvantitatem usq; Mercedis.* (Obtinet tamen hoc in Delictis 1. non publicis, ſed *Privatis.* 2. qvæ fiunt non Extra officium, ſed *In officio* cui à domino deputati ſunt.

401.

4.t.9. ſi Qvadrupedes pauperiem feciſſe dicatur.

Ecloga 63. *ad pr. Animalium nomine.*

an ſi *Qvadrupes* Pauperiem ſ. Damnum fecit, in *ejus Dominum* actio Noxalis de pauperie datur?

Datur (ad hoc ut damni Æſtimatio præſtetur aut animal Noxæ dedatur, qvandoqve ob culpam *poena Arbitraria* accedit.)

402.

Ecloga 64. *ad* §. *cæterùm ſciendum eſt Ædilitio edicto* 3.

ſi qvis Beſtiam (non *Manſvetam uſuiq; neceſſariam*; ſed) naturâ *Feram aut aliàs nimis Ferocem* (putâ Canem Bovem Caprum-invaſorem) habet. qværitur, in qvantum ex Damno inde emergente jure (non *Civili* ſed) *Saxonico* teneatur?

tenetur non ſolùm ad *reſarciendum Damnum* datum ſed inſuper ad *Pœnam arbitrariam.*

403.

4.t.10. de iis Per qvos agere poſſumus.

Ecloga 65. *ad* §. Procurator 1.

an Minor 25. aut 21. annis (poſt expletum annum 17.) admittitur Procurator?

à *Judice* admitti poteſt; ſi modò *Adverſarius* contra ejus Inhabilitatem Non excipiat.

404.

4.t.11. de Satisdationibus.

Eclog. 66. *ad* §. *ſed Hodie hæc aliter* 2.

an ex parte Rei conventi [in Civilibus] *Etiamnùm* Cautio de judicio Siſtendo & judicato Solvendo præſtanda eſt?

jure Civili Affirmatur; ſed de *conſvetudine Saxonicâ Aliorumq; locorum* Negatur

Negatur; nisi reus de Fugâ sit suspectus.

405.

Ecloga 67. ad §. non autem omnes actiones 1. verb. ex Maleficiis pœnales actiones. & verb.] Contestatæ. 4. t. 12. de Perpetuis & Temporalibus actionibus.

an Pœnales actiones *ex Delictis* (sive Publicis sive Privatis) descendentes etiam *Contra heredes* transire possunt?

Negatur; nisi *Ex delicto aliqvid ad eos* pervenit, vel jamdum *Lis contestata* fuit cum defuncto.

406.

Ecloga 68. ad §. Perpetuæ & Peremptoriæ sunt, quæ semper. 9. 4. t. 13. de Exceptionibus.

utrum Peremtoriæ exceptiones *In ipsâ litis contestatione* opponendæ sunt, an verò etiam *Post litem contestatam* opponi qveunt?

Illud (non solùm in foro Romano-Germanico, sed etiam in Saxonico) observandum est, sub pœnâ Desertionis; nisi fortè *Post litem contestatam* tales exceptiones Suboriantur, vel demum in Notitiam rei perveniant.)

407.

Ecloga 69. ad §. Temporales atqve Dilatoriæ sunt. 10.

Qvando Dilatoriæ exceptiones opponendæ sunt?

Omnes (Ante litis contestationem, &) Primo termino opponendæ sunt; *sub pœnâ Præclusionis* [secundùm jus Romanum novissimum; imò jure Saxonico reus *insuper Litis contestationem*, saltem eventualem, adjicere tenetur.]

408.

Ecloga 70. ad pr. & §. 2. 4. t. 14. de Replicationibus.

Qvousqve in Defensionibus judicialibus progredi licet?

in foro *SAXONICO* ultra Triplicam progredi prohibitum est. (inde *Ante litem contestatam* litigatores utrinqve per Tria producta durch Drey Wechsel-Gesetze/ & *Post litis contestationem* per Duo producta pro illâ vice statim in termino concludunt): in ordinatione *CAMERÆ* imperialis in *Dilatoriis* ultra Duplicationem, & in *Peremptoriis* ultra Triplicationem disputatio non admittitur.

409.

Ecloga 71. ad §. Adipiscendæ possessionis 3. verb. Qvorum bonorum. 4. t. 15. de Interdictis.

an Interdictum Qvorum bonorum (non solùm Bonorum possessori aut Heredi, sed etiam Vasallo) in rebus Feudalibus competit?

Competit (& qvidem non solùm adversus *Extraneum*, sed etiam *Dominum* ipsum.)

410.

Ecloga 72. ad §. Retinendæ possessionis. 4.

an Interdicta Retinendæ possessionis (nimirum Utrubi & Uti possidetis) tantùm pro Possessione rerum *Corporalium*, an verò etiam pro defendendâ *Qvasi-possessione rerum Incorporalium* dantur?

Dantur utiqve (si non *Directè Propriequè*, tamen *ex Interpretatione & Utiliter.*)

411.

Ecloga 73. ad §. Recuperandæ possessionis causa. 6.

an ex jure constituti *Possessorii* (Constitutario) interdictum *Recuperandæ possessionis* (sive unde Vi) competit?

 Negatur

421.

Ecloga 82. ad eund. §. 4. verb. nefandam Libidinem.

qvalis Pœna irrogatur iis qvi *Præpostera* (*Sodomiticâ*) *Venere* (puta si Masculus venerem cum Masculo aut cum Muliere inordinato more, aut Mulier cum Muliere exercet) naturalem pudorem prostituunt?

jure *Civili & Consvetudinario* Igne cremantur; sed secundùm *mores Saxonum* Gladii pœna sufficit.

422.

Ecloga 83. ad eund. §. 4. verb. nefandam Libidinem.

qvalis Pœna irrogatur illi *Sodomiæ speciei*, qvâ (non Homo cum Homine, sed) Homo (sive Masculus sive Femina) cum Bruto se commiscere ausus fuit?

secundùm mores tùm Imperii romani tùm Saxonicos & homo & brutum *Igne* absumuntur.

423.

Ecloga 84. ad eund. §. 4. verb. etiam Stupri flagitium punitur.

qvæ Pœna obtinet in Stupro (non *Voluntario*, sed) *Violento & coactivo*?

STUPRATOR non solùm jure Civili (qvod comprimis de *Honesta* muliere loqvitur) sed etiam in foro Saxonico (*sive Honesta sive Inhonesta* & vulgaris mulier fuerit) Gladio tollitur; nisi *STUPRATA* pro eo (si Solutus sit) intercedat ejusq; nuptias expetat: qvo casu pœna Arbitraria (ultra Relegationem tamen perpetuam non extendenda) eligitur.

424.

Ecloga 85. ad §. item lex Cornelia de sicariis, qvæ Homicidas 5. verb. qvod Manu cujusq;.

numqvid & ille Dolosum Homicidium commisisse dicendus est, qvi (non *Telo*, sed) tantùm *Pugno s. manu contractâ* (mit voller Faust) alterum percussum exanimavit?

Affirmatur, comprimis si Percussio facta est in corporis *Loco periculoso* v. c. Temporum.

425.

Ecloga 86. ad §. eund. 5. verb. Homicidas.

numqvid Avtochiria (non *ex Furore*, Melancholia aut aliâ animi Impotentiâ commissa; sed) *Malitiosa & destinata* Sepulturam honestam meretur?

Non; sed Inhonestam talemq; qvalis alibi vocatur Canina & Asinina.

426.

Ecloga 87. ad eund. §. 5. verb. Venefici capite damnantur.

Qvomodo *Venefici* illi, qvi cum *Dæmone* Pactum inierunt vel Libidinem exercuerunt, puniuntur?

Igne cremantur.

427.

Ecloga 88. ex §. alia deniqve lex Asperrimum crimen 6. verb. aliàs Cognatione vel Affinitate personas.

numqvid etiam ii qvi Socerum aut Socrum, Vitricum aut Novercam necant, pœnâ *Parricidii* (sive Culei) afficiuntur?

Negatur.

428.

Ecloga 89. ex §. item lex Cornelia de Falsis 7. verb. Ultimum supplicium.

an Pœna Falsi, qvæ (*Olim* in Liberos homines fuit Deportatio cum Publicatione bonorum, in Servos Ultimum supplicium; sed) *Hodie* (tàm in Imperio romano qvàm in foro Saxonico) est Arbitraria, qvandoqve ad Mortem usqve extendi potest?

Affirma-

Affirmatur, si *Gravitas delicti* urserit Mortis potius qvam fortè Relegationis ac Fustigationis pœnam.

429.

Ecloga 90. ad §. item lex Julia de Vi. verb. per vim Raptus virginis vel viduæ, an Pœna Raptus Ordinaria (qvæ est Capitalis) etiam tunc locum habet, qvando qvis mulierem (non *Libidinis faciendæ gratiâ*, sed) *Matrimonii* causâ rapuerit? sufficit tunc (non qvidem *jure Civili aut jure Canonico antiqvo*; sed) jure *Canonico novissimo* (qvod etiam in terris Imperii & consistoriis Saxonicis observatur) Pœna Arbitraria, qvæ Relegationem non excedat.

430

Ecloga 91. ad §. item lex Julia Peculatus, verb. vel rem Sacram.

qvomodo Sacrilegium *Propriè dictum* (i. e. ubi res Sacra ex loco Sacro surripitur; aliud enim est si res Sacra ex loco Profano, aut res Profana ex loco Sacro aufertur) Punitur? *jure Civili* pœna est Arbitraria, ita tamen ut usqve ad Mortem extendi possit; sed in *foro Saxonico* tales Sacrilegii Rotâ tunduntur, etiamsi Sine effractione peccaverint?

431.

Ecloga 92. ad §. est & lex Flavia de Plagiariis 10

an non solùm *Plagiarii*, sed etiam ii qvi *Operam auxiliumq; ei præstant*, Gladio puniuntur?

Affirmatur.

432.

Ecloga 93. ad §. sunt præterea 11. verb: Ambitus.

Canonicatus (vel alius Beneficii ecclesiastici) Resignatio pro Pecuniâ in alterius gratiam facta, utrum *Legitimus* est contractus, an verò jure *Prohibitus & Simoniacus*? Hoc Affirmatur.

433.

Ecloga 94. ad §. sunt præterea 11. verb: Repetundarum.

utrum Judex adeo contentus esse debet *Salario suo*, ut ab omni *Munerum* (1. sive constent ex Esculentis & Poculentis, sive ex Aliis. 2. sive dentur à Cognato Affineve sive ab Amico. 3. sive tendant ad juris sui Conservationem & celeriorem causæ Expeditionem, sive ad judicis Corruptionem) acceptione abstinere debeat?

Affirmatur, etiam post Depositum officium.

434.

Ecloga 95. ad § sunt præterea 11. verb. de Annonâ.

Qvomodo Fœneratores puniuntur?

Variis pœnis expositi sunt (inter alia Infamiam incurrunt, jus Testandi & Sepulturam honestam amittunt.)

435.

Ecloga 96. ad §. sunt præterea 11. verb. de Residuis.

si Administrator pecuniæ *Publicæ* (qvales sunt Schösseri, Præsides, Ædiles, Publicani, Forestari) eam in *Suum usum* convertit, adeoqve Residuorum crimen committit, qværitur qvomodo Puniatur?

si *L. Juliam de Residuis* spectes, punitur Infamiâ & ut Tertiâ parte amplius, qvàm retinuerat, reipublicæ præstet; si autem *Hodiernos mores* spectes, reliqvatores illi Extraordinariâ & arbitrariâ (sed qvæ Mortifera non sit) pœnâ afficiuntur: id qvod etiam jure Saxonico *communi*, imò (si scl. reliqvatorem Tempestivè Pœnituerit, & ad Restitutionem sese sponte obtulerit) etiam *Electorali* jure obtinet.

IN NOMINE JESU CHRISTI.

LIBRI PRIMI
TITULUS I.
DE JUSTITIA ET JURE.
Ex Princip.
Ad verba : *Jus suum cuiqve &c.*

ECLOGA I.
Nobiles atqve Studiosi æqvè ac ignobiles & vilioris conditionis homines propter furtum suspendii pœnâ adficiuntur.

SUMMARIA.

1. *Milites & Studiosi mitius puniuntur.*
2. *Procedit tantùm in pœnis arbitrariis.*
3. *Non in uniformibus & à Lege taxatis.*
4. *Qvalis furti est.*
5. *Ubi nullus personarum respectus habendus.*
6. *In simplici Justitia merita personarum non spectantur.*
7. *Imò clariores personæ gravius puniendæ.*
8. *Tubingæ in honorem Academiæ suspensi studiosi circa vesperam auferuntur & sepeliuntur.*
9. *Furti convictus omni honore exuitur.*
10. *Responsum Scabinorum.*

1. VUlgaris qvasi Regula est Interpp. Juris: Qvod *Nobiles & Studiosi mitius puniantur, qvàm ignobiles aliive conditionis vilioris homines* per *l. Pedius 4. §. 1. ibi:* Ex personarum conditione *ff. de Incend. ruin. nauf. l. annonam 6. pr. verf. pœn. ff. de Extraordin. crim. l. aut damnum. 8. § in ministerium. 8. ff. de Pœn. l. 5.* ibi: pro qvalitatib. personarum. *C. de Naufrag. A. Tiraqvell. de Pœn. cauf. 31. num. 1. Prosp. Farinac. p. 3. oper. crim. qvæst 98. num. 102. Et Consil. crim. 33. lib. 1. num. 67. Joh. Limnæ. de Jure Publ. lib. 6. cap. 4. num. 55.*

2. † Id tamen procedit solùm in pœnis arbitrariis, qvæ ex qvalitate personarum distingvendæ sunt per Judicem: † Non autem in pœnis uniformib. & taxatis à Lege vel statuto, in qvibus non est habenda personarum distinctio. *Tiraqvell. d. c. 31. n. 34. & 35. Salycet. in l. servos. C. ad L. Jul. de vi publ. Foller. in pract. crim. c. 16. n. 18. Jodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 55. per tot. Gothofredus Fibigius in Colleg. publ. ad Georgii Frantzkii Exercit. Disput. 1. semidec. q. 5. num. 8. & 9.*

3. (see above)

4. † Cujusmodi absqve dubio etiam habenda est pœna Furti. *Salyc. d. l. num. 4. Foller. d. n. 18. Capoll. Conf. crim. 39. num. 24. Par. de Puteo tr. de Syndic. verbo: Pœna. vers. An se statutum. n. 5. & 7. Dan. Moller. ad Constit. Elect. 42. num. 12. p. 4.* Unde concludendum, nec Nobilibus nec Studiosis hac in re

5. parcendum, † nec ullam personarum distinctionem faciendam esse *Matth. de Afflict. In Constit. term. vita. num. 49. vers. Benè tamen pro Furto. & seq.* propter generalitatem textus in *c. 1. §. si qvis qving. 5. tit. de Pace tenend.* Ita scil. Justitia jus suum cuiq; æqvâ lance tri-

6. buit *per text. h.* † Et ubi de simplici Justitia qværitur, non sunt curanda merita personarum, ut ait *Bald. in cap. 1. ult. notab. Ut lite pendente nihil innov. Nicol. Reusner. lib. 2. Decis. 15. num. 20.* † Imò in altiùs 7.
patibulum suspendendos esse Nobiles, qvi Furti abominabili crimini se manciparunt, opinantur *Bald. & Fab. de Arena Decis. Crim. 25. Gutierretz. lib. 4. Pract. qvæst. c. 15. n. 20. & c. 16. num. 18. Job. Limn. lib. 6. de Jure Publ. c. 4. num. 65.* † Tubin- 8.
gæ tamen, in honorem Academiæ, suspensos in patibulo non relinqvi, sed ad vesperam inde auferri terræqve mandari, testatur *Joh. Jacob. Speidel. in spec. variar. Observ. LII. H. tit.* Hencker / 92.
† Qvi enim se furtis & sceleribus 9.
maculasse fuerint convicti, honore exuti inter pessimos qvosqve & plebejos habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiantur, qvo seipsos indignos judicaverunt: Inqviunt Impp. Gratian. Valent. & Theodos. in *l. Judices. 12. C. de Dignitatib. Dn. Benedict. Carpzov. in Pract. Crim. p. 2. q. 82. num. 61. & seqq. Henr. Habn. ad Wesenb. parat. ff. de Furt. num. 13. Non etiam in Furt. pag. 694. in part. 2.*

Ita † pronuntiarunt *Scabini Ele-* 10
ctorales Lipsienses M. Jul. Anno 1611. ad reqvisitionem *Senatus Rostochiensis* in causa J. C. C. So möchte Er wegen solcher begangnen und bekanter deuben / als ein Verleumbter Dieb mit dem Strange vom leben zum Tode gestrafet werden. V. R. W.

ECLOG. II.

Ex §. Hujus Studii. 4.

us Publicum in Academiis tractare, & necessarium & utile est.

SUMMARIA.

1. *Juris studii duæ sunt positiones.*
2. *Qvarum nobilissima Jus Publicum.*
3. *Academiæ Mercatus publici sunt.*
4. *Friderici Imperatoris ad studium Juris blanda exhortatio.*
5. *Studium Juris publici non differendum.*
6. *Sed ejus fundamenta in Academiis, summâ tamen modestiâ, tractanda.*
7. *Leopoldi Imperatoris gravis animadversio in turbatores pacis publ.*
8. *Utrumq; jus, publicum & privatum, ambiendum.*
9. *Decretum Consistorii Saxonici supremi.*

1. Cùm †Studii Juris duæ sint positiones sive species, Publicum videl. Jus, & Privatum, *h §. n.* Qvî fieret, ut illiq disciplinæ, qvam Imperator cupidæ LL. juventuti tam fi-
2. deliter inculcat, †nobilissima portio, Jus nim. Publicum in scholis publicis negligi qveat? De eo enim non minus ac de Jure Privato Sacratissimus Cæsar eam utilitatẽ, si Studiosi Juris se in eo eruditos ostendant, pollicetur, posse Rẽpubl. Romanam in partib. ejus ipsis credendis per eos gubernari. §. *summ.*
3. *fin. Proœm. Institut.* †Ad Academias namqve accedimus tanqvam ad Mercatus publicos, non solum ea, qvæ ad nosmet ipsos informandos, atq; ad propriam privatamq; indigentiam sublevandam faciũt, comparaturi; Verùm ea etiam, qvæ Reipubl. propter qvam potissimùm nati sumus, prodesse possint, h. e. † Scientiâ nostra totum 4.
illuminaturi mundum; Ut egregiâ spe & encomio omnes bonarum artium & partium Studiosos ac Professores lactat & commendat Imperator Fridericus I. in famosissima *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr. Joh. Limn. de Jure Publ. lib. 1. cap. 2. num. 11. Dom. Arum. ad Aur. Bull. Disp. thes. 1. Christoph. Besold. in Templ. Inst. q. 1. Herman. Kirchner. in. Morvill. lib. 1. c. 13. n. 28. & 33. cum seqq.* † Et si Studiosi 5.
rem, donec in aulam vel ad Regi-

men vocentur, differre velint, qvis sponsor erit, eis tunc vires, occasionem & tempus addiscendi hæc juris latifundia suppeditatum iri *Carol. ab Hagen. in Instit. Jur. Publ. l.1. cap.1. num.3. Dn. Carpzov. Jurispr. Consistorial. lib.2. def. 407. & in Disp.1. Feud. qvæst.1. ad præfat. Aur. Bullæ. n.8.*

Qvanqvam rectè moneat hac de re D. Gottfried Fiebig. Conterraneus atqve amicus noster dilectus, p.m. in Electis Juris publ. *Se-*
6. *midecad.1. q.4. n.9.* † Ut maximè concedendum sit Academicis, fundamenta Juris generalia, leges & negotia Imperii jam transacta modestè & submissè profiteri, deq; iis disputare ad informationem Studiosorum Juris & Disciplinæ Politicæ explanationem, per hoc tamẽ neqvaqvam iis datam, qvin potius ademtam esse potestatem, negotia adhuc inter partes controversa definiendi ac determinandi, qvæ forsan à Favitorib. suis in aulis didicerint ac perceperint, propalandi, jam decisa denuò in dubium vocandi, aut temerè & audacter nimis de hisce judicandi. Præsertim cùm aliàs periculosum sit, de illis scribere, qvi possunt proscribere, & dicere, qvi possunt interdicere. Nam qvis nescit, longas Regib. esse manus? *Carol.*
7. *ab Hagen. d.l.* † Idqve ipsum est, qvod Augustissimus Leopoldus modernus Romanorum Imperator feliciter regnans in Capitulatione sua Cæsarea §. Wir sollen und wollen etc. 2. Sese, ad instantiam Statuum juratò adstrinxit; Se velle in ejusmodi temerarios taxatores Pacis Osnabrugensis gravissimè animadvertere, hisce verbis: Wir wollen und sollen etc. Zumahln auch die jenigen/ so sich gegen ietzt gemeldten Friedenschluß und darin bestätigten Religion-Frieden/ als ein imerwährendes Band zwischen Haupt und Gliedern/ und den Gliedern unter sich selbst/ zu schreiben/ oder ichtwas in öffentlichen Druck herauß zu geben/ als dadurch nur Aufruhr/ Zwytracht/ Mißtrauen und Zanck im Reich angerichtet wird/ unternehmen würden oder solten/ gebührend abstrafen/ die Schrifften und Abdruck cassiren/ und gegen die Autores so wohl/ als Complices mit Ernst verfahren. &c.

Utrumq; † ergò Jus & Publicum 8.
& Privatum ambiant Studiosi, qvi Jurisprudentiæ castris nomina dedêre, ne unius vel alterius ignari ad functionem publicam, ut Asinus ad Lyram, prorumpant. Svadente Dn. Carpzovio *in Præfat. ad Lectorem Commentarii sui in Legem Regiam Romanorum.*

Ita † Consistorium Saxonicum 9.
summum ad Serenissimum Electorem

rem *die 14. April. Anno 1630.* Eur. Churfürstl. Durchl. seind mit dem Beyschluß sub A. von N. zu N. unterthänigst angelanget worden / ihme gnädigst zu verstatten / damit er um des verstorbenen Professoris Linguæ Gallicæ salarium, oder auch ohne recompens der Jugend das Jus publicum extraordinariè öffentlich profitiren möge/worauf in E. Churfürstl. Durchl. Namen wir der Universität die Juristische Facultät darüber zu vernehmen / am 21. Oct. verwichenes Jahres befohlen / und haben Ew. Churfürstl. Durchl. auß den Beylagen sub B. und C. gnädigst zu befinden / was ermelte Facultät hierwider am 6. Febr. dieses Jahres eingewendet. Wir können aber darbey zu erinnern nicht unterlassen / wenn ihre angeführte rationes gelten solten/daß die Professio Juris Publici in Imperio Romano Germanico abzuschaffen / und nur Doctores Juris privati (dessen die Professores und Facultisten zu N. bißhero fast alleine sich beflissen) zu creiren / So würde viel zu lang gewartet seyn / wenn die von Adel und JCti ihr Jus Publicum erst in aulâ, (da man keine præcepta, sondern allein exempla findet) erlernen wolten/ die darauß besorgliche Gefahr könte der gestalt abgewendet werden / wenn der Lector vorher seine Lectiones dem Decano Facultatis Juridicæ zur Censur übergeben müste / ꝛc. Sonsten ist oberwehnter N. N. ein feiner/ junger/gelährter und thätiger Mañ/ und ruhet bey E. Churfürstl. Durchl. was Sie ihme dißfalls verstatten/ auch sonsten hierauf gnädigst anordnen lassen wollen/ ꝛc.

ECLOG. III.

TIT. DE JURE NAT. GENT. ET CIV. II.

Ex §. Jus a. Civile. 1. verf. sed jus qvidem Civile verb. Ex unaqvaq; Civitate.

Civitatis vel Urbis nomine comprehenduntur etiam Suburbia.

SUMMARIA.

1. *Urbis acceptio duplex: Materialis, qvâ Suburbia partes Urbis non sunt.*
2. *Formalis, qvâ Suburbia Civitatis nomine veniunt.*

3. *Onera eadem qvi sustinent, iisdem gaudeant privilegiis.*
4. *Suburbia propriâ Urbis appellatione non veniunt.*
5. *Sed generali.*
6. *Parochiani etiam longè dissiti Civitatenses sunt.*
7. *Suburbia Civitatis ecclesiastico interdicto subjacentis, similiter interdicta sunt.*
8. *Suburbani ad Consulatum & Senatorium Ordinem evehuntur.*
9. *Qvod in Suburbiis factum, in Civitate factum esse dicitur.*
10. *Romæ appellatio toti Orbi Romano communis.*
11. *Et Romæ fieri dicitur, qvod intra ejus continentia fit.*
12. *Intra Continentia fieri qvid dicatur.*
13. *Testator omnem penum legans, etiam eam, qvam in Suburbiis habet, legasse dicitur.*
14. *Incolæ Suburbiorum Rustici non sunt.*
15. *Responsum Scabinorum Lipsiensium.*

1. Dupliciter † sumitur vox *Urbis seu Civitatis*; vel *Materialiter*, sive ratione ædificiorum & situationis, ita ut muri sint ejus Termini, iisdemqve ipsa finiatur *l. ut Alphenus 87. l. Collegarum. 137. §. 1. de Verb. sign. Joh. Gœddæus ad l. 2. n. 4. eod. Tit.* Et sic *Suburbia* propriè non sunt *Urbis* partes, sed potius appendices. Inde Galli *Suburbia* vocant *Faulxburgs*, qvasi Vorburg/ Germanicè Vorstadt/ qvasi vor der Stadt: Siqvidem non in Urbe muris terminata, sed ante Urbem sita sunt *l. 2. §. 1 ff. de V. S. Philipp.* Knipschild/ *de Privileg. Civitat. Imperial. lib. 1.*
2. *cap. 1. num. 81.* † Vel accipitur *Formaliter*, qvatenus Civitas ordinationem & jus significat, qvod Cives habent. *Herm.* Kirchner/ *de Republ. Disp. 7. thes. 1. lit. A. Joh. Limnæus. de Jure publ. lib. 7. cap. 1. n. 12.* Qvo intuitu incolæ in Suburbiis pariter & intra muros habitantes in Civitate commorantur.
† Et cum ead. onera sustineant, i- 3.
isd. etiam gaudent beneficiis, privilegiis, statutis ac juribus *arg. c. inter corporalia. 2. vers. Sicut ergo Episcoporum X. de translat. Episcop. l. si Reus. 13. ff. de duob. Reis. Alber. à Rosate de Statut. lib. 2. q. 177. n. 15. Joh. Gædd. ad d. l. 2. num. 22. Coler. de Process. Execut. p. 1. cap. 3. num. 171. & 179. Philipp.* Knipschild/ *de Privileg. Civit. Imperial. lib. 1. cap. 1.*
n. 81. † Et sic, licet Suburbia pro- 4.
priè Urbis appellatione non veniant, nihilominus tamen generaliter loqvendo Urbis appellatione continentur *Besold. de. Jure Universit.*

verfit. cap. 1. num. 8. P. Gregor. Tholosan. de Republ. lib. 2. cap. 4. n. 2. Webner. verbo : Stadt. *fol. 621. Girland. lib. 2. Decif. 12. num. 21.* Hoc fignificatu Urbem ipfam mœniorum & Suburbiorum ambitu contineri, fcribit *Bodin. de Republ. lib.*
5. *1. cap. 6.* † Ac appellatione Civitatis Suburbia venire, ubi ead. eft ratio, afferit *per. l. 1. §. Cum Urbem. ff. de Offic. Præfect. Urb. l. qvi in continentibus. 147. l. pupillus 239. §. incola. ff. de V. S. Moditius in §. Plebifci-*
6. *tum. Dub. 77. num. 11.* † Ubi addit, Qvod Parochiani Ecclefiarum Civitatis, die in eine Stadt gepfarret/ licet longè extra muros extendatur Parochia, Civitatenfium appellatione veniant. *Befold. d. n. 1.*
7. † Unde, fi Civitas, Villa, aut Caftrũ Ecclefiaftico fubjiciantur interdicto, illorum qvoq; Suburbia & ædificia continentur interdicta esfe, ftatuit Pontifex Bonifacius VIII. *in cap. Si civitas. 17. de Sentent.*
8. *Excommunic. in 6.* † Et ex Suburbiis Confules & Senatores creari folent. *Johann. Papon. lib. 6. tit. 11. A-*
9. *reft. 1.* † Qvodqve in Suburbiis factum, in Civitate factum effe intelligitur *Menoch. Arbitr. Qvæft. caf. 155. per tot.*
10. † Scilicet Romæ appellatio fe extendit ad Suburbia, Vicos, pagos & prædia cohærentia, vel qvousqve fe Orbis Romanus extendit *arg. l. 1. ff. de Offic. Præfect. Urb. l. Roma 33. ff. ad Municipal. l. in orbe 17. ff. de Statu homin.* † Et Romæ 11.
dicitur fieri non tantùm, qvod intra Muros, fed etiam extra Muros fit intra continentia. *l. 2. l. ut Alphenus 87. l. pupillus. §. Urbs. ff. de V. S. l. 1. §. apud Labeonem 20. ff. de Aq. pluv. arcend.* † Intra continen- 12.
tia verò fit, qvod extra Urbem in Suburbiis, locis, ædificiisqve Urbi connexis, & qvafi cohærentibus fit *d. l. 1. §. apud Labeonem l. notionem. 99. §. 1. ff. de V. S.* Etiamfi lata intercedat via *l. Titius 45. §. Roma 3. ff. de Excuf. tutor. d. l. 1. §. apud Labeonem. Bald. in cap. Rudolphus. n. 8. X. de Refcript. Johann. Gœdd. ad d. l. 2. n. 15. de V. S.*

† Hinc etiam Teftator, qvi le- 13.
gat omnem penum, qvam Romæ habet, non tantùm, qvam intra muros, fed & qvam in horreis, villis, ædificiis continentibus, itemq; hortis habet, legaffe cenfetur. *l. 4. §. fi ita. 4. ff. de Penu legat. l. cui qvæ. 84. ff. de legat. 3.* † Propterea qvoq; 14
incolæ Suburbiorum, non Bauren / ruftici, fed *Suburbani*, Vorftädter / vocantur, ex confvetudine loqvendi & more harum Regionum, qvi hoc in cafu maxime attendi debet *Alber. à Rofate d. loc. n. 20. Dn. Carpzov. Decif. Illuftr. Saxon. p. 1. Decif. 2. num. 21.* † Atq; ita 15.
refponderunt Scabini Lipfienfes ad

ad Consultationem der Voßischen Gerichte zu Crimmitzschau Mense Mart. Anno 1643. Hat sich zwischen den Gerichts-Herren an einem/ und den Vorstehern des Gottes-Hauses daselbst andern Theils/ Strittigkeit erhaben/ welchem nemlich unter ihnen das Heer-Geräthe oder Gerade/ wann kein Schwertmagen oder Nifftel verhanden zukommen solte. Und es ist dieselbe An. 1597. durch die darzu verordnete Chur-Fürstl. Commissarien dergestalt/ mit beyder Parteyen Einwilligung/ verglichen und beygeleget worden/ daß hinfüro auf solchen Fall die in der Stadt Crimmitzschau verledigte Gerade und Heergeräthe/ oder aber der Werth davor/ der Kirchen und Gotteshause zukommen/ und eigenthümlich verbleiben solle. Ob nun wohl in selbiger Vergleichung der Vorstadt außdrücklichen nicht erwehnet/ die Transactiones stricti juris, und wider das gemeine Sachsen-Recht/ nach welchem die ledigen Heergeräthe und Geraden dem Gerichts-Herrn anheim fallen/ nicht zu extendiren; Dahero ihr in denen Gedancken begriffen/ daß die in der Vorstadt verledigte Gerade und Heer-Geräthe/ wann keine Nifftel oder Schwertmagen verhanden/ dem Gerichts-Herrn heimfället: Dieweil aber dennoch die Vorstädte mit der Stadt ein Corpus machen/ aller Privilegien und Gerechtigkeiten mit den andern Bürgern geniessen/ dannenhero Sie auch unter dem Namen der Stadt mit begriffen; Hierüber die Vorstädte zu Crimmitzschau der Kirchen so wohl/ als die andern Bürger/ sich gebrauchen/ und demnach billig zu Erhaltung derselben verbunden. So seind die Vorsteher des Gottes-Hauses des Heer-Geräths und der Gerade/ auch in dem Fall/ wann ein Mann- oder Weibes-Bild in der Vorstadt ohne Schwertmagen oder Nifftel verstirbet/ und dergleichen nach sich verlässet/ sich anzumassen wohl befugt/ und verbleibet solches Heergeräthe oder Gerade dem Gottes-Hause billig/ V. R. W.

ECLOG. IV.

Ex eod. §

Statuta & Jura Municipalia alicujus Provinciæ ac Civitatis, homines extraneos, qvi Incolæ & Cives non sunt, constringere non possunt.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Statuta cuilibet Civitati jus Civile sunt.*
2. *Statuta municipiorum juris Civilis autoritatem in iis habent.*
3. *Jus Civile non nisi Cives Romanos obligat.*
4. *Ad extraneos extendi non potest.*
5. *Statuta non extenduntur ad Forenses.*
6. *Causa & Effectus Potentiæ limitantur.*
7. *Extra territorium suum qvilibet pro privato habetur.*
8. *Nemo statutis suis, nisi Subditos, obligare velle præsumitur.*
9. *Forenses beneficiis municipalibus non gaudent.*
10. *Statutô Lipsiensi de Niftelgeradâ forenses & extranei non fruuntur.*
11. *Responsum Scabinorum Lipsiensium.*

1. STatuta † & Jura municipiorũ in iis locis, ubi vigent, Jus Civile sunt. Nam qvod qvisqve Populus ipse sibi Jus cõstituit, id ipsius proprium Civitatis est, vocaturq; Jus Civile, qvasi Jus proprium ipsius Civitatis, unde etiam nomen & appellationem ab ea Civitate sortitur. *h. text. n. verb. Nam qvod. c. jus Civile, Dist. 1. Bartol. in l. Omnes populi. num. 60.*
2. *ff. de Just. & Jur.* † Et itaq; Statuta municipiorum juris communis autoritatem habent. *Panormit. in c. Pastoralis 8. n. 2. X. de Fide Instrum.*
3. † Unde conseqvitur, sicut jus Civile non nisi Cives Romanos obligat *h. text. n. verb. Id ipsius proprium Civitatis est. d. l. Omnes Populi*
4. *& Bartol. ibid.* † Ita ad extraneos extendi non potest. *Alexand. Consil. 81. n. 1. lib. 2. Cabedo Decis. 106. num. 9. Francisc. Viv. Decis. 221. n. 1. Dn. Christoph.* Richter *Decis. 3. n. 5. Philipp.* Knipschild *de Jure & Privileg. Civit. Imper. lib. 2. cap. 10. n. 69.* † Etenim Statuta non extenduntur ad Forenses, cùm hi non sint Subditi statuentis, sed alterius Jurisdictionis limitibus circumscribantur. *l. fin. ff. de Jurisdict. l. sciendum 63. ibi: Vel qvia nunqvam istorum de hac re fuerat Jurisdictio. ff. de Ædilit. Edict. Menoch. lib. 5. Consil. 486. num. 29. Rot. Genuens. Decis. 93. num. 2. Roland. à Valle de Lucro. Dot. qvæst. 136. num. 2. & seqq.* 5.
† Qvemadmodum enim limitatur causa potentiæ, ita & effectus limitari debet. *arg. l. pupillo. 27. ff. de Tutor. & Curator. dat. l. cum unus. 12. §. is qvi. 1. ff. de Reb. auct. judic. possidend.* Sed auctoritas & potentia statuti localis non se extendit ultra terminos proprios, *l. duumvirum 53. C. de Decurionib.* Ergò nec 6.

7. effectus ejus. †Nam extra territorium qvilibet censetur ut privatus. *Alderan. Mascard. de Generali Statutorum interpret. Concl. 6. n. 4. & seqq. A Gail. 2. obs. 31. n. 4.* Pruckman. *vol. 1. Cons. 33. n. 20. Dn. Sigism.* Finckelthaus *Sen. obs. 1. n. 2. & seqq. Dn.* Christoph Philipp Richter *Decis. 3. n. 5.*
8. † Qvin imò nec qvisqvam legib. aut Statutis obligare velle censetur eos, qvi Subditi ipsi non sunt *Speculator. de Constit. n. 5. v. unde & Imperator Subjectos. Dn. Carpzov. Jurispr. forens. p. 2. const. 14. def. 53. num. 5.*
9. † Verùm sicut forensis non subjicitur Statutis Municipiorum, ita vicissim eorundem beneficio non fruitur, ex
10. identitate rationis. † Proinde Statuto Lipsiensi, de *Niftelgerada* disponente, non gaudent forenses & extranei, qvi non sunt incolæ & Cives Urbis illius. *Dn. Carpzov. d. def. 53. num. 1. & seq.* Ita † judica- 11.
runt Scabini Lipsienses in causa *N. N.* zu Leipzig *M. Julio Anno 1580.* Ob nun gleich allhier eine Willkühr verhanden/ daß ein Mann/ nach Absterben seines Weibes/ ohne Töchter/ der nechsten Nifftel nicht mehr/ denn allein die Nifftel-Gerade zu geben schuldig sey/ ꝛc. So hat sich doch N. N. (weil Er allhier zu Leipzig des Bürger-Rechts sich nicht angemasset/ noch der Universität zugethan gewesen/ sondern als ein Forensis sich ufgehalten) solcher Willkühr nicht zu gebrauchen/ sondern ist seines verstorbenen Weibes nehesten Nifftel die volle Gerade zu geben und folgen zu lassen pflichtig/ V. R. W.

ECLOG. V.

Ex eod. §

Immobilia secundum Jura & Statuta locorum, ubi sita sunt, dijudicanda sunt.

SUMMARIA.

1. *Rerum mobilium idem jus cum personis est.*
2. *Æstimantur secundùm cujusq; Domicilium.*
3. *Subjacent Jurisdictioni illius loci, ubi perpetuò sunt, aut ubi paterfam. eas perpetuò esse debere disposuit.*
4. *Mobilia Defuncti ossibus, i. e. Domicilio, inhærere dicuntur.*
5. *Et si Domicilium non adest, loco originis cedunt.*
6. *Secus est in bonis Immobilibus, aut qvæ immobilium loco habentur.*

7. Res

7. *Res soli Jurisdictioni ejus tantùm subjacent, cujus est Territorium.*
8. *Licet Dominus earum alibi habeat Domicilium suum.*
9. *Statuta res immobiles in territorio sitas, & ratione earum etiam non-Subditos & forenses obligant.*
10. *Immobilium successio secundùm Statuta cujusq; loci fit.*
11. *Collecta onus reale bonis ipsis inhærens est, & ab extraneo debet exsolvi, etiam de iis bonis immobilibus, quæ alibi, quàm ubi habitat, sita sunt.*
12. *Dissensio Collegiorum Electoratûs Sax. circa hanc rem per Decisionem conciliata.*
13. *Responsum JCtorum Jenensium.*
14. *Responsum Scabinorum Lipsiensium.*

1. IDem, qvod de Personis, Judici-
2. um est de Rebus Mobilibus. † Siqvidem nec ea æstimantur secundum Statuta illius loci, ubi sita sunt, vel ubi defunctus, de cujus hereditate qværitur, decesserit, sed in qvo Domicilium ha-
3. buit. † Censentur enim ea sub Jurisdictione esse Magistratus ejus loci, in qvo Paterfamilias ea perpetuò habet, aut se perpetuò habere velle disposuit & ordinavit. *l. Ex facto. 35. §. rerum. 3. ff. de Hered. Instit. l. Debitor. 32. in f. ff. de Pignor. l. Cajus. 86. in pr. ff. de Legat. 2. L. si fundus. 44. l. qvæsitum. 78. in pr. & §. ult. l. si ita legatum. 86. ff. de Legat. 3.* Omnia autem mobilia toti ejus familiæ retinendæ, necessaria ad domicilium destinata ab eo existimantur, nisi contrarium appareat *l. prædia. 27. §. 1. & seqq. ff. de Fund. instruct. vel instrum. legat.* † Unde dicitur, 4.
Mobilia ossib. defuncti inhærere, non per ossa ipsum hominem, sed domicilium intelligendo. *Coler. de Proceß. Execut. p. 1. cap. 3. n. 245. Jacob. Schult. p. 1. qvæst. 39. n. 54.* † Et si Domicilium certum non 5.
habeat, juxta Statuta loci originis æstimantur & in iis succeditur *Salycet. in l. 1. Cod. de Summa Trinit. & fid. Cathol. H. Pist. Observat. 55. num. 4. & 12. Dn. Carpz. p. 3. Constit. 12. def. 13. num. fin.* † Secus sese 6.
res habet in Bonis Immobilibus, ut & in annuis reditibus, aliisqve rebus, qvæ immobilium loco habentur. Ea enim Statutis illius loci ac Jurisdictioni obstringuntur, in cujus territorio sita sunt. † 7.
Siqvidem omnes soli res tantùm sub territorio ac Jurisdictione ejus sunt.

ſunt, in qvo jacent *l. 1. in fin. l. 2. & l. ult. C. Ubi. in rem act. l. un. C. Ubi de hered. agat. l. forma. 4. §. is verò*
8. *2. ff. de Cenſib.* † Etiamſi Dominus eorum alibi habeat domicilium *d. l. 2. pr. & d. l un. verb. Ubi autem Domicilium habet. Dn. Carpzov. d. Conſtit. 12. def. 12. num. 2. & ſeqq.*
9. † Statuta ergò res ipſas in territorio Statuenſium ſitas, & ratione illorum ligant etiam Non-Subditos & Forenſes *l. Reſcripta. in f. ff. de Muner. & honorib. l. an in totum. 3. C. de Ædific. privat. Tiraqv. de Primogenitura. q. 46. Cothmann. Reſp. 21. n. 121. & ſeq. Philipp.* Knipſchild/ *de Privil. Civitat. Imperial. lib. 2. c.*
10. *10. num. 70.* † Qvare etiam ſucceſſio immobilium fit ſecundùm Statuta loci, ubi ſita ſunt *Dd. in l. 1. Cod. de Summ. Trin. H. Piſt. Obſ. 55. n. 1. Joh.* Köppen *Deciſ. 31. num. 9. Dn. Carpzov. lib. 6. Reſp. 39. num. 14. & ſeqq. Dn.* Chriſtoph Philipp Richter *tr. de Succeſſ. ab inteſt. in*
11. *Proœm. n. 40.* † Et Collecta etiam à Forenſi ex bonis alibi, qvàm ubi habitat, ſitis, ceu onus reale bonis ipſis immobilib. inhærens, exſolvi debet *A. Gabriel. tit. de Jure Immun. lib. 6. Concl. 2 num. 1. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 14. n. 20. A. Gail. 2. Obſ. 22. Mynſing. cent. 5. Obſ. 22. Dn. Carpzov. d. Reſp. 39. num. 13. Dn.* Richter *Deciſ. 70. num.*

36. † Et qvia hac in re Collegia Electoratus Saxonici Juridica invicem diſſentire videbantur, nuper Sereniſſimus Elector *in Reſolutionibus gravaminum de Anno 1661.* ea, juxta præmiſſa, conciliavit *Deciſ. 54.* & in caſib. omnib. id ita obſervandum eſſe præcepit; hiſce verbis: 12.

Dieweil Rechtens/und in unſerm Appellation-Gerichte iederzeit darauf geſprochen/daß die Grund-Stücke oder immobilien nach des Orts/ darunter Sie gelegen/ Statuten uñ Herkommen in allen Fällen zu achten/ſo ſoll es auch hinfuro alſo gehalten/und Krafft dieſer unſerer Deciſion darnach verabſchiedet und geſprochen werden.

Atq; † ita jam dudum reſponderunt JCti Jenenſes *M. Julio. An. 1636.* ad conſultationem Thilonis und Chriſtophs von Seebach: Daß die auswertigen Perſonen wegen der erkaufften und in eurer Fluhr gelegnen Güter die Beſchwerung / ſo auf denenſelben an Steuer / Contribution und ſonſten hafften / zu tragen verbunden/ V. R. W. 13.

Nec non † Scabini Lipſienſes *M. Januar. Anno 1641.* ad conſultationem Ezechiel Eckarts Chur-Fürſtl. Sächſiſch. Baumeiſters zu Dreßden. 14.

Als ihr uns Extract der Dreßdniſchen Statuten b. e. f. zugeſchickt

v. e. d.

v. e. d. s. w. Jst euer Ehweib Barbara Anno 1637. in der alten Stadt Dreßden Todes verfahren / und hat ihre Geschwister an einem / und euch / als den überlebenden Ehemann andern Theils / samt etlicher Baarschafft und liegenden Gütern / nemlich einen Garten und etliche Scheffel Acker nach sich verlassen. Ob nun wohl in den Statuten des Raths daselbsten versehen / daß nach Absterben eines Weibes / nicht allein nach gemeinen Sachsen-Rechten alle Mobilien / sondern auch noch über dieses der dritte Theil von den unbeweglichen Gütern auf den überlebenden Ehemann fallen soll; Derowegen ihr euch / weil euer Eheweib in des Raths Weichbilde verstorben / ihr auch ein Bürger daselbst seyd / nach berührten Statuten mit dem Geschwister zu theilen / und nebenst den Mobilien auch des dritten Theils der unbeweglichen Güter anzumassen gemeinet: Dieweil aber dennoch bemeldte hinterlassene unbewegliche Güter nicht unter des Raths zu Dreßden Gerichten und Botmässigkeit / sondern zu Pirna gelegen / und demnach das Dreßdnische Statutum darauf nicht zu ziehen; Alldieweil Jnhalts der Rechte in Successions-Fällen der unbeweglichen Güter man sich nach den Rechten und Statuten des jenigen Orts / darunter Sie gelegen / einig und allein zu richten / N. m. i. des überschickten Extracts e. v. s. So habet ihr auch dannenher der Dreßdnischen Statuten euch nicht zu erfreuen; Sondern es bleiben eures Weibes unbewegliche Güter / Jnhalts gemeiner landüblichen Rechte / wofern zu Pirna kein ander Statutum oder Einführung verhanden / dero Geschwister alleine / und ihr lasset euch an den beweglichen Gütern billig begnügen / V. R. W.

ECLOG. VI.

Ex eod. §

Ultimæ voluntates & Contractus valent etiam extra territorium & qvoad bona, ubicunqve sita sunt.

SUMMARIA.

1. *Distinctio bonorum in mobilia & immobilia non pertinet ad ultimas voluntates.*
2. *Etiam ab extraneis factas.*

3. Testamentum, vigore consvetudinis coram duobus vel tribus Testibus validum, valet etiam ubi major numerus reqviritur.
4 Nemo partim testatus, partim intestatus, decedere potest.
5. Qvoad solennitates consvetudo loci attenditur.
6. Actus solennes secundùm legem loci essentiam sortiuntur.
7. In contractibus locus Contractûs spectatur.
8. Statuta cujusq; loci firmant vel infirmant Contractum qvoad solennia.
9. Regula, qvod Statuta non pertineant ad Forenses, in iis, qvæ voluntariæ Jurisdictionis sunt, non obtinet.
10. Sed saltem procedit in personalibus.
11. Duo Responsa Scabinorum Lipsiensium.

1. ACcuratâ illâ bonorum Distinctione, de qva hactenus, opus non est in erigendis Ultimis Voluntatibus. Siqvidem istæ juxta Statuta loci conditæ valent etiam extra Territorium, & qvoad bona alibi, ubicunqve sita, licet aliàs ibidem factæ valere non possent *l. 9. & ibi Sichard. C. de Testam. A. Gail. 2. Obs. 123. per tot. Bernhard. Grav. 2. Pract. Conclus. 123. Consid. 1.* Köppen *Decis. 45. n. 3. Mynsing. 5. Observ. 20.* Reinking *lib. 2. Class. 2. c. 10. n. 9. Joh. Harppr. ad §. Sed cum paulatim. 3. num. 33. & seqq. Instit. de Testam.*
2. *Ordin.* † Etiamsi ab Extraneo sive Forensi factum sit *Alexand. Consil. 44. n. 10. vol. 5. Gail. d. Observ. 123. n. 3. Philipp.* Knipschild/ *tr. de Jurib. & Privil. Civitat. Imperial. lib. 2. cap. 10. n. 87.*
3. † Unde Testamentum, qvod vigore Statuti vel Consvetudinis loci coram duobus vel tribus Testibus factum, validum est etiam alibi, ubi major Testium numerus reqviritur, adeò ut heres institutus in bonis ubicunqve, etiam extra territorium, sitis, succedere possit *Mynsing. d. loc. Gail. d. loc. n. 1. Dn. Carpz. p. 3. Constit. 6. Def. 12. num. 1. & 2.* † Ne qvis pro parte testatus 4.
& pro parte intestatus decedere cogatur, contra Juris dispositionem in *l. Jus nostr. 7. ff. de Reg. Jur. §. Hereditas. 5. vers. Neqve n. idem. Instit. de Hered. Instit. Joh. Harppr. d. l. n. 34.* Idq; vel eâ ratione, † qvod, 5.
qvoad solennitates consvetudo loci, in qvo actus celebratur, attenditur *l. si fundus. 6. ff. de Evictiou. l. semper in Stipulationib. 34. ff. de R. J. l. 1. ibid. Gloss. & Gothofred. C. de Emancip. liberor. l. 2. C. Qvemadmod. Testam. aper. Cephal. Consil. 170. n. 21. vol. 2.* † Idq; est, qvod 6.
vulgò dicitur: Actum solennem Judicialem vel extra judicialem sortiri essentiam secundùm legem loci,

loci, ubi fit, *per l. 1. C. de Emancipat. liberor. l. si non Speciali. & l. ult. C. de Testam. Philipp. Corn. lib. 2. Consil. 185. col. 6. Gail. d. Observ. 123. n. 3. Gozadin. Consil. 49. n. 14.*

7. † Proinde in Contractibus qvoqve locus contractus inspicitur; ut inde se extendat ad omnia bona, licet in loco bonorum major solennitas reqviratur *d. l si fundus. 6. ff. de Evictions. Johann. Harppr. d. loc. ibid. relati.*

8. † Qvoties enim Statutum principaliter habilitat vel inhabilitat Contractum seu Dispositionem, qvoad Solennitates semper attenditur locus, in qvo talis contractus seu Dispositio fuit celebrata, ac obligat etiam non-Subditum *l. si non speciali 9. C. de Testament. Gail. d. Obs. 123. num. 3.*

9. † Nec movet, qvod Statuta loci non pertineant ad Forenses; siqvidem id in his, qvæ sunt voluntariæ Jurisdictionis, non obtinet *Ferdin. Vasq. Controv. c. 3. n. 17. Gail. d. n. 3. Simon. Ulric. Pistor. in notat. ad Hartm. Pist. Obs. 25. lit. A. in fin. Dn. Carpz. d. def. 12. n. 6. & seqq. Dn.*

10. *Richter Decis. 12. n. 1.* † Deinde procedit illa Maxima solummodò in Personalibus, h. e. iis, qvæ solam Personam forensis concernunt: Secus verò qvoad habilitationem alicujus actus, ex qvo ultrò citròqve oritur Obligatio *Dn. Carpzov. lib. 5. Resp. 1. n. 20. & seqq.*

11. † Ita responderunt Scabini Lipsienses in causa Wolfgangi Zimmermanns zu Leipzig/ Mens. Novemb. Anno 1625. Es möchte dann der eingesetzte Erbe/ wie recht erweisen und darthun/ daß bey denen Stadt-Gerichten allhier über rechts verwährte Zeit ein anders / und sonderlich dieses hergebracht / daß wann einer Gerichts-Person und dem Actuario Judicii von denen Testatoribus die uffgerichtete Testamenta insinuirt werden/ solche vor kräfftig erkannt/ es auch iederzeit also unverbrüchlichen gehalten worden / dessen genösse er/ unangesehen der Testator ein Forensis gewesen/ uf solchen Fall billig. V. R. W. Nec non ad consultationem Marien Zeidlers zu Mühlberg/ Mens. Nov. An. 1625. &c. Ob ihr nun wohl bey schliessung des Contracts keinen Kriegischen Vormunden gehabt: Do aber dennoch/ euren eignen Bericht nach / an selbigem Ort / do der Contract geschlossen/ das Sächs. Recht nicht üblichen und in Observantz wäre / und demnach die Weibes-Personen bey Celebrirung dergleichen Handlungen und Contracte eines Curatoris nicht von nöthen hätten/ ꝛc. So hättet ihr euch auch mit eurem Einwenden nicht zu behelffen / sondern es wäre der Contract zu Recht beständig. V. R. W.

ECLOG. VII.

Ex §. constat autem. 3.

Scriptura ad Statuti vel legis essentiam non reqviritur.

SUMMARIA.

1. *Scripturam ad Legis essentiam pertinere, falsa qvorundam assertio.*
2. *A Notatione Nominis ad rei essentiam non infertur.*
3. *Exempla Legum non-Scriptarum.*
4. *Quomodo Leges aliter, qvàm Scripturâ, promulgari possint.*
5. *Jus Scriptum unde dicatur.*
6. *Scriptura non ad Legis esse, sed saltem ad melius esse, pertinet.*
7. *Probatur per verba Recessûs Imperii Wormat.*

1. SCripturam † ad Legis essentiam reqviri statuit *Bartol. in l. 2. n. 2. C. Qvæ sit long. consvet. Jason. in l. de qvib. 32. ff. de LL. Papa Decis. 9. §. 1. num. 2. Wesenb. in parat. ff. de LL. num. 5. Et in parat. Cod. eod. num. 5. Duaren. ad tit. de LL. cap. 11. latè Niell. Disput. feud. 1 concl. 2. in not. LIT. A. & alii.* Verùm negantium opi-
2. nio firmiori stat talo. † Nec enim ex eo, qvia Lex à legendo dicatur, qvicqvam solidi concluditur: Siqvidem à Notatione Nominis ad rei essentiam non statim infertur; Cùm & homo dicatur ab humo, nec tamen humus de Forma & Essentia hominis est. Imò multi legem non à legendo, sed ligando deducunt, qvod liget & obliget homines, & sic Lex etiam non-Scripta liget *Reink. de Regimin. Secul. lib. 2. Class. 2. c. 5. num. 46. & seq.* † Nonne & leges sunt in Scri- 3.
pturam non redactæ, ut olim Lacedæmoniorum, de qvo testatur hîc & in *§. & non 10.* Imperator noster; Leges nimirum ab ipsis latas non scribi, sed memoriâ custodiri solitas fuisse? Qvæ enim Spartanis Lycurgus sanxit, leges fuerunt. Ast, ut ait *Plutarchus in ejus vita:* Νόμυς γεγραμμένυς ὁ Λυκῦργος ὐκ ἔθηκεν, Leges Scriptas Lycurgus non posuit. Et mox: μία τῶν ῥητρῶν ἦν, μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγράφοις. Una ex Rhetris erat, non uti legibus Scriptis. *Bacchov. h.* Nec Consvetudines in Scripturam redactæ statim Leges fiunt. *Vultej. ad hunc §. num. 3. Anthon. Matth. ibid.* Qvinimò, anteqvam Scripturæ

Scripturæ & literarum reperta ratio, jus Scriptum tamen fuit, qvod cum ipsis cœpit Civitatibus *§. Singulorum 11. J. de Rer. Divis.* ibi: *Cum Civitates condi & Leges scribi cœperunt Fo[illegible]tul. Dial. 1. num. 11. & seqq.* Scil. [illegible]erarum inventio & usus civitatum origine fuit novior, *Alberic. Gentil. 3. lect. 2.* Ubi *ex Halicarnaß. lib. 2.* plerasqve LL. Romulum sine Scripto tulisse, & Rotam qvoqve Romanam ita decidisse, absqve Scriptura videlicet Legem constare, refert *Oswald. Hillig. in Donell. enucl. lib. 1. cap. 8.*
4. *lit. B.* † Leges namqve aliter qvoq; qvàm per Scripturam innotescere posse, puta per vocem Præconis, qvis negabit? *Henr.* Hahn *ad Wesenb. in parat. lib. 1. tit. 3. n. 6. pag. 73. in part. 1* An Legibus non obligabuntur, qvi literas nesciunt? Et certè in Republ. Romana, ut primum lex rogata erat: Velitis, jubeatis, Qvirites, &c. Et populus in hæc verba censuisset: Uti Rogas &c. Lex erat, etiam anteqvam in tabulis perscripta esset. Et populus utiqve, qvi legem sanxerat, legem sciebat; ac ita, anteqvam scriberetur, lege tenebantur, qvoscunq; ea concernebat *arg. §. nostr. ibid. Bacchov. n. 5.*

5. Dicitur verò jus Scriptum, † non qvod de Legis Essentia sit Scriptura, aut ad eam substantiandam pertineat, sed qvia confert ad probationem legis & expeditiorem cognitionem *Porcius h. Bacchov. h. num. 3.* Et qvod inde apud Romanos communiter scribi solebat. *arg. d. §. 10. h.* Non enim diffitemur, † Scripturam in Lege 6. & Statuto, licet non simpliciter qvoad esse, tamen qvoad melius esse pertinere, ut eò melius in hominum notitiam deveniat, & salubrius adversus inobedientes allegari possit *l. 2. §. ne postea diutius. 4. ibi: Ut possint leges apertius percipi ff. de Orig. Jur. cap. 1. de Renunt. in 6. Reink. d. cap. 5. n. 39. & seqq. Hier. Treutl. vol. 1. Disp. 1. th. 5. Lit. B. ibid. Hunn. in Resolut. Qvæst. 32. Philipp.* Knipschild *de Privil. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 10. num. 86.* Ne ignorantiâ fortè qvis se excusare qveat: Præsertim, cùm hominis memoriam labilem esse constet *§. Si qvid autem. 14. In Præfat. de Confirm. Digestor. l. si arbiter. 28 ff. de probat. l. peregrè. 44 in pr. ff. de Adqvir. vel amitt. possess. l. 2. Si qvid autem. 14. C. de Vet jur. enucl. l. hac consultissima. 8. §. At cum humana fragilitas C. Qvi testam. fac. poss. Joh. Harppr. h. t. ad §. Sed & qvod Principi. 6. n. 40.*

† Et hanc necessitatem agnovit 7. qvoq; Romanorum Imperator in publicanda Ordinatione Cameræ per Reichs-Abschied zu Worms *de*

C *Anno*

Anno 1521. §. Es sollen auch unsere Stadthalter ꝛc. Unser Ordnung und Declaration außzusuchen/zu rubriciren und drucken zu lassen / Versehung thun/ damit man des wissend/ und sich ein ieder deste baß darnach zu richten habe: Auch Irrung und Versáumnüß / so bey mániglich auß Unwissenheit erwachsen, fürkommen werde. ꝛc.

ECLOG. VIII.

Ex §. Sed & quod Principi. 6.

Hodiè in Imperio Romano-Germanico legem Universalem Jure Superioritatis & vi universalis Jurisdictionis condit Imperator, cum consensu tamen & Principum Electorum atque reliquorum Imperii Statuum.

SUMMARIA.

1. *Olim solus Princeps, in quem omnis potestas translata, Leges Universales ferebat & interpretabatur.*
2. *Nostris Moribus requiritur etiam Consensus Ordinum.*
3. *Quod & Priscis Imperatoribus aequum visum, & nostrae Nationis Germanicae praecipuum privilegium est.*
4. *Unde illae Leges Recessus Imperii dicuntur.*
5. *Et vim Contractûs obtinent.*
6. *Hinc solennis Recessuum Clausula.*
7. *Verba Ordinationis Camerae.*

1\. OLim & de Jure Justinianeo *solus Princeps* Leges potuit ferre & interpretari, atq; Constitutiones publicas facere. Quippe in quem omnis potestas translata erat, ita ut eam solus per se exercere posset *per text. h. & l. 1. ff. de Constit. Princip. l. Tanta. 2. §. Sed quia. 18. & 21. in fin. C. de Vet. jur. enucl. l. 1. & l. fin. C. de LL. l. si quando. C. de Inoffic. Testam. l. & ideò. 11. ff. de LL. Cluten. Syllog. Rer. quotidian. Concl. 21 lit. A. Lancell. in Templ. omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 4. Besold. de Jure Majest. Sect. 3. cap. 2. num. 1. Matth. Stephan. de Jurisdict. lib. 2. p. 1. cap. 2. num. 66.*

Nostris moribus haec potestas centro quodam circumscripta est, *Joachim.*

Joachim. Clut. in Syllog. rer. qvotid. Concl. 21. †Et de Forma substantiali Legis Publicæ condendæ reqviritur consensus tùm Cæsaris tùm omnium Imperii Ordinum mutuus, *Tob. Paurmeist. lib. 2 de Jurisdict. Imper. c. 2. n 84 Treutl. vol. Disp. 1. th. 5. lit. E. Joh. Harppr. ad h. §. n. n. 21. & seq.* † Qvod etiam antiqvis Imperatoribus æqvum visum fuerat, nimirum, si qvid in publica privataq; causâ emerserit necessarium, qvod formam generalem exposcat, id ab omnibus anteà Proceribus tractari, & tùm demum, si universis placuerit, legem dictari, *in l. Humanum esse. 8. C. de LL.* Hocqve præsertim apud nos Germanos, ceu singulare privilegium nostræ Nationis, gloriosè deprædicatur, uti apparet ex verbis, qvæ scripsit ad Imperatorē Maximilianum II. *Lazarus* von Schwenden / *in Consilio:* Von Regirung des Römischen Reichs und Freystellung der Religion. *pag 122.* Qvæ recenset *Dn. Benedictus Carpzov. Tract. de L. Regia. cap. 3. Sect. 1. n. 13.* ita sonantia: Darneben haben die Teutschen je und allewege unter ihren Käysern ihre alte Teutsche Freyheit herbracht und erhalten/ daß Sie ihnen nicht eingreiffen können. Besonderlich ist das Käyserliche Regiment also angestellet gewesen/ daß es männiglichen bey seinen Freyheiten/ Rechten und Herkommen bleiben lassen/ schützen und handhaben/ und in vorfallenden wichtigen Sachen mit Vorwissen und Zuthun der Chur-Fürsten und gemeinen Stände handeln und schliessen solle. *Cluten. d. Concl. 21. Lit. B. Matth. Stephan. d memb. 2. num. 10. Reink. de Regim. Secul. lib. 1. Class. 5. cap. 6. num. 102. Coler. de Jur. Imper. Sect. 18. Henr. Hahn. ad Wesenb. parat. lib. 1. tit. 3. num. 3. vers. Hodiè pag. 68.* †Ex qvo etiam ejusmodi leges 4. in Comitiis conditæ dicuntur Recessus Imperii, Reichs-Abschiede, *Matth. Stephan. d. l. n. 11. Cluten. d. l.* † Et vim contractus obti- 5. nent. *Philipp.* Knipschild *de Privileg. Civitat. Imperial. lib 2. cap. 4. n. 53.* † Hinc & solenne est, singu- 6. lis ferè capitib. qvæ in Comitiis Imperialibus in deliberationem proposita sunt, hanc Clausulam adjici: Qvod inter Cæsarem & Ordines ultrò citròqve ita fuerit conventum; Uti Recessus Imperii luculenter ostendunt. Præjudicii † ac Exempli loco sit Ordi- 7. natio Cameræ Imperialis *in Comitiis Anno 1555. condita, ubi, post pr. §.* So haben wir doch ꝛc. habetur:

Wir (König Ferdinandus I.) haben in hochgedachter Röm. Käyserl. Majest. unsers lieben Brudern und Herrn / Uns gegebener Vollmacht

uñ Heimstellung/auch vor uns selbst/ als Röm. König/auf dem zu Passau am 16. Julii nechst verschienen 1552. Jahres aufgerichteten Vertrag / auch allhier auf diesem unserm Reichs-Tage aufgerichteten/verglichenen und verabschiedeten Frieden in Religion/ Weltlichen und andern Sachen / Handhabung und Execution desselben / itzt angeregte letzte erneuerte und gebesserte Ordnung / samt der Chur-Fürsten Räthen / erscheinenden Fürsten / Ständen und der abwesenden Bottschaften und Gesandten wiederum ersehen / und etlicher Enderungen halber / auch diese Ordnung derowegen wiederum von neuem also zu publiciren / und mit ihnen / und Sie wiederum mit uns vereinigt und verglichen rc. Et sub finem: Solches alles und iedes/ so beschrieben stehet / haben wir König Ferdinand/in Kraft hochgedachter Röm. Käyserl. Maj. Unsers lieben Bruders und Herren/Uns gegebener Vollmacht und Heimstellung / an Ihrer Liebd. und Kayserl. Maj. statt / auch vor uns selbst als Röm. König / uns mit der Chur-Fürsten Räthe / erscheinenden Fürsten und Ständen/ und der abwesenden Botschafften und Gesandten/ und sie sich hinwiederum mit uns also zu halten/ und zu vollziehen/vereiniget und verglichen / rc.

ECLOG. IX.

Ex eod. §.

Specialem & localem legem cæteri inferiores Principes & Status Imperii in suis Electoralibus territoriis & Provinciis, cum consensu Primariorum Ordinum & Civitatum, promulgant.

SUMMARIA.

1. *Leges particulares quid sint.*
2. *Jus Provinciales Leges condendi quibus competat.*
3. *Concessum etiam est Nobilibus.*
4. *Et liberis Civitatibus Imperii.*
5. *Secundùm Leges Provinciales etiam in Camerâ pronunciandum.*
6. *Leges provinciales in Conventibus provincialibus fiunt.*

7. *Unde*

7. *Unde illarum Legum solennes clausula.*
8. *Verba Fundationis Supremæ Curiæ.*

1. LEges *Particulares* sunt, qvæ oriuntur ex *Decretis particularibus* certorum locorum, qvæ *Jus Statutarium Provinciale*, vulgò Landrecht / *vel Municipale*, vulgò Stadtrecht / item Weichbild / & utrumqve generali vocabulo, Willkühr appellantur: De qvo in Weichbild & Landrecht & Lehnrecht nostro Saxonico plenissimè tractatur. *Matth. Coler. de Proceß. Execut. lib. 1. cap. 3. n. 1. & seqq. Hier. Treutl. vol. 1. Disp. 1. th. 10. lit. A.*

5\. † Ejus fermè generis etiam sunt *Tuguriola* Nobilium in pagis inhabitantes, die Häusler/Lohn-oder Erb-Drescher. Postqvam enim hujusmodi inqvilinus hunc in finem à Domino suo in Tuguriolum recipitur, qvô sibi operas ad culturam agrorum & triturandum frumenta certâ mercede locaret, constat hinc, mutuam inter Dominum & Inqvilinum Obligationem intercessisse, cui invitâ alterâ parte nemo se subtrahere potest, *l. sicut 5. C. de O. & A. Dn. Carpz. Decis. illust. 290. n. 7. & seqq. text. in c. indicatum est 3. X. de Immun Ecclesiar. l. 3. C. de Fund. Patrimon.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Qvæstoris Freiburgici M. Sept. Anno 1649. Hat sich kurtz vor der Erndte J. B. zu W. unter Herr G. von N. Gerichten gelegen/von dar hinweg/und in Euer anbefohlnes Amtsdorff N. begeben/ daselbst niedergelassen/ und ein Häuslein erkaufft / darauf wohlgedachter G à N. an euch begehret/bemelten B. weil er heimlich und ohne Kundschaft auß seinen Gerichten gezogen/ in Arest zu nehmen/und Ihme abfolgen zu lassen. Ob Er nun wohl in der von N. Gerichten im Dorffe W. keine Güter/ sondern nur ein Häuslein gehabt / auch mit keinem Lohn oder Zinsen ihme verhaftet gewesen/ sondern nur ums Lohn gearbeitet/ über dieß der von N. ihn gütlich nicht abziehen lassen wollen/auch hiebevor in dergleichen Fall die Amts-Unterthanen in seinen Gerichten aufgenommen. Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet/ daß J. B. ein Lohn-Arbeiter gewesen / Er auch deme von N. wegen des Häusleins / so Er besessen / die Dienste/zumal bey der Erndte-Zeit/ leisten müssen/ und gleichwohl ohne Vorwissen der Gerichts-Herren hinweg gezogen/welches er zu thun nicht befuget / noch Herr G. von N. so schlechter Dinge/weil er bey domahliger Zeit / do das Getreidig theuer/ und Er ein zimliches selbst verdienen können/bey itziger wohlfeilen Zeit ihn loßzulassen schuldig gewesen/ihr auch Euch selbsten zuzumessen / daß Ihr die Amts-Unterthanen/ so hinweg zu Ihme gegangen / nicht wiederum gebührlich abgefodert / rc. So mag diesem nach J. B. deme von N. nicht vorenthalten werden / sondern Er wird ihme billig geliefert/und/ wann derselbe / daß er zur Ungebühr angehalten würde/ sich zu beschweren / ist bey der hohen Obrigkeit/ und an gebührendem Orte ihme solches zu suchen / wie auch Euch in dergleichen Fall die Amts-Unterthanen wieder zu fordern/und dergleichen Recht zu gebrauchen/ unbenommen / V. R. W.

ECLOG. XXXIX.

Ex d. Tit. V. §. Multis autem modis. 1.

Proprii homines manumiſſi inſtrumentô deſuper confectô libertatem oſtendere tenentur.

SUMMARIA.

1. *Homines proprii ad exemplum ſervorum manumittuntur.*
2. *Et liberi fiunt vel ob nimiam Dominorum ſævitiam.*
3. *Vel pactô aut transactione.*
4. *Vel tacitâ Domini remiſſione.*
5. *Vel manumiſſione Domini.*
6. *Aut Imperatoris.*
7. *Homines proprii ante libertatem dignitatum incapaces ſunt, nec Civium numero habentur.*
8. *Nec manumiſſi cenſentur, niſi id Inſtrumentis manumiſſionis probent.*
9. *Ne Civitas ſervilibus hominibus impleatur.*
10. *Unde aliqvem liberum natum eſſe Teſtimoniis natalitiis ſolet inſeri.*
11. *Formula inſtrumentorum manumiſſionis.*

1. QVemadmodum † Servi de Jure Civili variis modis liberi fiunt, ita qvoqve Homines proprii in libertatem aſſeruntur diverſâ ratione, *l. is qvi. ff de V. O. ibiq; Zaſius,* qvi *n. 4. & 5.* Legem iſtam in Hominibus Propriis hodiè multùm
2. utile eſſe ait. † Ecce enim ſi nimium ſæviant in eos Domini, tunc ab eorum poteſtate eximi poſſunt ut pluribus probabimus inf. *ECL.*
3. *XLIII. h. lib. 1.* † Præterea, ſicut omnia Servitutis incommoda, ita etiam Servitus interimitur Propriorum Hominum vel pactione vel transactione, *Goldaſt. Rer. Alemannic. tom. 2. fol. 35. & ſeq. & tom. 3. fol. 75. & ſeqq. Joh. Jacob. Speidel. in not. ad Beſold. Theſaur. verb.* Leibeigen-Leute; Ut & † tacitâ Domini remiſſione, qvod fit vel Præ- 4.
ſcriptione libertatis, qvando ſcil. per XX. aut plurium annorum curricula, Dominô præſente & patiente, ſe pro liberis geſſerint, nullaqve Servitia præſtiterint, *text in l. 2. C. de Præſcript. long. temp.*

quæ pro libert. Et oblatâ licet occasione utendi Servitii interpellati id præstare denegaverint, *per text. in l. hæc autem. 6. ff. de Servit. præd. urb.m.* Köppen / *p. 2. Illustr. Decis. q. 12. Job. Herman.* Stamm *d. loc. n. 6. & seq.* vel adeptâ Dignitate, si videlicet HomoProprius ad Doctoralem, Notariatus, vel aliam Dignitatem, cujus aliàs incapax est, evehatur; Exemplo Liberti, *l. interdum. 34. ff. de Oper. libert. l. fin. C. de Agric. & cens. & Nov. 22. cap. 11.* Tunc namqve Dominus tacitè cum ipso dispensasse putatur, *l. idem Ulpianus. §. 1. ff. de Excusat. tutor. Gl. & Dd. ad l. fin. C. si cent. jus vel util. publ. Sichard. in pr. n. 17. C. de Oper. libert.* Stamm *d. loc. n. 12.*

5. Tandem † solvitur & hæc Dominica Potestas *Manumissione*, h. e. remissione tàm inter vivos factâ, qvàm in ultima voluntate Domini hæredi mandatâ, *Bald. in l. 2. C. de Oper. libert.* Stamm. *d. lib. 3. cap. 37. num. 4. & seqq.* Imò

6. † nonnunqvam alius Domini Homines proprios manumittit; etiam Imperator de plenitudine potestatis. *Zas. in l. de unoqvoq;. num. 12. ff. de Re Judic.* Stamm *d. loc. num. 6.* Qvam Potestatem *Manumittendi* gloriosissimus Imperator Ferdinandus III. mihi communicavit in Comitivæ meæ Privilegio, hisce Verbis:

Ulterius tibi antenominato Johanni Philippi damus & concedimus amplam potestatem & facultatem, qvâ possis & valeas Tutores atqve Curatores confirmare, dare & constituere, ipsosqve caussis legitimis subsistentibus amovere, Filios etiam adoptare & arrogare, eosqve adoptivos & arrogatos facere, constituere & ordinare, nec non filios legitimatos sive legitimandos adoptivosqve & adoptandos in qvâvis ætate constitutos emancipare ac patriâ potestate liberare, adoptionibusqve & emancipationibus qvibuscunqve omnium & singulorum Infantium atqve Adolescentium consentire, Veniam ætatis supplicantibus concedere, autoritatemqve & Decretum in omnibus interponere: Servos qvoqve manumittere, & manumissionibus qvibuscunq;, cum, vel sine vindictâ, & minorum alienationibus, alimentorumqve transactionibus autoritatem pariter & Decretum interponere.

† Necessarium autem est, ut ita Manumissi homines Proprii Literas Dimissorias à manumittentibus accipiant. Uti enim Honorum & Dignitatum sunt incapaces, nisi libertatem acceperint, 7.
A. Gail.

A. Gail. de Arest. Imper. cap. 18. n. 19. Mejer. Colleg. Argentorat. lib. 1. tit. 5. num. 18. Stamm *de Servitut. Person. lib. 3. c. 20. num. 4.* Imò in Civium numerum non admittuntur, *Gumpelzhaim. de Civitat. apud Arum. tom. 2. Discurs. 9. concl. 57.* Lindenspür *ad Jus Wirtemberg. tit.* von Bürger-Recht. *n. 3 Wolffgang Jacob* Sattler *Differt. Inaug. de Jure Universit. Concl. 3. lit. C. Bruning. de Var. Universit. Specieb. Concl. 40. Lit. B.* Quod maximè in Civitatibus Imperialibus obtinet, Stamm *d. cap 20. n. 3. Mejer. d. loc. Lehman. Chron. Spirens. lib. 2. cap. 20. Klock.*
8 *Consil. 29. n. 1024. & seq.* † Ita ne manumissi quidem aliter admittuntur, quàm si per Literas Testimoniales, sive *Instrumenta Manumissionis*, quæ ab Italico verbo, Affrancare, Affrancamenta appellantur: Laß- vel Loß-Briefe / seu Mannrecht / (Servus enim non vocatur Mann) de Manumissione facta & libertate consecutâ docuerint, *Bruning. d. Conclus. 40. lit. B.* Stamm *d. n. 3. Wehner. verb.* Mannrecht. *Hering. de Fidejuss. cap. 5. n. 333. & cap. 7. n. 317. & seqq. Besold. Thesaur. Pract. verb.* Bürger / & *verb.* Laß-Briefe. Ne scil. Civitas malis & servilibus hominibus im-
9 pleatur, Lindenspür *d. loc.* Unde Lehmann in der Speyrischen Chronick *p. 2. c. 20. fol. 101. §.* ferner ist 2c. Ita scribit: Es ist zu vermuthen/daß oft die Städte uñ Obrigkeiten durch leibeigne ansehnliche Leute müssen hintergangen worden seyn/als wenn Sie frey wären/weil man in folgenden Zeiten solchem Betrug mit diesem Mittel begegnet/ daß ein ieder/ so zu Bürgern wolten in Städten aufgenommen werden/ mit Brieflichem Schein/so man **Mannrecht** nennet / müssen darthun / daß Sie
niemands eigen seyn. †Inde quoque 10
in multis Imperii locis Literis de Legitima Nativitate testantibus (den Geburts-Briefen) hujusmodi verba inseri solent: Daß N. instehender Ehe auß einem untadelhaften Ehebette recht/ echt und ehrlich/ Teutscher Nation und redlichen Herkommens / auch **niemanden mit einiger Leibeigenschaft verbunden noch verpflichtet** / erzeuget und gebohren / 2c.

Formulam † hujusmodi Instru- 11
menti Manumissorii tradit *Speculator. lib. 4. p. 1. tit. de Serv. non Ordinand. num. 10.* hisce verbis: Ego N. purè, liberè & absolutè affranco, libero & absolvo Te P. & tuos liberos, seu liberos præsentes & futuros in perpetuum ab omni Jugo Manensiæ, Colonariæ, Censitæ, Adscriptitiæ, & cujuslibet alterius conditionis: Et

ab omni Servitiorum, Usuum, vel Abusuum, Angariarum & Perangariarum præstatione: Ut deinceps Tu & tui Liberi sitis liberi & absoluti cum omnibus bonis vestris præsentib. & futuris, habentes licentiam standi, eundi, contrahendi, Judicio sistendi, & alienandi, & omnia faciendi, qvæ aliqvis liber homo nulli obligationi vel conditioni suppositus, facere potest. Qvod ideò feci; qvia tantum de bonis tuis mihi dedisti. Unde renuntio exceptioni non datæ rei, & exceptioni doli, & exceptioni, qvæ competit ultra dimidium, vel minus dimidiâ, re ipsâ vel dolô deceptis, promittens dolum malum abesse abfuturumqve esse. Qvæ omnia supra scripta promitto attendere, &c.

Seqvens Formula habetur in qvodam antiqvo Formulari Germanico ex cancellaria Moguntinensi deprompto, Processui Practicæ Chiliani Königs Anno 1550. typis expressæ apposito:

Uhrkund / so ein Leib-Herr gibt einem seiner Leibeignen / den er der Leibeigenschaft halber ledig geben hat.

Ich Anthonius von N. bekenne öffentlich/mit diesem Brief/für mich und alle meine Erben/daß Philipps N. mein Leibs-Angehöriger/bey mir erschienen ist / und angezeiget etliche fürgestandne Ursachen: Derhalben ihme von Nöthen / sich seiner Leibeigenschaft gegen mir ledig zu machen. Mich darauf demüthiges Fleißes gebeten/ihme solch sein fürgestanden Glück und Nutzen gutwilligen zu gönnen / daran nicht zu verhindern / und Ihn solcher Leibeigenschaft und Verwandnüß ledig zu geben: Demselben nach / habe ich ihn/ auß erzehlten Ursachen/solcher seiner Verwandnüß / darmit Er mir der Leibeigenschaft halber zugethan und verwand gewest/ ledig geben / und an seinem fürgestandenen Nutze nicht verhindern wollen. Sage ihn hierauf solcher Verwandnüß der Leibeigenschaft frey / ledig und loß / für mich und alle meine Erben / gönne und erlaube ihm hinwieder / ein iede andre Herrschaft / und in ein iegliche Stadt und Flecken zu ziehen/daselbst zu seyn und zu wohnen / wo ihme geliebt/ auch Nutz und gelegen ist / soll an solchem durch mich und meine Erben nicht gehindert oder geirret seyn / noch werden / ihm zumahln kein Weiß / und alles in Kraft diß Briefs. Zu Uhrkund / hab ich mein Insiegel zu End dieser Schrift gedruckt. Der geben ist Donnerstags nach Sanct Veits-Tag / im funffzehenhundersten und vier und zwanzigsten Jahr / rc.

Alium

Alium, cujus generis hodiè freqventantur in Pomerania, libellum Dimissorium ex actis fide dignis subjicere libet, ita sonantem:

Jch Stephan von Dewitz uf Dabor und Hoffelde Erbgesessen/ bekenne hiemit und in Kraft dieses Briefes öffentlich/ und thue kund Allermänniglich/ daß heute dato gegenwärtiger Briefes-Zeiger Joachim Düsterbecke mein Unterthaner auß dem Dorffe Voigtshagen bürtig/ vor mich erschienen/ und in Unterthänigkeit angezeiget/ wie daß Er gemeinet wäre/ seiner guten Gelegenheit nach/ und zu Erlangung erbarer Nahrung an andere Oerter sich zu begeben/ und ihn dannenhero nicht allein seiner schuldigen Leibeigenschaft/ womit Er mir als seiner/ nechst GOtt/ ordentlicher Obrigkeit verwandt/ gegen gebührliche Vergleichung/ zu erlassen: Besondern auch darzu/ daß Er seines Gefallen nach sich an Orten und Enden setzen und niederlassen möchte/ ohne einigen fernern Anspruch zu gestatten/ und Kraft dessen/ unter meiner Hand und Petschaft einen gewöhnlichen und gebräuchlichen Loßzehlungs-Brief/ so wohl seines ehrlichen Herkommens wahre Gezeugnüß und Kundschaft/ günstiglich mitzutheilen; Welchem seinem Suchen und Begehren ich denn Raum und statt gegeben/ wil ihme auch seine Besserung gerne gönnen: Derowegen ich Jhn vor seine Person/ Kraft dieses Briefes/ Obrigkeit halber/ in der beständigen Form/ wie solches immer geschehen kan oder mag/ seiner Leibeigenschaft/ so Er Zeit seines Lebens mir und meinen Erben und Nachkommen hätte thun/ leisten sollen und müssen/ gantz und gar qvitt/ ledig und loß gezehlet und gegeben haben wil/ mit der außdrücklichen Concession, daß er sich seiner Nahrung halber hinwenden und niederlassen/ auch thun und lassen möge/ was Er wil. Seiner Geburt wegen/ gebe ich ihme diß Gezeugnüß/ allermassen auch die Gerichte obgemelten Dorffes Voigthagen thun/ daß Er von seinem Vater Peter Düsterbecken/ und desselben Hausfrauen/ Annen Stegen/ seiner eheleiblichen Mutter zu Voigshagen/ im Kriege/ auß einem rechten unbefleckten Ehe-Bette/ Christlicher Ordnung nach/ echt und recht gezeuget und gebohren/ daß alse solch Gezeugnüß/ dessen Er sich Zeit der Noth wohl zu gebrauchen hat/ mitgetheilet werden mag: Gelanget hierauf an einen ieden/ was Dignität/ Standes und Condition der oder Sie seyn/ so mit diesem Briefe ersuchet werden/ ihn sehen oder hören lesen/ mein gantz dienstlich- und

freundliches Bitten / Sie wollen mehrgedachten Joachim Düsterbecken / um meinet willen / auch seines eigenen Verhaltens willen/alle gute Beföderung und guten Willen beweisen / obgesagtem allen auch wahren Statt und Glauben geben. Das bin ich um einen iedwedern / Standes-Gebühr nach / freundwillig zu verschulden/hiemit verobligiret. Urkundlich habe ich diesen Loßzehlungs-Brief mit eignen Händen unterschrieben/und mit meinem angebohrnen Pitschafft besiegelt. Datum Hoffelde den zehenden Februarii, Anno 1643.

Stephan von Sewitz.

(L. S.)

ECLOG. XL.

Ex Tit. Qvi & ex qvib. caus. manumit. VI. §. Licet autem. 1. vers. Valdè enim prospiciendum.

Debitore non solvendo existente sive vivô sive mortuô, Curator bonis aut hereditati ejus datur, cujus nomine bona vendantur, & Creditoribus, qvoad Facultates patiuntur, satisfiat.

SUMMARIA.

1. *Creditoris non solvendo existentis bonis Curator datur.*
2. *Curator bonis vel privatâ Creditorum, vel publicâ Magistratûs autoritate constituitur.*
3. *Subhastatio inventa fuit, ut aequum rerum pretium inveniatur.*

Accidit

1. ACcidit † non rarò, præsertim hoc exulceratissimô seculô, ut homines, non tantùm luxuriosè vivendo & bona sua dilapidando, sed & fortunæ vitiô in eam calamitatem incidant, ut non solvendo fiant, *Petr. Heig. p. 1. q. 35. num. 44. & seqq. Caspar Manzius in Patrocin. Debitor. Decad. 1. q. 9. princ.* Propterea si vel bonis cedat Debitor obæratus, vel eô mortuô nemo illi heres existat, Curator bonis dari solet, qvi ea administret, vendat, ac Creditoribus vel de Fructibus vel de pretio eorum pro rata satisfaciat, *l. fin. de Curat. bon. dand. & Wesenb. ibid. n. 2. Nec non Henr. Hahn ad Wesenb ibid. in notat. pag. 598. in part. 2.* actionesqve exerceat, *l. 2. §. 1. ff. eod. Coler. de Process▪ Exec. p. 1. c. 6. n. 123. Montan. tr. de Tutel. c. 28. n. 68. Matth. Bruno q. 18. princ. Tract. de Cess. bo-*
2. *nor. n. 10.* † Idqve fit vel privatâ Creditorum voluntate, vel autoritate Magistratus, si convenire non possint, vel nemo id onus subire velit, *d. l. fin. de Curat. bon. dand. & Wesenb. ibid. Dn. Carpz. p.*
3. *1. c. 28. d. 8. n. 2 & seq.* † Atq; eum in finem bona Debitoris sub hastam curet, ne iste aliàs ex taxatione viliori lædatur, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. d. 3. n. 7.* Sed justum & æqvum pretium, qvod scil. qvivis extraneus fuerit licitatus, inveniatur, *Coler. d. tr. p. 3. c. 9. n. 108. Dn. Carpzov. p. 1. constit. 32. def. 35.* Ita Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Prætorii ibidem responderunt M. Martio Anno 1659.

A. e. a. v. q. f. f. w. Ist es an Hansen Jacob Kleines Schuld-Sachen gehaltener Commission so weit kommen / daß auf der Gläubigere Ansuchen / sein Haus in der Heustrassen einmal generaliter öffentlich subhastiret/ auch/ wie sich hernach bey Euch ein Licitator angegeben/ so ein gewiß Kauffgeld darauf gesetzet/ mit solchem pretio anderweit zweymahl/ benantlich am 6. und 20. Novembr. verwichenen 1658sten Jahres außgeruffen worden. Inzwischen hat sich gedachter Klein an Ih. Churfürstl. Durchl. unsern Gnädigsten Herrn / supplicando gewendet / sich dessen beschwehret/ und endlich ein gnädigst Rescript de dato Dreßden am 24. Novembr. ernandten Jahres/ dieses Inhalts erhoben:

Daß die Commissarii den geforderten Bericht unverlengt einsenden/ selbigen auch/ was es um ietziges Anziehen vor gründliche Beschaffenheit habe/ mit einverleiben/ und inmittelst mit der Subhastation, biß auf Ihr. Chur-Fürstliche Durchl. fernere Resolution in Ruhe stehen sollen / ꝛc.

Welches

Welches dann auch also erfolget. Wie nun der begehrte unterthänigste Bericht gehorsamst eingesendet worden/so ist die gnädigste Resolution de dato Dreßden den 18. Januarii dieses instehenden 1659sten Jahres einkommen:

Im Fall nun die Creditores nicht dahin zu behandeln / daß Sie den Debitorn länger im Hause dulden / noch das Haus um den vorigen Tax annehmen wollen/ so lassen wir es bey der angesetzten Exmission, wie auch beschehenen Subhastation allerdings bewenden.

Und wollen nunmehr die Creditorn den Schuldner nicht länger im Hause dulden / haben auch um die Subhastation desselben inständig angesuchet ꝛc. So wird solch Haus mit oberwehnten licitatoris Gebot von neuem gebührlichen / und zu dreyen mahlen von 14. Tagen zu 14. Tagen nacheinander außgeruffen / V. R. W.

Et porrò Mense Jul. seq.

Auf übergebne Liqvidationen / producirte Uhrkunden / derer erfolgte Recognition und fernere Gesetze in Schuld uñ priorität-Sachen Hansen Jacob Kleins Gläubiger Kläger an einem / über dessen Vermögen verordneten Curatorem litis Beklagten andern Theils/Erkennen wir Richter und Beysitzer des Stadt-Gerichts zu Leipzig / uf gehabten Rath der Rechts-Gelehrten / vor Recht/daß der Schuldner gedachtes sein Vermögen/vermittels eines Cörperlichen Eydes / auf vorhergehende ernstliche Verwarnũg vor der schweren Strafe des Meineydes/zu eröffnen schuldig. Und weil die Creditorn ihre Forderungen liqvidiret/Curator die vorgelegten Documenta recognosciret, und was Er einem oder dem andern geständig oder nicht / geantwortet/die Gläubigere auch über der priorität/gegen einander verfahren/so werden Sie in folgender Ordnung befriediget ꝛc.

ECLOG. XLI.

Ex d. §. 1. verſ. Valdè enim.

Debitor vitiò Fortunæ haut solvendo existens infamis non fit, nec ob id ab officio publico removendus est.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Debitor, cujus bona sub hastâ publicè venduntur, fit infamis.*
2. *Imò & ejus conjunctis ignominiosum hoc est.*
3. *Et ejus Servus, heres necessarius scriptus, cum patrimonio infamiam defuncti conseqvitur.*
4. *Debitor decoctor non solvendo existens etiam de Jure Sax. infamiam incurrit.*
5. *Et gestatione pilei flavi punitur.*
6. *Debitores per fortunam ad inopiam redacti infames non fiunt, nec ab officio removentur.*
7. *Iniqvum est fortunæ telis vexatos puniri.*
8. *Privatio officii pœnæ genus est.*
9. *Nemo ab officio suspendendus, nisi qvi graviter in officio deliqvit.*

1. NUllum † dubium est, Debitorem non solvendo existentem infamiâ notari: qvod vel ex *h. n. text.* luculenter apparet. Ita enim olim obtinebat, ut bona ejus, qvi solvendo non esset, sive viventis sive defuncti publicè sub hasta proscriberentur & distraherentur. Qvàm ignominiosum autem veteres duxerint, si bona debitoris sub voce Præconis veneant, *Cicero in Orat. pro Publ. Qvint.* demonstrat. Herclè, inqvit, cujus bona ex Edicto possidentur, hujus omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur. Huic ne perire qvidem certè tacitè obscureqve conceditur, cui Magistri fiunt, & Domini constituuntur, qvi qvâ lege & qvâ conditione pereat, pronuntient. De qvo homine Præconis vox prædicat, & pretium conficit, huic acerbissimum vivo videnti funus ducitur; Si funus id habendum sit, qvo non amici conveniunt ad exeqvias cohonestandas, sed bonorum emtores, ut carnifices, ad reliqvias vitæ lacerandas & distribuendas: Hactenus Cicero. † Cum igitur hac ratione fama & Debitoris & Conjunctorum suggilletur, 2. unde *in l. Paterfam. 28. vers. Qvod Prætor. De reb. autor. jud. possid.* pudori filii parci dicitur, ne ejus bona veneant; Et *Plinius 2. Epist. 4.* monet, Filiam, ut suscipiat Patris hereditatem, & ita famam pudoremqve defuncti conservet: Inventa & concessa est Dominis Servi institutio in Testamento, ne

S inju-

injuria i. e. infamiâ defuncti afficiantur, *h. text. n. Job. Harppr. h.*
3. *n. 2. & 3.* † Eam enim infamiam, qvam aliàs in defunctum expetiisset, qvasi vicarius subire cogebatur servus institutus, qvi non magis Patrimonium qvàm infamiam conseqvi videbatur, *l. 3. C. Theod. de Inoffic. testam.* pro beneficio libertatis inæstimabili, *l. libertas. 106. l. non est singulis. 176. in fin. ff. de R. J. Job. Schneidew. h. num. 8. & 9. Joachim. Mynsing. h. lit. J. Bacchov. h.*

4. Non † igitur dubitandum, non modò de Jure Civili, sed etiam in Foro Saxonico Decoctores & Dilapidatores bonorum suorum haut solvendo existentes infamiam incurrere, officioqve publico indignos se reddere, eoqve privari debere, *Ex Baldo Benevenut. Straccha in Rota Genuens. Decis. 2. num. 34. & de Decoctoribus p. 3. n. 2. Sigismund. Scaccia de Commerc. §. 11. Gloss. 5. Qvæst. 11. num. 329.* Ubi dicit: qvod Decoctor sit infamis infamissimus, *Dn. Carpzov. p. 2. Constitut. 22. Def. 23. num. 1. & 2. Matth. Wesenbec. in Paratit. ff. de his qvi not. infam. num. 6. ibid. Henric. Hahn. in not. p. 294. in part. 1. Hieron. Treutl. vol. 1. Disput. 8. th. fin. lit. B.* Cùm & *Carceris Publici* pœnæ sint subjugandi, secundùm ea, qvæ supra Eclog. XXXV. proposita fuere. † Unde qvoqve Elector 5.
Saxoniæ in novissimis *Resolutionibus Gravaminum Provincialium de publicato 1661. anno. Tit.* von Justitien-Sachen. §. *78.* gestatione *Flavi coloris Pilei* sat ignominiosâ ejusmodi decoctores affici sanxit, hisce verbis:

Und do ein Fallit in gedachten beyden Städten/ oder andern Orten unserer Lande / seinen Gläubigern nicht vollständige Zahlung leisten könte / gleichwohl aber Sie zur gutwilligen Remission und zu Erlassung der Hast vermögen thäte / uf solchen Fall Er zwar auf freyen Fuß gestellet / iedoch eine Zeitlang / nach des Ordinarii Judicis Ermessigung/ zu Anzeigung seines in Nachlässigkeit und Verschwendung geführten bösen Leben/ einen gelben Hut zu tragen / und andern seines gleichen besser / als Er / Haus zu halten ein Beyspiel damit zu geben/ angehalten werden solle. rc.

Non † autem infames fiunt, nec 6.
ab officio removendi veniunt, qvi absqve sua culpa Fortunæ vitiô, puta incendiô, rapinâ, naufragiô, furtô, ruinâ, sterilitate agrorum, & simili causa ad inopiam & calamitatem fuére redacti: Utpote commiseratione potius digni, *l. Debitores. Qvib. ex caus. infam. irrog. Straccha. d. num. 2. & seq. arg. Constit. Elector. 22. part. 2. §. fin. ibid.*

bid. Moller. Gloß. Germ. & Lat. ad
7. Landrecht. *art. 39. lib. 3.* † Et hujusmodi fortunæ telis vexatos puniri & iniqvum & injustum est, *arg. l. Divus Marcus. 14. ff. de Offic. Præsid. Straccha d. loc. P. Gregor. 22. Syntag.*
8. *11. num. 5. & 13.* † Acqvi tales depauperati officio removeri possint? cùm officii privatio sit pœna, *l. mutus. 43. §. pœna. ff. de Pro-*
9. *curat.* Nec † ab officii administratione suspendendus, nisi qvi graviter in officio deliqvit, ut nullam prorsus excusationem aut veniam mereatur. *A. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 28. def. 12. num. 1. Nicol. Boër. q. 1. num. 72. Dn. Carpzov. ad d. Constit. 22. def. 23. n. 4. & seq.* Ita responderunt Scabini Lipsienses in causa Andreen Brachmans zu Mühlberg. Mens. Mart. Anno 1629. Habet Ihr am 9. Julii Annno 1622. von einem vornehmen Mann / von welchem eure Frage meldet / 2000. fl. damahliger leichter Müntze / auf 6. Jahr lang erborget und ufgenommen / dargegen Ihr die Wiederzahlung an solcher Chur-Fürstlichen Sächs. Müntze / wie Zeit des Zahl-Termins gäng und gäbe seyn würde / sie wäre gesteigert oder geringert / zu thun versprochen / und weil nunmehr der Zahl-Termin herbey kommen / hat der Gläubiger angeregte 2000. fl. von euch wieder gefodert / und solche an verschriebener itzo gangbarer schwerer Müntze erstattet haben wollen / so Ihr Ihme aber nicht zahlen könen / gestalt Ihr dañ in executione & excussione nicht solvendo befunden worden seyd. Ob nun wohl der Gläubiger auf den Schuld-Thurm dringet / und euch darein legen zu lassen gemeinet ist; Dieweil Ihr aber dennoch durch unvermeinte geschwinde Absetzung der Braunschweigischen Müntze / und also durch unversehenen / und ohne eure Verwahrlosung beschehenen Fall in Abgang eurer Nahrung und eusserstes Verderben gerathen: So verbleibet Ihr auch / woferne Ihr / vermöge Chur-Fürstl. Sächs. publicirten Gerichts-Ordnung diese eure Exception gebührender massen einwenden / in continenti beybringen / oder sich sonsten dieselbe in Erkundigung der Obrigkeit also befinden wird / gestalten Sachen nach / mit dem Schuldthurm billig verschonet. V. R. W.

ECLOG. XLII.

Ex Tit. De his, qvi sui vel alien. jur. VIII. §. Sed hoc tempore. II.

Confugientes ad Asyla Ecclesiarum Malefici, etiam citra consensum Episcopi inde extrahi possunt.

SUMMARIA.

1. *Asylorum origo vetustissima, omni jure permissa.*
2. *Olim in statuis Cæsarum Jus Asylorum fuit.*
3. *Hodie in Principum ac Imperii Statuum palatiis.*
4. *Violatores Palatiorum Principum acriter puniuntur.*
5. *Ad Ecclesiam confugientes inde à Magistratu seculari sine permissu judicis Ecclesiastici extrahi neqveunt.*
6. *Jus Asylorum ad alia pia loca extenditur.*
7. *Hodierna consvetudo delinqventes etiam sine Ecclesiastici Magistratûs permissu è templis extrahi permittit.*
8. *Ne Clerici reos, expectatâ veniâ, aufugere faciant.*
9. *Ne templa, contra mentem illorum, qvi Asyla permiserunt, scelerum receptacula fiant.*
10. *Reos è templis extrahere, etiam Legi Divinæ convenit.*
11. *Constitutiones Principum de Asylis in desvetudinem abierunt.*
12. *Domus DEI non debet fieri spelunca Latronum.*

1. ASylorum † origo vetustissima, & tàm Jure Divino, qvàm Humano introducta & licita esse perhibentur. *Mager. de Advocat. cap. 15. num. 68. & seqq. & num. 80. & seqq.* Videatur *Alexand. ab Alex. Geneal. dier. lib. 3. cap. 20. Tiber. Decian. Tract. crim. lib. 6. cap. 15. num. 4.* In-
2. ter † alia in Statuis qvoqve Cæsarum Jus qvandoqve Asyli fuit, *b. text. n. l. qvis sit fugitivus. 17. §. apud Labeonem. 12. ff. de Ædil. Edict. l. un. C. de his qvi sunt sui vel al. jur. Georg. Rittershus. tr. de Jure Asylor. c. 13. num. 19. Latè Tiber. Decian. cap. 15. n. 5.* Hujusmodi † etiam 3
adhuc hodiè Palatia Principum & Statuum Imperii securitate gaudent, *arg. l. fin. ff. Qvod met. causa.* Propterea in iisdem aliisqve locis publicis an den Schlössern und Residentzien solent affigere signum & inscriptionem Pacis Publicæ, Burgfrieden / qvo loca ista sanctificentur & ab omni injuria immunia sint, *Joh. Harppr. ad §. Sancta, 10. num. 22. Institut. de rer. Divis.*

4. *Divis.* † Ubi, si qvis temerè aliqvid admiserit, & qvem dolosè læserit, tanqvam violator pacis, acrioribus pœnis, & pro re nata manûs qvoqve amputatione punitur, *l. Sacra. 9. §. propria. 3. ff. de Rer. Divis. l. Prætor dixit. 7. §. fin. l. 8. ff. de Injur. Christoph. Besold. in Thesaur. Pract. verbo:* Burgfried. *Philipp.* Knippschild *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 28. num. 11. & seqq.*

5. Eodem † Privilegiô munita etiam est Ecclesia, ut ad eam confugientes à Seculari Judice, ob loci reverentiam, absqve licentia Judicis Ecclesiastici capi & extrahi neqveant, *l. 6. & tt. C. Qvi ad Eccles. confug. c. sicut antiqvitus. 17.*
6. *qvæst. 4. de Immun. Eccles.* Qvam immunitatem & ad Cæmiteria, Hospitalia aliaqve pia loca extendunt, *Tiber. Decian. in d. tr. Crim. Lib. 6. cap. 25. n. 9. & seqq. & cap.*
7. *31. num. 18.* † Verùm de Consvetudine tàm in Germania qvàm Gallia introductum est, ut etiam in templo delinqventes capi qveant, sine Licentia Episcopi, *Boër. Decis. 100. num. 2. Gvid. Papa Decis. 121.* Idqve moribus & praxi Christiani Orbis ita receptum esse testatur *Covarruv. 2. Variar. Resolut. cap. 20. n. 18.* ac Communem esse opinionem refert *Clar. §. fin.*
8. *qvæst. 30. num. 20.* Idqve † propterea, qvod Prælati & Judices Ecclesiastici se valdè difficiles reddant, & interea, dum reqviritur & expectatur Licentia, sæpè Clerici faciant delinqventes aufugere, *Farinac. in Prax. Crim. tit. de Carcer. q. 28. num. 75.* † Cùm ob multitu- 9.
dinem templorum & freqventiam Delinqventium malefactores facilè possent evadere manus Justitiæ: Qvod esset contra mentem eorum, qvi in Ecclesiis immunitatem tribuerunt, non qvidem ut essent Asyla delinqventium & speluncæ latronum, sed ut præstaretur refugium miseris, qvi humanâ fragilitate aut casu in aliqvod Crimen incurrissent. *Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. ult. qvæst. 30. vers. Scias autem. Prosper. Farinac. in Prax. Crim. lib. 1. tit. 4. qvæst. 28. n. 75. Dn. Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 150. num. 41.* Qvod † etiam Legi 10
Divinæ conveniens est, *Exod. 21. vers. 14. Deut. 19. vers. 11. & seq. 3. Reg. 2. vers. 28. & 31. 4. Reg. 11. vers. 15. & seqq.* † Qvare Pontificum 11.
Constitutiones in locis allegatis, neqve Jure Naturali nec Divino nitentes, sed eidem contrariantes, non esse observandas & in desvetudinem abiisse testantur, *Boß. in Pract. tit. de Captura. num. 31. Clar. d. loc. Decian. tr. Crim. lib. 6. cap. 29. num. 6.* Ac hujusmodi consvetudinem validam esse in Terminis Asyli docet *Alciat. de Præsumt.*

12. *sumt. 33. num. 4.* Eandemqve toptimâ ratione fundatam, ne Domus DEI fiat Spelunca Latronum, scribit *Dambouder. in Prax. Crim. cap. 10. num. 21. & seq.* & ne delicta maneant impunita, *Philipp.* Knipschild *d. cap. 28. num. 35.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Aug. Anno 1630. ad Consultationem Sigismundi à Glich. Wil sich euer untreuer Schösser vor euch nicht stellen/und hat denen Gerichts-Personen/ daß er nicht pariren wolle/unter Augen gesaget. N. m. i. e. f. So seyd Ihr / Ihn in euren Gerichten/ wo Ihr ihn antreffet/ und auch **in dem Pfarrhofe** / anzuhalten und zu gefänglicher Haft bringen zu lassen wohl befugt. V. R. W.

ECLOG. XLIII.

Ex eod. §. 2.

Dominus propter nimiam Sævitiam in Homines Proprios aut Subditos Jurisdictione privandus venit.

SUMMARIA.

1. *Subditi obedientiam recusantes qvomodo puniendi.*
2. *Domini Sævitia erga Servos qvomodò coërceatur.*
3. *Qvod hodiè ad homines Proprios & Subditos extenditur.*
4. *Homines Proprii ac Subditi benignè habendi sunt.*
5. *Et alendi.*
6. *Domini secus facientes à Subditis accusari possunt.*
7. *Sævitia Dominorum à Superiori inhibenda.*
8. *Si q, Domini sævire pergant, Subditi ex illorum potestate liberandi sunt.*
9. *Dominus propter nimiam crudelitatem Imperium & Jurisdictionem amittit.*
10. *Vasallus ob nimiam in Subditos Sævitiem feudo privatur.*
11. *Emphyteuta Emphyteuticariâ re abutens eâ privatur.*
12. *Judex ex officio Subditis malè habitis succurrere debet.*
13. *Qvod de Stylo Curiæ Parlamenti Delphinalis observatur.*

Qvemad-

1. QVemadmodum † Subditi atqve Rustici Servitia debita præstare recusantes, tùm multâ pecuniariâ, tùm carcere, pòst etiam panis & aqvæ cibatione, imò, si nec tùm corda eorum emolliantur, relegatione coërceri, aut saltem, bona sua divendere & aliorsum migrare cogi possunt, *l. Consentaneum. 8. Ubi Gloss. & Bartol. C. Quomod. & quand. Judex. Boss. in Tit. de Mulct. n. 17. Borcholt. Consil. 9. q. 6. Matth. Berlich. p. 2. Concl. 9. n. 20. & Concl. 34. num. 17. & seqq. nec non Decis. 65. n. 1. & 7. Dn. Carpz. p. 2. Const. 51. def. 16. per tot. Dn.* Richter *Decis. 98. n. 12. Joh. Jacob. Speidel. in Specul. var. Observat. Lit. F. Tit.* Frohn. Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses in causa Subditorum Hansen George Mensingers/ ad reqvisitionem Qværstoris zum Wolckenstein *Mens. Majo An. 1604. &c.* So werden itzo benandte halsstarrige muthwillige Bauren billig von einander gesondert/ und in ein härter Gefängnüß geleget/ auch ufn Fall sie uf ihrer Widersetzligkeit verharren/ darinnen mit Wasser und Brot einen Monat lang gespeiset/ und do einer oder der ander dadurch sich nochmahls zum Gehorsam nicht erwegen lassen wil/ so werden die jenigen/ so auf ihrem Ungehorsam verharren/ es sey gleich einer oder mehr/ wegen ihres vorsetzlichen muthwilligen Trotzes und Ungehorsams mit zeitlicher Landes-Verweisung billig in Strafe genommen/ V. R. W.

Nec non JCti Jenenses Mense Majo Anno 1632. ad reqvisitionem Hans Georgen von Kohberg zu Uhlstedt. Woferne Eure Unterthanen eines Theils oder alle ihre schuldige Frohnen / wohin dieselben richtig vertheilet/ zu leisten in Erweigerung stehen / So seid ihr Euch eurer Gerichte wider die Ungehorsamen/ welche auf Zusprechen und ferner Anmahnen sich widerspenstig erzeigen/ zu gebrauchen befugt. Könnet demnach einem ieden Widerspenstigen mit acht Tage Gefängnüß oder 10. Gülden Geld-Buß zu milden Sachen anzuwenden / belegen / und bey weme dieses nicht fruchtet / demselben/ daß er sein Gut/ so mit Frohnen beschweret/ loßschlage und verkauffe/ gebieten/ ihme auch/ wann Euch die Ober-Gerichte zustehen/ das Dorff verbiethen/ V. R. W.

2. † Ita è contrario jam dudum prohibitum est, ne Domini & Magistratus supra modum in Servos sæviant, sed potius, si in intolerabili Sævitiâ subsistant, eos vendere, & in perpetuum è Dominicâ suâ potestate dimittere coacti fuerunt, *per text. h. § n. l. 1. §. fin. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.*

3. *jur.* Qvod † non immeritò ad hodiernos Homines Proprios ac Dominorum Subditos applicatur : Cùm liberi homines durioris hodiè conditionis esse non debeant, qvàm olim Servi, *A. Gail. de Arest. Imper. c. 8. num. 18. Menoch. in 10. Remed. recup. possess. num. 83. Husan. de Propr. Homin. cap. 8. num. 22. & seqq. Jacob. de S. Georg. tr. de Royd. Sudit. n. 79. & 80. Joh. Herm.* Stamm *de Servit. Person. lib. 3. c. 35. num. 4.*

4. † Qvando igitur Dominus oblitus sui officii reditus & census de antiqvo dari solitos auget, homines Proprios aut Subditos suos, qvos tanqvam Pater communis, qvi Filios placidô sinu fovet, benignè tractare & illæsos servare debebat, *Novell. 159. in præfat. Cravett. Consil. 933. num. 25. Bl. lib. 5.*

5. *Consil. 410. num. 5.* Violenter † ac non aliter ac bestias tractat, insolitis & novis Servitiorum generibus ita vexat, ut se suosqve alendi facultatem non habeant; contra

6. *text. in l. aut certè. 19. & l. pen. §. 1. ff. de Oper. libert.* Homines † proprii & Subditi apud Superiorem sui Domini conqveri, & ne hoc fiat, sed ut in antiqva Consvetudine eos manere sinat, nec vim inferat, petere possunt, *text. in l. fin. & tot. tit. C. in qvib. caus. col. cens. Dom. accus. l. cum satis. 23. §. caveant. C. de Agric. & cens. l. non est. 23. ff. Qvod met. ca. Auth. Statuimus. C. de Episcop. & Cleric. Speculat. tit. de Exact. num. 3. Hartm. Hartm. tit. 59. Obs. 43. Mynss. 5. Obs. 8.* Atqve tunc † Superior mandatis pœnalibus hanc novitatem tollere & severitati remedium moderationis adhibere, *A. Gail. 1. Obs. 17. num. 3. & 2. Obs. 62. in fin. ac de Arest. cap. 10. num. 7. Johann. Jacob. Speidel. in Specul. variar. observat. lit. F. tit.* Frohn. *98. §. Servitutum hujusmodi.* 7.

Siqve † ulterius parere cesset, Subditos ac Proprios homines hac de causa ab eorum Jurisdictione eximere potest, *Luc. de Penna in l. si coloni. in q. 12. C. de Agric. & Cens. A. Gail. 1. Obs. 17. num. 4. Jacob. de S. Georg. d. Tract. n. 79. & 80. Mynss. d. Obs. 8. num. 3. Molin. in Consvetud. Parisiens. tit. 1. §. 3. Gloss. 4. num. 14. Thomas Michael de Jurisdict. Concl. 135. Bodin. de Republ. cap. 5. lib. 2.* Stamm. *d. lib. 3. cap. 35. n. 2. Husan. d. cap. 8. num. 22. & seq. Philipp.* Knippschild *de Privileg. Civit. Imperial. lib. 6. c. 4. num. 16. Dn.* Richter *Decis. 98. num. 13.* † 8.

Propter nimiam enim crudelitatem alicui Imperium & Jurisdictio auferri potest, *per l. 1. C. de Emend. Servor. l. ult. C. Qvemadm. Civil. muner. indicunt. Speculat. tit. de Exactorib. n. 3. A. Gail. lib. 1. Obs. 17. n. 2. Dn. Carpz. lib. 1. Respons. 53. num. 11.* 9.

10 *n. 11.* Idqve † ad exemplum Vasalli, qvi malè tractans Subditos suos ob abusum feudo privari potest, *text. in cap. Fridericus. §. qvicunq; ibidemq; Bald. num. 2. Alvarott. num. 1.* Schenck. *in fin. de Pace tenend. Hart. Hartm. Pract. Obs. tit. 54. obs. 43. Afflict. Decis. 264. n. 72. & Decis. 265. num. 15. & seq. Borcholt. de Feud. cap. 8. num. 129. & 139. Ferdinand. Vasqv. lib. 1. Illustr. controvers. cap. 8. n. 17. & seq. Matth. Wesenbec. in Tract. Feudal. c. 15. num. 5. vers. Item si nimium saeviat. Henr.* Rosenthal. *de Feud. c. 10. §. 85. lit.*
11. *A.* Ut † & Emphytevtae, qvi propter abusum Emphytevsi privatur, *l. jubemus. 14. Auth. Qva rem. C. de SS. Eccles.* Stamm *d. c. 35. n. 5. Dn.* Richter *Decis. 98. num. 13.* Qvae
12. † privatio Jurisdictionis & Imperii in tantum locum habet, ut bonus Judex eam, etiamsi Subditi tacerent, pro Imperii sui dignitate ex officio statuere possit & debeat, *l. illicitas. 6. §. Ne potentiores. 2 ff. de Offic. Praesid. Petr. Faber. in § fin. Instit. de his qvi sunt sui. Gvido Papa Decis. 62.* Ubi † istud ita observari 13. de Stylo Curiae Parlamenti Delphinalis testatur *A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 18. Defin. 2. num. 3.* Qvi ita in supremo Sabaudiae Senatu judicatum esse dicit. Praejudicii loco ponamus laudabile Curiae Parisiensis Edictum, qvod *Zach. Viet. de Caus. exemp. imper. conclus. 18.* refert:

Le Seigneur, qvi abuse de sa Justice, en Domit estre privé. &c. Abutens Imperio, privatur. Germ. Welcher Herr seiner Herrschaft gegen der Unterthanen mißbrauchet/ der soll dero entsetzet werden.

ECLOG. XLIV.

Ex Tit. de PATRIA POTESTATE. IX. Rubric.

Patria Potestas tàm in Foro Saxonico, qvàm Civili adhuc in usu est.

SUMMARIA.

1. *Patriam potestatem hodiè expirasse putat Gipban.*
2. *Sed falsò.*
3. *Origine juris Gent. est Patria potestas.*
4. *Patria potestas formam propriam & peculiarem à Jure Rom. accepit.*
5. *Saxones à Carolo M. devicti ut plurimum Legibus Rom. vixerunt.*
6. *Jus potestatis Patriae hodieq; apud Saxones viget.*

T Potestatem

1. Potestatem † Parentum in Liberos, nostris moribus, nullam amplius esse, sed naturalem tantùm observantiam ac reverentiam ipsis debitam remansisse opinatur *Gi-*
2. *phan. ad h. text. n. 3.* Verùm † cùm ista Potestas nullibi in Jure expressè sublata sit, eam Parentibus meritò integram adhuc largimur. Qvod assertum etiam in Foro Sa-
3. xonico firmo stat talo. Est † enim hæc Potestas suâ naturâ & origine Juris Naturalis & Gentium, *pr. Instit. de J. N. G. & C. l. veluti. 2. ff. de J. & J. l. Parentes. 6. ff. de in Jus vocand. Henr. Hahn. ad Wesenbec. parat. ff. de his qui sunt sui. num. 1. §. Propria Civium. pag. 111. in part. 1. Ibidemq; Georg. Franzk. num. 11. & seqq.* Qvæ Jura apud Saxones non minùs, qvàm alias gentes obser-
4. vabantur: † Qvamvis enim Potestas Patria aliqvam formam peculiarem à Jure inter ipsos Romanos propriam receperit, *Alberic. Gentil. de Nupt. lib. 4. c. 1. per tot. Arius Pinell. Rubr. C. de Bon. matern. p. 1.*
5. *n. 9. & seqq.* Qvia † tamen postea, ubi Saxones à Carolo Magno victi Romano Imperio fuerunt subjecti, Legibus etiam Romanis vixerunt, uti multis ex locis in Landrecht & Weichbild apertissimè constat, ideoqve qvin Patria Potestas, qvæ Civium Romanorum propria fuit, etiam inter Saxones & alias gentes usitata fuerit, dubitare non debemus, *Arius Pinell. d. loc. num. 11. Matth. Berlich. p. 2. Conclus. 11. num. 3.* Qvia † igitur nullibi in to- 6.
to Jure Saxonico unicum Potestatis istius sublatæ extat indicium, eam cum suis effectibus etiam adhuc dum in Foro Saxonico in usu esse concludendum est, *cum Gloss. lat. ad text. Germ. Landrecht. art. 31. lib. 1. Lit. F. & Gloss. latin. ad text. Germ. art. 45. lib. 3. Consultat. Constit. Electoral. vol. 1. p. 1. q. 43. num. 1. & seq. & vol. 2. p. 1. q. 59. num. 1. Coler. Decis. 222. num. 2. & 3.* Qvod enim non mutatur, cur stare prohibeatur, *l. sancimus. 27. C. de Testam.* Hancqve Sententiam disertè approbavit Elector Saxoniæ Augustus in suis Constitutionibus provincialibus *Constit. 10. p. 2.* ubi ita infit & infert: Weil in Sächsischen Rechten nirgend zu befinden / daß die väterliche Gewalt insonderheit aufgehaben / so bleibet auch dieselbe nochmahls nicht unbillig bestehen, rc.

ECLOG.

ECLOG. XLV.

Ex d. Tit. 9. Prin. verb. in Potestate nostra.

PATRIA POTESTAS saltem Patri, non etiam Matri aut Aviæ competit. Et ideò non ad hanc, sed ad Illum in bonis liberorum usufructus pertinet.

S U M M A R I A.

1. *Una omnibus Parentibus debetur reverentia.*
2. *Injurii sunt, qvi Jus Romanum hanc Matri adimere dicunt.*
3. *Matri etiam post obitum Patris intemerata manet reverentia.*
4. *Fœminis Jus Patriæ potestatis non competit.*
5. *Unde filii Patris, non Matris, familiam seqvuntur.*
6. *Mater qvando suorum liberorum Tutrix est, eos in potestate habere, sed laxè, dicitur.*
7. *Patri intuitu Patriæ potestatis usufructus in bonis liberorum competit.*
8. *Hocq; principalior istius potestatis effectus est.*
9. *Matri non competit; qvia absq; lege nil temerè statuendum.*
10. *Qvod lege non cavetur, nec in Practicâ habetur.*
11. *Id etiam de Jure Sax. obtinet, qvod semper Jus Civile seqvitur, si expressum qvid non statuit.*
12. *Lis Doctorum circà hanc rem per Decisionem Elector. sublata est.*

1. ETiamsi † veneratio & observantia æqvè Matri ac Patri naturâ debeatur, & una omnibus Parentibus sit servanda reverentia: Ut inqvit JCtus *in l. Parentes. 6. ff. de in Jus*
2. *vocand.* Unde † vehementer injuriam facere Juri Romano, qvi æqvalem utriqve Parenti honorem ex eo deberi negant, dicit *Treutl.*
3. *vol. 1. Disp. 1. th. 5. lit. B.* Imò † eadem Matri etiam post obitum Patris inconcussa permanet, *Johann. Bechstad. tr. de Conditionib. Sponsal. p. 1. cap. 2. num. 22.* Id † tamen eò non extenditur, ut etiam Mater liberos habeat in Potestate, cùm Fœminæ hæc Potestas in Jure expressè denegetur, *§. Fœmina. 10. J. de Adoption. & Vultej. ibid. §. Cæteri. 3. de hered. qval. & differ. l. nulla. 13. ff. de suis & legit. Johann. Schneidewinn. h. num. 3. Joachim. Mynß. h. lit. B. Nicol. Vigel. Method. Jur. Civil. lib. 4. c. 21. Rubr. Qvib. competat. Patr. potest. Reg. 1.* † Unde etiam 4. 5.

etiam Filii seqvuntur Familiam Patris, non Matris, *l. 9. ff. de Stat. homin. A. Perez. in Cod. tit. de Patr.*
6. *Potest. num. 2.* Nisi † qvod impropriè & largô modô qvandoqve Mater etiam, eo in casu, qvando Liberorum suorum Tutrix est, eosdem etiam in Potestate habere dicitur, *arg. §. 1. Instit. de Tutel. Schrader. ad tit. Institut. de Patr. Potest. num. 5. Alber. Gentil. lib. 4. c. 1. de Nupt. Johann Kizel. in Synops. matrimon. Theoretico-pract. cap. 7. th. 9. lit. A.* aut etiam propter reverentiam & obseqvium Matri æqvè ac Patri debitam, *Joh. Bech-*
7. *stad. d. loc.* Cùm † igitur Patri intuitu Patriæ Potestatis Ususfructus in bonis liberorum competat, *text. in l. cum oportet. 6. in pr. C. de Bon. qvæ liber. vers. si qvis. Coler. Decis. German. 41. num. 7. Wesenb. Consil. 63. n. 4. vers. Qvod proprium Potestatis est. Matth. Berlich.*
8. *Decis. 160. num. 34.* Qvippe † principalior ferè effectus Patriæ Potestatis est, ut bonis Liberorum Patri uti frui liceat, *Gloss. ad text. Lat.* **Landrecht.** *lib. 1. art. 11. Coler. d. loc. n. 7. Fachs. Differ. 19. n 5. Matth. Wesenb. Consil. 63. n. 4. vers. qvod Proprium Potestatis est.* Inde seqvitur, qvod expressâ aliâ non extante le-
9. ge † Matri aut Aviæ, si Tutelam Liberorum gesserit, sive non, concedendus non sit. Qvia absqve lege nihil temerè asseverandum, *arg. l. Dissentientes 5. C. de Repud. c. is qvi in Ecclesia. 18. de Sent. excommun. in 6.* † Neqve in Practica habetur, qvod Lege non cavetur, 10
Bald. in C. nihil. 44. n. 25. X. de Elect. & Elect. Potest. Alexand. Cons. 110. col. fin. lib. 3. Arius Pinell. in l. 1. p. 2. De bon. matern. num. 28. Matth. Berlich. Decis. 160. num. 34. Cunrad. Rittershus. in Comment. ad tit. Inst. Per qvas person. cuiq. acqvir. §. Igitur liberi. 1. Nec † aliud in Foro 11
Saxonico statuendum est: Ubi enim de Jure Saxonico aliud dispositum non reperitur, non immeritò standum est Jure Communi, *arg. l. si extraneus. 6. ff. de Condict. caus. dat. caus. non sec. Ludov. Roman. Cons. 197. H. Pist. lib. 2. q. 13. num. 36. Dn. Carpz. p. 2. Constit. 10. Def. 13. & lib. 6. Respons. Elector. 70. per tot.* Cùm † autem inter Docto- 12
res, imò & Collegia Juridica Saxonica de hac re multum in utramq; partem hactenus disputatum, & pronuntiatum fuerit, Elector modernus Saxoniæ noluit ulterius diversimodè de Jure in suis Ditionibus responderi, ac proinde modum pronuntiandi ad conformitatem redegit, & posteriorem opinionem (Matri sc. & Aviæ Usumfructum in Liberorum bonis, ut ut tutelam eorum gesserint, eisq; ad majorennitatem usqve necessaria alimen-

alimenta præstiterint, non competere.) utpote pupillis & minoribus non infrugiferam retineri mandavit, *Decis. nova 62.* Atqve ita respondit Facultas Jurid. Lips. Anno superiori 1640. Mens. Mart. in causâ Annæ Rosinæ Richterin zu Dreßden.

Jst in euers Ehewirths Testament keine Verordnung zu befinden/wie es mit der Fruchtniessung des Sohnes Vermögens zu halten / dahero ihr vermeinet/ es stehe euch/ als der leiblichen Mutter / solcher Ususfructus so lange zu / biß das Kind zu seinen vollständigen mündigen Jahren gelangen wird. Ob nun wohl diese Frage bey den Rechtgelahrten sehr zweifelhaftig gemacht wird/also daß ihrer etliche/vornemlich in Erwägung der nahen Bluts=cundschaft/Zuneigung und schuldiger Reverentz / Ehr und natürlicher Billigkeit/den leiblichen Müttern / so wohl als den Vätern / den Nutz und Gebrauch der Kinder Vermögen biß zu ihrer Mündigkeit zueignen: Dennoch aber und dieweil in denen geschriebenen allgemeinen Rechten den Vätern einig und allein / wegen ihrer zustehenden väterlichen Gewalt/derer sich die Mütter wider außdrückliche rechtliche Verordnung nicht anmassen können/die Fruchtniessung gegönnet und übergeben wird / dawider denn ein anders durch die Sächs. Rechte / noch sonsten etwa durch ein Statut eingeführet/ nicht zu befinden / und demnach solche Käyserliche Fundamental-Gesetze durch eine scheinbare vernünftige Ursache nicht stracks corrigiret und aufgehoben / die natürlichen Billigkeiten vielmehr den rechtlichen Verordnungen gemäß seyn sollen/der Mütterliche Respect auch in Gehorsam und Ehrerbietung sonsten auß klaren Recht-Satzungen billig verbleibet: So seyd ihr auch dahero den Usumfructum in eures unmündigen Sohns Vermögen/ wenn ihr gleich hingegen denselben mit nothdürftigem Unterhalt biß zu seiner Mündigkeit zu versorgen erbötig/ zu fodern/ und euch desselben anzumassen nicht befugt. V. R. W.

Nec non Scabini Lipsienses M. Majo Anno 1636. in causa Georgii Eysolds zu Dreßden.

rc. Ob nun wohl etliche der Sächs. Rechts-Gelahrten dieser Meinung seynd/daß der Mutter in Vormundschaft ihrer Kinder von den Gütern die Fruchtniessung zustehe. Dieweil aber dennoch / nach gemeinen Käyserlichen Rechten / die Mutter oder Groß-Mutter sich des Ususfructus in der unmündigen Kinder Gütern nicht zu erfreuen/ und gleichwohl an keinem Orte in Sächs. Rechten dasselbe außdrücklich aufgehoben / noch ein anders verordnet / oder durch beständige erweißliche Gewonheit eingeführet/

geführet/ derowegen hierinnen à Dispositione Juris communis, bevorauß / weil dadurch der Unmündigen Bestes gesuchet und befödert wird/ auch auf Sächs. Boden nicht abzuweichen; Zumahl weil den Vätern der Ususfructus in der Kinder Gütern alleine Jure Patriæ Potestatis zustehet/ welches Rechte bey der Mutter und Groß-Mutter nicht statt findet/ rc. So seynd auch obgedachte Groß-Mutter in Vormundschaft ihres Enckleins sich in dessen Gütern der Fruchtniessung anzumassen nicht befugt. V. R. W.

ECLOG. XLVI.

Ex eod. Tit. 9. Princ.

Jure Patriæ Potestatis Patri competit Ususfructus in bonis Liberorum Adventitiis, etiamsi de pane ipsius non vivant, sed aliunde alimenta habeant.

SUMMARIA.

1. *Ususfructus ex omnibus bonis adventitiis Liberorum, etiam invitis iis, Patri acqviritur.*
2. *Pater namq; illorum bonorum legitimus administrator est.*
3. *In bonis Liberorum ad Jus Publicum pertinentibus Jus Patriæ Potestatis non exercetur.*
4. *Qvò referuntur bona Ecclesiastica.*
5. *Pater Usumfructum in bonis Liberorum Adventitiis retinet, etiamsi ad secundas nuptias transeat.*
6. *Pater Filio emancipato bona adventitia, detractâ tamen dimidiâ Ususfructûs parte, restituere tenetur.*
7. *Pater olim pro emancipationis præmio tertiam partem bonorum filii detrahebat.*
8. *Bona Filio emancipato obvenientia Patri virilem Ususfructûs portionem debent, tanqvam munus lege oblatum.*
9. *De Jure Sax. Pater Usumfructum bonorum Advent. saltem usq; ad separationem Liberorum habet.*
10. *Patri Ususfructus ex bonis Liberorum competit, etiamsi hi aliunde victum, qvàm à Patre habeant.*
11. *Patria enim Potestas eo casu adhuc durat.*

Effectum

EFfectum non infimum Patriæ Potestatis esse Commodum Ususfructus in Liberorum bonis, ostendimus *Eclog. proximè antecedenti*. Si-
1. ve † igitur Bona ad Filium in Potestate Patriâ constitutum ex Matre seu Materna linea, vel aliunde perveniant, sive ex testamento sive ab intestato, ea omnia, qvoad Usumfructum Patri cum plena administratione, invitis Liberis, adqviruntur, *l. 1. & 2. C. de Bon. matern. l. cum oportet, 6. C. de Bon. qvæ liber.* Landrecht. *lib. 1. art. 11. Jacob. Schult. Pract. qvæst. 46. n. 20. & seq. M.* Berlich *p. 2. Concl. 12. n. 23. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 18.*
2. *num. 2.* Siqvidem † Pater est legitimus administrator bonorum adventitiorum filii, *d. l. 6. cum l. fin.*
3. *C. de bon. qvæ liber.* † Exceptis eis, qvæ ad Jus Publicum pertinent, utpote in qvibus Jus Patriæ Potestatis non exercetur, *l. Nam qvod. 14. pr. ff. ad SC. Trebell. l. Qvippe. 78. de Judic. cap. ult. de Judic. in 6to. Matth. Berlich. p. 3. Concl. 1. n. 10.* Qvo
4. † referuntur etiam Beneficia Ecclesiastica: Cùm Jus Publicum non minus consistat in Sacris & Sacerdotibus, qvàm in Magistratibus, *l. 1. §. Publicum Jus. ff. de J. & J. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. Def. 30. n. 6.*
5. Retinetqve † Pater hunc Usumfructum, qvamvis transeat ad secundas Nuptias, *l. ult. C. de bon. matern. A. Perez. in Cod. ad d. tit. num. 2. Dn.* Richter *d. Decis. 18. num. 4.* Atqve ita Judicatum est in Collegio Juridico Jenensi M. Januar. An. 1625. Ad reqvisitionem Annen George Scheibens Wittib zu Mühlberg: Euer Eydam / Julius Hering / wann Er gleich anderweit in Ehestand sich begeben / ist er doch von dem Söhnlein / welches Er mit eurer Tochter seligen gezeuget / ein gewiß Kostgeld zu nehmen / und was des Kindes von seinem Groß-Vater / eurem Ehemann seligen ererbte Güter um ein Pacht oder gewisse Rechnung über das Kost- und Unterhaltungs-Geld übrig tragen möchten / dem Kinde zum Nutz und Besten zu berechnen und außzuthun nicht schuldig / sondern / die auß seines Söhnleins Antheil Groß-Väterlichen Gütern eingehobene Nutzungen und Frucht / biß es zu seinen Jahren kömt / und eine eigne Haußhaltung anstellt / wie es ihm / dem Vater / beliebet / anzuwenden berechtiget. V. R. W.

Et qvidem de Jure communi ad tempora vitæ, *l. 1. & 2. C. eod.* nisi † Filium Pater emancipaverit, 6.
qvô casu tenetur ei hæc bona restituere, detractâ tamen pro præmio emancipationis dimidiâ parte Ususfructus, *l. 6. §. pen. C. de Bon.*

7. *Bon. qvæ liber.* Qvæ † olim erat tertia, eaq; plenô jure Patri competebat, ut patet ex *l. 1. C. Theodos.* 8. *de Bon. Matern.* Qvod si † verò Filiô jam Emancipatô ea bona obveniunt, Pater ex iis virilem Ususfructus portionem accipit, non tanqvam adqvisitam (nec enim per personam liberam qvicqvam acqviri potest) sed tanqvam munus lege oblatum reverentiæ Patris manumissionis, *l. 3. C. de Bon. Matern. A. Perez. ad Eund. tit. num.*

9. *3.* Sed † de Jure Saxonico Pater Usumfructum in bonis liberorum adventitiis eo usqve saltem retinet, donec hi ab ipso separentur, & ex Patria Potestate liberentur, *Gloss. ad Text. latin.* Landrecht. *art. 11. lib. 1. Coler. d. loc. num. Fachs. d. Different. 19. num. 5. Jacob. Schult. d. loc. Matth. Berlich. d. Concl. 12. num. 23. Schrader. ad tit. Instit. de Patr. Potest. num. 7. vers. Sexto Pater. Joh. Kizel. in Synops. Matrim. Cap. 7. Theorem. 7. lit. M. Matth. Wesenbec. in paratit. ff. de his qvi sunt sui. num 3. ibid. Henric. Hahn. in notat. pag. 112. part. 1.* Ex qvibus

10. † porrò seqvitur, Patri nihilominus ex bonis adventitiis liberorum Usumfructum competere, etiamsi hi aliundè habeant, qvo se sustentare possint, nec à Patre alimenta petant, *Jason. in l. de Alimentis. 8. num. 6. C. de Transact.* 11. Cùm † Patria Potestas adhuc duret, nihilqve ei imputari possit, qvod liberos non exhibeat, qvi ope ipsius non indigent, *Dn. Carpz. p. 2. Const. 10. Def. 7. num. 7. & seqq. Dn.* Richter *d. Decis. 18. num. 2.* Atqve ita responderunt Scabini Lipsienses M. Martio Anno 1633. in causa Hansen Richters Erben zu Pegau:

Ob nun wohl der eine Sohn George genandt/Anno 1626. in fremde Lande gereiset/und sieder Anno 1625. der Vater auf ihn nichts wenden dörffen/gleichwol aber sein Mutter-Theil immittels gebrauchet und genutzet. Dieweil aber dennoch bemelter Sohn durch Anstellung einer sonderlichen Haußhaltung von dem Vater sich nicht abgesondert / sondern in desselben Gewalt biß an sein End verblieben/ rc. So ist auch des Außländischen George Richters Curator, neben denen 1000. Gülden Mutter-Theil von der Zeit an/ als er von dem Vater nicht alimentirt und erhalten worden/Zinse zu fodern nicht berechtiget. V. R. W. Similiter pronunciavit Dicasterium Jenense ad qvæstionem Clauß Hessen zu Tambach *M. Jun Anno 1605.* Ob gleich euer Vater sich anderweit verehelichet gehabt / und ihr in der Fremde bey ehrlichen Leuten zu Dienste für einen Knecht / und nicht in eures Vatern Brot aufgehalten / Er auch alles

dasselbe

daſſelbe biß anhero genußet; So gebühret doch eurem Vater der Nutz und Gebrauch eurer Großväterlichen Erbſchaft nicht allein biß zu eurer erlangten Mündigkeit / ſondern auch biß ihr eine eigne Haushaltung anſtellet. V. R. W.

ECLOG. XLVII.

Ex d. Tit. IX. Princ. verb. Ex Juſtis nuptiis.

Juſtæ Nuptiæ ſeu Matrimonium ſufficienter probatur ex Calendario Eccleſiaſtico.

SUMMARIA.

1. *Matrimonii favor magnus.*
2. *Generatio genus humanum immortale facit.*
3. *Juſtiniani commendatio Matrimonii.*
4. *Quando de Nuptiis non diſſolvendis agitur, ſemiplenæ probationes conjunctim juvant.*
5. *In dubio pro Matrimonio præſumitur.*
6. *Ubi interdum ſemiplena probatio ſufficit.*
7. *Unius Doctoris Matrimonium juvantis ſententia præfertur pluribus diſſentientibus, niſi apertô jure nitantur.*
8. *Matrimonii probatio difficilis eſt.*
9. *Omnes res difficilis probationis per teſtem unicum aut conjecturas probari ſufficit.*
10. *Nuptiæ ex Matriculâ Eccleſiaſtica* (auß dem Kirchen-Buche) *plenè probantur.*

1. MAtrimonii † favor magnus eſt, utpote in qvo Salus totius Reipublicæ conſiſtit. Siqvidem
2. † ſine generatione, qvæ Genus humanum qvaſi immortale facit, *l. lege. 14. C. de Legit. heredib. Nov. 22. princ.* Reſpublica facilè peribit cum Eccleſia, *arg. l. 1. ff. Solut. matrim. l. 2. C. de Indict. viduit. toll.* Unde † Imperator Juſtinianus ſcribit: Nihil in rebus mortalium perindè venerandum eſſe, 3.
atqve Matrimonium: Qvippe, qvo liberi omnisqve deinceps Sobolis ſeries exiſtat, qvod Regiones

nes atqve Civitates freqventes reddat, unde deniqve optimæ Reipublicæ coagmentatio fiat, *in*
4. *Novell. 140. princ.* Unde † qvoqve qvando de Nuptiis non dissolvendis, sed contractis agitur, imperfectæ probationes, puta testimonia de Fama, juramenta, & consimiles probationum species, qvarum neutra plenè probata est, conjungi possunt, *arg. c. ult. §. fin. & ibi Gloss. X. de Jurejurand. Panormit. in cap. Mulieri. num. 6. X. Eod. A. Gail. lib. 2. Obs. 94. num. 12. Mascard. de Probat. vol. 2. Concl. 1035. num. 29. Joh. Kizel. in Synops. matrimon. cap. 3. Theorem. 17. lit. G. &*
5. *c. 10. Theor. 19. lit. B.* † Pro Matrimonio namqve, tanqvam favorabili, in dubio præsumitur, *cap. ult. & ibi Decius X. de Re jud. & c. ex literis. juncta Gloss. X. de Probat. & c. si qvis acceperit. caus. 31. q. 1. c. licet ex qvadam. in f. X. de Testib. Panormit. in cap. Tua nobis. X. de Desponsat. impuber. Paris. Consil. 53. num.*
6. *3. lib. 1. & Cons. 58. num. 7.* † Qvi favor facit, ut interdum etiam semiplena probatio sufficiat, *Dn. Carpzov. in Jurispr. Eccles. lib. 3.*
7. *cap. 50. num. 9. & 10.* Et opinio † singularis alicujus Doctoris matrimonium sustinentis præfertur plurium sententiæ illud impugnantium, nisi textu aperto nitantur, *Felin. in Rubr. de Sponsal. num. 6. vers. Nono. Dec. in c. Directa. 39. n. 4. X. de Appellat. Barbat. vol. 1. Consil. 6. num. 2. Menoch. de Præsumt. lib. 2. Præsumt. 71. num.*
30. Præterea † Matrimonii probatio difficilis est, imò penè impossibilis, *arg. l. Lucius. 83. ff. de Condit. & demonstrat.* Unde † per testem unicum, vel saltem per conjecturas probari sufficit, sicut & cætera omnia, qvæ sunt difficilis probationis, *l. non omnes. 5. §. à Barbaris. ff. de Re militar.* † Plenè 8. 9. 10.
tamen probantur justæ Nuptiæ ex Matricula seu Calendario Ecclesiastico (auß dem Kirchen-oder Tauf-Buche) qvô Baptizati, Novi Conjuges copulati, & ejusmodi alia consignantur: Siqvidem sunt Ecclesiarum acta publica, qvæ non minus ac alia instrumenta publica plenam Fidem faciunt, *c. bonæ memoriæ. 23. X. de Elect. l. apud qvem. 2. C. de Edend. Nicol. de Passerib. de Privil. Script. lib. 5. c. 1. & 2. Christoph. Besold. in Thesaur. Pract. verb.* Tauf-Bücher. *Paul. Matth. Webner. Pract. Observ. verb.* Bücher. *§. 25. Dn. Carpzov. p. 1. const. 16. def. 26. num. 9. & lib. 2. Jurispr. Consistor. Def. 315. num. 2. & seqq.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses in causa Christophori Kaldofens/ zu Leipzig M. Novemb. Anno 1627. Ob nun gleich immittels alle die jenigen Personen/ so auf eurer Eltern

Hochzeit

Hochzeit gewesen / verstorben / und ihr dahero/ so wohl wegen Länge der Zeit niemand aufzubringen vermöget / so der Hochzeit bey gewohnet/ und Braut und Bräutigam zur Kirchen gehen sehen: So habet ihr doch durch den eingebrachten Extract auß dem Ehe- und Tauf-Buche der Kirchen zu St. Thomas/ so mit des Herren Pastoris D. Polycarpi Leysers Hand und Siegel bekräftiget ist / so viel erwiesen / und dargethan / daß ihr nicht allein auß einem rechten und unbefleckten Ehebette gezeuget und gebohren seyd: Sondern auch/ daß eure Eltern/ wie gebräuchlich / öffentlich seyn proclamirt, nachmahls getrauet / und Sie also ihren Kirchgang gehalten haben. Und es ist euch die Obrigkeit des Orts/ allda ihr Euch niederzulassen gedencket / das Bürgerrecht deßwegen /daß ihr niemand aufbringen und vorstellig machen könnet / so uf eurer Eltern Hochzeit gewesen/ nach Gelegenheit dieses Falles beständiger Weise zu versagen und abzuschlagen nicht befuget. V. R. W.

ECLOG. XLVIII.

Ex d. Tit. IX. §. Nuptiæ. 1. verb. Matrimonium.

Cælibatus non omninò improbandus.

SUMMARIA.

1. *Cælibatus vitæ genus DEO approbatum est.*
2. *Non qvod mereatur remissionem peccatorum.*
3. *Sed ratione finis, qvod cælebs facilius vitæ molestias tolerare,*
4. *A Mundi commercio se eximere,*
5. *Et DEO ardentius servire possit.*
6. *Qvô intuitu cælibatus Conjugio anteponendus videtur.*
7. *Cœnobia Orthodoxa probanda sunt.*
8. *Illorumq; Statuta, quæ maritatos à beneficiis Clericis excludunt, servari debent.*

1. CÆlibatus † non minus atqve Conjugium vitæ genus DEO approbatum & licitum est, *Esa. 56. vers. 3. 4. & seqq. 1. ad Corinth. 7. vers. 32. & 34. Matth. 19. vers. 11. & 12.* Non † qvod Virginitas præ Conjugio 2.
expiare possit peccata apud DEUM, mereri remissionem peccatorum, salutem & vitam æternam

 acqvirere:

acqvirere: Qvippe qvæ omnia soli merito Christi per Fidem apprehenso adscribenda sunt, *Ad Rom. 3. vers. 25. & seqq. ad Galat. 3. vers.*
3. *25. & seqq.* Sed † ratione Finis & circumstantiarum, qvod nimirum Solutis satius sit, tales manere, qvales sunt, tùm propter varias calamitates, pericula, persecutiones & adversitates, qvæ piis Christianis multoties objiciuntur, qvæqve soli facilius, qvàm unà cum Uxore & Liberis sufferre possunt, *1. ad Corinth. 7. vers. 6. &*
4. *8.* Tùm † propter evitandas tribulationes & solicitudines mundi, qvas conjugati Christiani in educatione liberorum, regendâ Familiâ, parandâq; & conservanda re familiari præ Cælibibus utplurimum sustinere tenentur, *1. ad Corinth. 7. vers. 28. & seqq. 1. Pe-*
5. *tri. 3. vers. 7.* Et deniqve, † qvod Cælibes magis curent ea, qvæ sunt Domini, ut sint sancti corpore & Spiritu, qvàm Conjugati, qvi multoties propter curam rei familiaris & statum Conjugalem à Cultu Divino impediuntur, & cogitationibus intenti à DEO distrahuntur, *1. ad Corinth. 7. vers. 32. 33. & 34. Dn. Carpzov. Decis. 114. n. 18. & seqq.* Qvarum commodita-
6. tum † externarum intuitu solùm Cælibatus Conjugio anteponi posse videtur, *Martin. Chemnitz. Locor. Commun. p. 2. Loc. de Castitat. q. 1. Et in Examin. Concil. Tridentin. p. 3. Seß. 8. ad can. 9. & 10. de Cælibat. & Virginit. cap. 1. vers. Tantum igitur. Item cap. 2 per tot. & cap. 3. Henning. Arnis. de Jure Connubior. c. 1. Sect. 7. Paul. Cypræus de Jure Connub. p. 1. de Sponsal. c. 13. §. 76. Joh. Kitzel. in Synops. Matrimon. Cap. 9. Theorem. 7. lit. B. & D.* Unde † qvoqve non tantùm su- 7.
stineri possunt, sed etiam probanda sunt illa Cœnobia, qvæ tempore Reformationis Lutheranæ, una cum cæteris abominationibus, in meliorem statum fuerunt redacta, in qvibus vel Nobiles pauperioris Fortunæ aluntur, ac precibus & Sacris Meditationibus vacant, vel Juvenes in Pietate, literis & bonis artibus educantur; Vel etiam Virgines Nobiliorum & aliorum Filiæ, sub Cura ac inspectione gravis Matronæ, qvam Dominam & Abbatissam nominant, & sub institutione Orthodoxi Pastoris in sincera Religione & vera pietate sustentantur, *Bullinger. lib. 2. Orig. error. cap. 8. Frideric. Balduin. de Casib. conscient. lib. 4. cap. 4. Cas. 8. pag. 1092. Dn. Carpzov. Decis. 114. num. 5. & seqq.* Ubi *num. 9. & seqq.* defendit, Valere † Statuta Cœno- 8.
biorum reformatorum, ut sint Cælibes, qvi & qvamdiu in iis commorari ac beneficiis fruisci cupi-

cupiunt. Atqve ita judicarunt Scabini Lipsienses ad consultationem *A. H.* zu *L. M. Septembr. Anno 1647.* Ist Anno 1534. ein berühmtes Adeliches Stift oder Closter Benedictiner Ordens von allen Päbstlichen Greueln gäntzlich reformiret / und zur wahren Lutherischen Religion gebracht worden. Und nachdem sich die Closter-Herren bißhero der Christlichen Freyheit des Heyrathens nicht gebrauchet / will ihnen anitzo solches gäntzlichen verweigert werden. Ob nun wohl zu dessen Behuff angeführet wird / daß es etwas neues und wider die alte Regula des Stifftes Benedicti, auch allerhand Confusiones und Schmälerung der Einkommen und Gefahr darauß zu besorgen: Dieweil aber dennoch der Ehestand Göttlicher Ordnung gemäße / und niemand ordentlicher Weise sich dahinein zu begeben verbothen werden mag / die alten Reguln der Päbstlichen Finsternüß dawider nicht anzuziehen / auch den angeführten besorglichen Inconvenientien andergestalt gar wohl abzuhelffen: So mag den Herren Capitularen der Ehestand nicht verweigert / noch ihnen die Privatio des Beneficii deßwegen angemuthet werden. Es wäre denn / daß in bemeltem Closter ein anders eingeführet / und auß gewissen Ursachen verordnet / welches die Closter-Herren / als Sie sich dahinein begeben / wohl gewust / und doch solche Ordnung und Statuten beliebet hätten: Auf den Fall wäre zwar den jenigen / so heyrathen wollen / ihrer freyen Beliebung nach / dasselbe zu thun unbenommen / Sie aber das Closter und die Beneficia zu qvittiren schuldig. V. R. W.

ECLOG. XLIX.

Ex eod. §. 1.

Matrimonium præstat Cælibatui.

SUMMARIA.

1. *Bachovius Cælibatum Conjugio simpliciter anteponens, improbatur.*
2. *Donum continentiæ non omnibus concessum.*
3. *Melius est nubere, qvàm uri.*
4. *Augustus cælibes graviter increpavit.*
5. *Matrimonium generis humani seminarium est.*
6. *Et in Liberorum procreatione utilitas publica versatur.*

7. *Partusq; non tantùm parentibus, sed etiam Reipublicæ nascitur.*
8. *Principes nullô Pietatis respectu cælibatum servantes, culpandi.*
9. *Homines non ad Cælibatum sed ad Conjugium à DEO creati.*
10. *Et ad illud cum benedictionis promissione invitantur.*
11. *Cælibatus saltem per accidens, Conjugium per se & absolutè bonum est.*
12. *Cælibatus probrosus fuit tàm jure Divino & Gentium,*
13. *Qvàm Græcorum & Romanorum.*
14. *Conjugatis præmia decreta fuerunt tàm jure Divino,*
15. *Qvàm jure Romano.*
16. *A qvô jus Liberorum introductum est.*
17. *Qvô qvis à Tutelâ immunis erat.*
18. *Numerus duodecim & sedecim Liberorum ab omnibus muneribus publicis liberat.*

PRoximâ Eclogâ satis fortasse ostensum est, Cælibatum non penitùs explodendum
1. esse. Non † tamen cum *Bachov. ad Matth. Wesenb. in not. ff. de Rit. nupt. num. 6.* eum Conjugio simpliciter anteponimus. Qvia
2. enim † Donum Continentiæ particulare esse & non omnibus datum, præter communem experientiam, ipsamet S. Scriptura testatur, *Matth. 14. vers. 11. & 12. 1. ad Corinth. 7. vers. 7. Martin. Chemniz. in Examin. Concil. Trident. p. 1. de Cælibat. & Virgin. c. 4. & in Locis Commun. p. 2. Loco de Castitate. q. 2. vers. Errant in personis. Beza de Divort. & Repud. Kizel. d. Theorem.*
3. *7. Lit. C.* Tunc † melius est nubere, qvàm uri, *1. Corinth. 7. vers. 9.*
4. Ex hoc casu locum habet illud † *Dion. Histor. Roman. cap. 56*, qvod Augustum dixisse refert: Cælibes homicidium committere, qvia eos non procreant, qvos nasci ex eis conveniebat; Sacrilegium, qvia tollunt genus suum à Diis immortalibus monstratum, tanqvam maximum omnium sacrorum anathematum; Impios esse, qvia nomina & honores Majorum delent; Civitatem dissolvere, qvia leges spernunt; Patriam perdere, qvia infœcundam reddunt & evertunt funditus, subtractâ radice, ex qva nasci deberent Cives. Matrimonium † enim Seminarium est Generis humani, sine qvo & sine Civibus ex eo procreatis, Respubl. nullâ ratione consistere potest. 5.
Novell. 29. in fin. princ. Unde † in liberorum procreatione utilitatem publicam versari, inqvit Pomponius *in l. 1. ff. Solut. matrim.* Et † 6. 7.
partui

partui favendum esse, ut in lucem producatur, qvi non tantùm Parenti, cujus esse dicitur, sed etiam Reipublicæ nascitur, ait Ulpian. *in l. 1. §. Et generaliter. 15. ff. de Vent. in possess. mittend. Philipp.* Knipschild *tr. de Jurib. & Privileg. Civitat. Imperial. lib. 1. c. 13. num. 11. & 12.*

8. Viri † igitur Principes ac Nobiles, qvi citra donum continentiæ, sine affectu pietatis, studiô conservandæ Familiæ, vel vitandæ bonorum Divisionis ergò, ne posteritatem habeant, sese ad Cælibatum obligant, maximè culpandos, vel dignos esse, qvorum memoria, propter contemtum Divinæ benedictionis, de terra viventium deleatur, *ex Luthero & aliis docet Paul. Cypræus de Jure Connubior. p. 1. de Sponsal. cap. 13. §. 76. num. 1. in fin. & num. 2.*

9. Et † profectò non ad vitam Cælibem cumprimis, sed ad Conjugium ineundum homines à DEO creati sunt, *Gen. 1. vers. 27. & Gen.*
10. *9. vers. 1. & 2.* † Ubi ab eo ipso cum promissione Benedictionis ad id invitantur, *Matth. Wesenbec. in parat. ff. de Ritu Nupt. num. 6.* Nempe
11. Cælibatus † bonus per se non est; qvia Societatem honestam & à DEO ad conservationem Ecclesiæ, Reipublicæ & Familiarum institutam evertit: Conjugium verò per se & absolutè bonum est, ob finem primarium, & ob qvem primitus institutum, qvi non libido est, sed procreatio Sobolis. Libido enim & inordinatus appetitus ei inest saltem per accidens, *Arnis. tr. de Jur. Connub. c. 1. Sect. 7. Henr. Hahn ad Wesenbec. d. loc. num. 6.*

Unde † videmus, etiam Jure 12
Divino, ceu Gentium, non castratos & ad Conjugium habiles in Cælibatu vivere & sine Liberis defungi, penè probrosum & despectui habitum fuisse, *Genes. 29. vers. 31. & Genes. 30. vers. 1. & 2.* Adeoqve † apud Græcos, Romanos 13.
aliosqve populos vitio versum, & Cælibes ignominiâ aliisq; pœnis notatos fuisse, tradunt *Plutarch. in Lacon. Valer. Maxim. lib. c. 4. Covarruv. tom. 1. de Matrimon. p. 2. c. 8. in pr. num. 11. Gvevar. in Horolog. Princip. pag. 156. in part. 2. Cypr. de Jure Connubior. c. 13. de Sponsalib. §. 73. n. 2. Henning. Arnis. de Jure Connub. c. 1. Sect. 5. num. 5. & seqq. Joh. Kizel. in Synops. Matrim. c. 9. Theorem. 7. lit. H. & I. Philipp.* Knipschild *d. c. 13. num. 13.*

Contrà † Conjugatis præmia in 14
Jure decreta legimus, cùm Jure Divino, qvi recens Uxorem duxerat, à necessitate proficiscendi in Bellum immunis erat, *Deuter. 20. v. 7.* Jure Romano † in capes- 15.
sendis Honoribus, Præturis, Consula-

sulatibus, aliisqve officiis mariti orbis & cælibibus præferebantur, *arg. l. in Albo. 9. C. de Decur. l. 10. l. Spurii. 6. C. Eod. l. 2. ff. de Minoribus. A. Gell. lib. 2. Noct. Atticar. c. 15. Henning Arnis. d. tract. c. 1. Sect. 5. num. 21. Paul. Cypr. d. c. 13. de Sponsalib. §. 74. vers. Sed qvia de*
16. *præmiis.* †In præmium autem fœcundi Conjugii introductum fuit Jus Liberorum, qvod aliqvando vel ab Imperatoribus, ceu obtentu difficile, impetrari oportebat. Postea verò omnibus, etiam non petentibus ab Imperatoribus ultrò concessum, *tot. tit. Cod. ibiq. Cujac. & A. Perez. de Jure Liberor.*
17. Ita † pariter eodem Jure is, qvi Romæ tres, in Italia qvatuor, & in Provinciis qvinqve liberos obtinebat, à Tutela & cura immunis erat, *§. 1. & ibi Dd. communiter, Instit. de Excusat. tutor. l. 1. C. Qvi num. liber. Covarruv. tom. 1. p. 2. de Matrim. c. 8. in prin. num. 4. Treutl.*
18. *vol. 2. Disp. 9. Thes. 2. Lit. A.* † Numerus verò duodecim & tanto magis sedecim Liberorum ab omnibus muneribus publicis personalibus Parentem immunem præstat, *l. si qvis Decurio. 24. C. de Decurion junct. l. 5. §. 2. ff. de Jure immun. A. Tessaur Decis. 267. Treutl. d. loc. Paul. Cypr. d. cap. 13. §. 74. vers. Apud eosdem. Henning. Arnis. d. loc. num. 22. & seqq. Dn. Carpzov. lib. 2. Jurisprud. Eccles. Def. 2. per tot.* Atqve ita respondit Consistorium Electorale Saxonicum Supremum ad Consultationem *Anthonii* Ferbers zu Grauppa *d. 7. Octob. Anno 1608.* Hat sich euer Sohn Melchior/ so allbereit das 42ste Jahr seines Alters erreichet / mit Annen Schließerin zu verehlichen Vorhabens / deßwegen er euch / als seinen leiblichen Vater hierein zu willigen/ gebeten und ersuchet / darzu Ihr euch aber bißhero nicht verstehen wollen/ wollet auch nochmahls nicht darein consentiren und willigen / auß Ursachen / daß bemelter euer Sohn sich gegen Euch iederzeit erkläret und vernehmen lassen/ daß Er gar nicht gemeinet / sich zu verheyrathen / sondern wolte im ledigen Stande bey Euch bleiben/ und Euch in Bestellung eures Guts an die Hand gehen / und hülffliche Dienste leisten. Ob nun wohl sonsten die Eltern / auß rechtmäßigen Ursachen/ dergleichen Consens und Einwilligung sich gar wohl entbrechen können/ und darzu nicht gezwungen werden mögen: Dennoch aber und weil die von euch angezogne Ursache gantz nicht erheblich/ und vielmehr die Ehe zu befödern/ als zu hindern/ der Ehestand auch dem Cælibat dißfalls weit vorzuziehen/ und dahero eures Sohnes Christliche Intention und Vorhaben billig vorgesetzet wird / weil

zumahl

zumahl eurem eignen Bericht nach / oberwehnte Anna Schließerin von Ehrlichen Eltern gebohren / wohl auferzogen / und derselben nichts tadelhaftiges mit Bestande nachgesaget werden mag; So habet ihr Euch dahero des Consensus nicht zu verweigern / sondern ihr werdet hierzu billig angehalten. V. R. W.

ECLOG. L.

Ex eod. §.

Bigamia & Polygamia sub pœna capitis prohibita est.

SUMMARIA.

1. *Singularis numeri in Jure positio Polygamiam excludit.*
2. *Nemo duabus aut duobus simul nubere potest.*
3. *Uxores pluribus viris nupsisse in nullâ unqvam Republ. compertum.*
4. *Prima Conjugii institutio duorum saltem fuit, qvod Novum Testamentum confirmavit.*
5. *Qvæ propriè à Justiniano Polygamiæ pœna constituta sit, à Doctoribus ambigitur.*
6. *Hodiè in Imperio Romano illud crimen gladii pœnâ plectitur.*
7. *Tàm in Masculo qvàm Feminâ.*
8. *Qvod etiam obtinet de Jure Sax.*

1. Singularis † numerus in definitione Matrimonii, cùm de Personis conjungendis mentio fit, ibi: *Viri & Mulieris &c.* ponitur, ad excludendam Polygamiam, inquit *Bachov. h.* Non †
2. enim Idem Duabus & Eadem Duobus, uno scil. eodemqve tempore, nupta esse potest, *h. text. n. ubi Dd. communiter. §. Adfinitatis, 6. cum seq. J. de Nupt. l. neminem, 2. C. de Incest. & inutil. nupt. l. nemo. 7. C. de Jud. & Cælicol.* Uxores præprimis † pluribus simul nupsisse viris, citra errorem, in nullâ 3.
unqvam Regione compertum fuisse, testatur *Augustin. lib. 3. de Doctrin. Christian. c. 12. Arnis. de Jure Connub. c. 4. Sect. 1. Kitzel. in Synops. Matrimon. c. 3. lit. C.* Notum † qvippe est, ex prima Conjugii 4
institutione, id esse unius Maris & unius Fœminæ conjunctionem, eamq; in Novo Testamento, qvicqvid

qvid tempore Veteris à Patribus, ex conniventia Divina, patratum sit, renovatam, omnemqve Polygamiam abrogatam fuisse, *Matth. 19. & Marc. 10. 1. Corinth. 7. Dn. Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consistorial. def. 3. Matth. Wesenb. in parat. ff. de Rit. nupt. num. 4. ibiq. Henr. Hahn.*

5. † Qvare, licet, qvæ de Jure Justinianeo propriè Polygamiæ sit pœna constituta, inter Doctores divortium opinionum sit, ut latè refert *Dn. Carpzov. in p. 2. Prax. crimin. qvæst. 66. n. 14. & seqq. Matth.* Berlich. *p. 4. concl. 28. num. 3. &*

6. *seqq.* Hodiè † tamen in Imperio Romano-Germanico pœna Bigamiæ est Capitalis, per verba expressa *in Constit. Crim. Caroli V. art. 121.* & qvidem ultimi supplicii, Gladii nimirum, *Matth. Stephan. & Georg. Remus ad d. art. Virgil. Pingizer. q. 8. num. 8. Matth. Wesenb. in parat. ff. ad L. Jul. de Adult. num. 8. Beust. de Matrim. p. 2 c.*

7. *44. num 5.* Tàm † in Fœmina, qvàm in Masculo, sive solutum aut ligatam, sive ligatum aut solutam qvis qvævе super induxerit, *Matth. Stephan. d. loc.* Qvod † ipsum qvoqve confirmatur disertè ab Augusto Electore Saxoniæ *in constit. 20. p. 4. Dan. Moller. ibid. Dn. Carpzov. d. loc. & p. 4. Jurispr. forens. ad d. Constitut. 20. def. 1. & 2. Hieron. Treutl. vol. 1. Disp. 8. thes. 5. lit. D. & vol. 2. Disp. 32. thes. 3. lit. A.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses ad consultationem *Qvæstoris Salzensis Mense Octobri Anno 1583.* Hat inqvisit gestanden und bekandt / daß Er ihme ein ander Weib öffentlich trauen lassen / und derselben ehelich beygewohnet / ungeacht Er wohl gewust / daß sein voriges Eheweib noch am Leben / rc. So er nun auf seinem gethanen Bekändtnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten / wie recht / überwiesen würde: So möchte Er von wegen solches begangnen und bekandten Lasters der zwiefachen Ehe mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafet werden. V. R. W. 8

ECLOG. LI.

Ex d. §. 1. verb. Individuam vitæ consvetudinem.

Conjuges se ipsos separare neqveunt.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Matrimonium tàm Divinô qvàm humanô Jure perpetuus & indissolubilis contractus est.*
2. *Qvos DEUS conjunxit, homo separare neqvit.*
3. *Unde conjuges privatâ autoritate separare se neqveunt.*
4. *In casu commissi adulterii parti innocenti sine causæ cognitione nubere non licet.*
5. *Nec Marito uxorem notoriè adulteram sine decreto Judicis expellere licet.*
6. *Qvod si fecerit, Uxor restituenda est.*
7. *Privatis executio juris non conceditur.*
8. *Justinianus divortia voluntaria annullavit.*
9. *Conjuges ad cohabitandum adigendi sunt.*
10. *Contumacesq; cogendi & puniendi.*
11. *Qvod & Elector Sax. statuit.*

1. EX *h. text. nostr.* apparet, † Matrimonium esse perpetuum & indissolubilem Contractum; id qvod etiam cum ejus Institutione in Paradiso *Genes. 1. vers. 27.* & Christi ordinatione convenit, *Matth 5. vers. 32. & c. 19. vers. 9. Marc. 10. Luc. 16.* Cum qvo concordat *Paulus Apostolus ad Rom. 7. & 1. Corinth. 7.*
2. cùm † igitur, qvos DEUS conjunxit, homo separare neqveat, *d. c. 19. Matth. c. qvos DEUS. 18. caus. 33.*
3. *q. 3.* Necessarium † conseqvens est, multo minùs Conjuges seipsos, privatâ autoritate, sine Decreto Judicis separare posse, *c. seculares.*
4. *c. historia. caus. 33. q. 2.* Qvare † etiam in casu commissi Adulterii parti innocenti non sunt permittendæ secundæ Nuptiæ, antequam Sententia desuper præcesserit, & Divortium judiciale subsecutum, vel adulter mortuus fuerit, *Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 88.*
n. 91. & seqq. Hinc † etiam non li- 5.
cet Marito propriâ Autoritate & sine Judicio Ecclesiæ vel Consistorii Uxorem, propter Adulterium, qvamvis notorium, expellere;
Siqve † contrà fecerit, Uxor ante 6.
omnia restituenda est, *c. sive de Conjugio. caus. 33. q. 2. c. porrò. X. de Divort. Panormitan. in c. ex qvæstione. num. 2. X. de Restit. Spoliat. Beust. de Matrim. num. 2. p. 2. c. 8. vers. Dici autem. Johann. Schneidew. ad tit. Instit. de Nupt. p. 4. n. 5. & 6. Beza de Repud. & Divort. p. 243. & seq. vers. & de his qvidem hactenus.*

Dn. Richter. *d. Decis. 88. num. 93.*
7. Non † enim arbitrio privatorum concedendum est, qvod Jure pariter Divinô & Humanô præceptum est, *Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr.*
8. *Ecclesiast. def. 207, num. 12.* Unde † & Imperator Justinianus *in Nov. 117. c. 10. pr.* Divortia mutuô consensu facta meritò penitus annullavit. *Beza de Repud. & divort. d. loc. Dn.* Richter. *d. Decis. 88. num.*
9. *93.* Persvasionibus † ergò & severis pariter adhortationibus à Magistratu Ecclesiastico ad cohabitandum adigendi sunt Conjuges, *c. intelleximus. 6. vers. fin. X. de Adult. & stupr. c. literas tuas. 13. X. de Restit. Spoliator. ibid. Panorm. & Felin. Joachim. à Beust. de Jure Connub.*
10. *p. 2. c. 65.* Imò † si in contumacia perseverent, coërcitioni Magistratus Politici subjiciuntur, *Johann. Harppr. ad Rubr. Instit. de Nupt. n. 135. Dn. Carpz. d. lib. 2. def. 208. n. 2. & seqq.* Qvod & in † Ordinatione Elector. Sax. Ecclesiastica, 11
tit. von Ehe-Sachen. *Rubr.* von den Ehegatten/ so einander bößlich verlassen. *Et in Ordinat. Matrimon. punct. 3.* §. Würden auch *rc.* expressè dispositum est. Atqve ita pronuntiavit Consistorium Ecclesiasticum Electorale supremum in causa Annen Simon D. Eheweibes/ Klägerin an einem/ itzo gedachten ihren Ehe-Mann Beklagten andern Theils/ *Mens. Jun. Anno 1611.* Daß Beklagter sein Eheweib / samt ihren beyden Kindern zu sich zu nehmen / und mit nothdürfftigem Unterhalt zu versorgen / dabey Sie ihme in der Haushaltung treulich vorzustehen und schuldiges Gehorsams sich zu bezeigen pflichtig. In Verbleibung dessen / werden beyde Theile von der Weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu billig angehalten. V. R. W.

ECLOG. LII.

Ex eod. §. 1.

Matrimonium dissolvitur hodiè tantummodò ob Adulterium & malitiosam desertionem.

SUMMARIA.

1. *Divortium à DEO in Veteri Testamento dispensando concedebatur.*
2. *Ut majus malum evitaretur.*
3. *De Jure qvoq; Civili permissum erat.*
4. *Vel qvâvis levi ex causâ.*

5. Vel

5. *Vel etiam pro lubitu.*
6. *Et nullâ de causâ.*
7. *Qvod mulieribus apud Judæos non licuit.*
8. *Hodiè duæ tantùm Divortii causæ sunt.*
9. *Dissolvendi autem Matrimonii adhuc plures.*
10. *Sed in istis Matrimonium ab initio statim nullum fuit.*
11. *Divortii prima causa est Adulterium.*
12. *Qvod Conjugii formam tollit.*
13. *Qvenam Actiones Marito contrà adulteram competant.*
14. *Adulterium Substantiæ Matrimonii repugnat.*

1. DIssimulari † non potest, DEUM dispensando Jus à se constitutum remisisse, & tempore Veteris Testamenti Divortium concessisse propter Σκληροκαρδίαν i. e. duritiem Cordis Judæorum, *Marc. 10. v. 5.* ne † scil. pejus qvid ex odio inveterato exoriretur. Satius enim
2. putavit JEHOVA, vinculum Conjugii relaxari, qvàm fœdioribus rixis, insidiis, veneficiis & parricidiis viam & occasionem aperiri, *Joh. Gerhard. in Loco de Conjug. num. 563. Dn. Carpz. p. 2. Prax. Crimin. q. 63. num. 14. & lib. 2. Jurispr.*
3. *Consistor. Defin. 189. num. 6.* Ita † qvoqve Jure Civili Conjuges partim bonâ cum gratiâ discedebant invicem, partim cum ira animi sui & offensa, *l. cum hic Status. 32. §. Si divortium. 10. ff. de Donat. int. vir.*
4. *& ux.* Vel † de qvavis levi causa
5. *Borcholt. ad princ. J. de Gradibus.* † & ex libera voluntate, *Arnis. de Jure Connub. c. 6. Dn. Sigismund. Finckelth. Sen. Observ. 42. num. 29. & seq.* Imò † etiam nulla de causa, ut colligitur ex *l. si constante. C. de Repud. Connan. lib. 8. Comment. Jur. Civ. c. 12. n. 5.* Ubi formam 6.
† Repudii habet, dicitqve, apud 7.
Hebræos nunqvam Mulieribus, viris autem semper Divortium facere licuisse, *Guid. Panciroll. Rer. memorabil. p. 1. tit. 6. §. Sanè Hebræorum. pag. 324. in fin.*

Hodiè † Dissolutionis totalis 8.
Consummati Matrimonii duæ tantummodò reperiuntur causæ propriè sic dictæ in verbo Divino, secundùm qvod hodiè Divortium æstimatur, *can. 12. caus. 32. q. 5. & c. Qvos DEUS. 18. caus. 33. q. 2. Beust. de Jure Connubior. p. 2. c. 10. §. Jureconsulti autem fol. 54. Henr. Hahn. ad Wesenbec. paratit. ff. de Divort. n. 9.* Sanè † præter hasce aliæ adhuc 9.
sunt causæ resolvendi Matrimonii, propter coëundi impotenti-

 am,

am, necessitudinē, errorē, metum, defectum Consensus, & similes, de qvibus pluribus agit *Job. Kizel. in Synopsi Matrim. cap. 3. & 4. per tot. & Dn. Carpz. lib. Jurispr. Consistor. 2. Def. 193. & seqq.* Sed qvia hisce
10.† Matrimonium non verè dissolvitur, sed, qvod ab initio non constitit, nullum declaratur, pro causis veri divortii, aut modis dissolvendi Matrimonii propriè sic dictis haberi non possunt, *arg. l. Julianus. 4. & l. fin. ff. de Divort. l. nam etsi. ff. de Injust. rupt. irrit. testam. l. decem. ff. de V. O. c. 1. & c. ult. X. de Frigid. & malef. P. Gregor. Tholosan. Syntag. Jur. Univ. lib. 9. c 15. num. 1. Beza de Repud. p. 143. Bocer. Class. 1. Disp 9. th. 77. & seq. Kitzel. d. Tract. c. 8. theorem. 4. Lit. A.*
11. Prima † igitur causa dissolvendi Matrimonii est ADULTERIUM, *Matth. 5. & 19. Dn.* Richter *Decis.*
12. *88. num. 90.* Utpotè † qvod Conjugii formam, scil. esse unam Carnem, *Genes. 2. vers. 24. Matth. 19. vers. 6.* sive individuam vitæ Consvetudinem, *h. text. n.* tollit. †
13. Qvare si Maritus Uxorem adulteram, aut contra, retinere nolit, Civili actione, si criminali uti nolit, coram Ecclesiastico Magistratu, ad Matrimonii dissolutionem, nec non Dotis & Donationis propter Nuptias cæterorumqve lucrorum nuptialium amissionem, agere potest; *l. Lutius. 38. l. cum Mulier. 47. ff. Solut. Matrim. l. Miles. 11. §. Socer. 3 ff. ad L. Jul. de Adulter. l. ult. C. Eod. l. Consensu. 8. C. de Repud. Novell. 22. de Nupt. c. 15. §. & rursus. Nov. 117. c. 8. Novell. 134. c. 10. §. si qvando. c. plerumq. 4. X. de Donat. inter Vir. & Uxor. Mynsf. Decad 5. Resp. 43. num. 45. A. Rauchbar. lib. 1. q. 47. num 34. Boër. Decis. 338. num. 11. Alciat. de Præsumt. Reg. 2. præsumt. 9. num 5. Peregrin. de Jure Fisci. lib. 2. tit. 8. n. 13. in fin. Jacob. Thoming. Decis. 28. Prosper. Farinac. Oper. Crimin. lib. 4. tit. 16. q. 142. num. 21. 35. & seqq. 46. & 48. Moller. ad Constit. Elector. 21. p. 4. per tot. Henr Bocer. in Tract. de Adulter. c. 3. num. 19. & cap. 5. in princ. Dn. Carpzov. d. def. 189 num. 12.* Repugnat † qvippe Adulterium Substantiæ ipsiusmet Matrimonii, adeoqve, qvemadmodum 14
Matrimonium ex duobus unum facit, ita Adulterium unitatem illam conjugalem dissolvit: Qvare propter commissum Adulterium ut Jure Divino, ita qvoqve Civili & Canonico Matrimonium dirimitur, *can. præcipit Dominus. caus. 32. q 5. can. 2. cum aliqvot. seqq. c. significasti. 4. & c. ex literis. X. de Divort. Nov. 22. c. 15. & Nov. 117. c. 8. & 9. Basil. Monner. de Matrimon. p. 5. c. 2. num. 1. Beust. de Matrimon. p. 5. c. 17. A. Gail. 2. obs. 87. num. 5. Job.*

Joh. Schneidew. Instit. de Nupt. p. 2. num. 148 Kitzel. d. Tract. c. 8. Theorem 4. lit. C. Ita, tali existente casu, pronuntiarunt Consistorii Electoralis & Ducalis Saxonici Lipsiensis Assessores d. 3. Novembris Anno 1658. **Auf Klage/ Antwort und beschuldigten Ungehorsam in Ehe-Sachen Wolff Georgens von Draschwitz Klägers an einem/ wider ungehorsams Aussenbleiben seines Eheweibes Catharinen Sophien von Enden Beklagten andern Theils/ geben wir Verordnete des Chur- und Fürstl. Sächs. Consistorii zu Leipzig** diesen Bescheid: Daß Kläger von der Beklagtin der Ehe halben billig zu absolviren: Inmassen wir ihn hiemit davon entbinden und loßzehlen/ Jhme auch / als dem unschuldigen Theile/ in andre Wege/ do Er Gewissens halber länger ausser dem Ehestande nicht leben kan/ sich hinwieder Christlichen und gebührlichen zu verehlichen verstatten und nachlassen: Der Weltlichen Obrigkeit Bestrafung wider Beklagte vorbehaltlich. V. R. W. Urkundlich mit unserm Insiegel besiegelt.

ECLOG. LIII.

Ex eod. §. 1.

Propter Malitiosam Desertionem fit Divortium.

SUMMARIA.

1. *Altera Divortii causa est Desertio.*
2. *Non quævis, aut qua ex justâ causâ fit.*
3. *Sed tantùm malitiosa, qua sub adulterio comprehenditur.*
4. *Quando quis levitate & impatientiâ freni Conjugalis conjugem deserit.*
5. *Tunc causâ cognitâ, Divortium fit, partiq; innocenti iterum nubendi potestas conceditur.*
6. *Innocens enim jure suô privari non debet.*
7. *Nec laquei conscientiæ propter aliena delicta ei injiciendi sunt.*

1 ALtera † species seu causa, propter qvam hodiè Divortium conceditur, est DESERTIO. Non qvidem † qvævis. Si enim ex justa & 2 necessariâ causâ abfit Marit9, tum Uxori non permittitur nubere alteri, nisi certa sit de Ipsius morte, *c. in*

c. in præsentia. de Sponsal. c. Dominus, 2. de Secund. Nupt. Salycet. in l. 2. n. 1. C. de Sponsalib. Beust. de Matrim. p. 2. c. 26. pr. Joh. Schneidevv.
3. *J. de Nupt. p. 4. n. 37. & seqq.* † Sed hic loqvimur de Malitiosa tantùm Desertione, qvæ sub Adulterio comprehendi potest, *Joachim. à Beust. tr. de Jure Connub. p. 2. c. 8. §.*
4. *Jureconsulti. 4. pag. 54.* † Qvando nimirum qvis à Conjuge discedit & diutius abest, nullâ honestâ causâ coactus, sed vel levitate, vel impatientiâ freni conjugalis, vel aliis non necessariis causis illectus vagatur: Wann ein Ehegatte den andern vorsetzlicher Weise und ohne erhebliche Ursachen sitzen lässet. *1. ad Corinth. 7. vers. 5. arg. c. qvoniam. §. porrò. vers. Si autem. X. Ut lite non contestat. c. perlatum. X. Qvi*
5. *fil. sint. legit.* † Tunc enim consvetô Desertionis Processu institutô & absolutô, *de qvo Beust. d. p. 2. c. 26. pag. 64. & seqq.* Justè Divortium fit, &, sententiâ desuper latâ, novum Conjugem qværendi deserto conceditur, *Beust. d. p. 2. c. 8. §. Dicitur autem. fol. 51. Paul. Cypr. de Jure Connub. p. 1. c. 13. §. 77. n. 10. Basil. Monner. de Matrim. p. 4. c. 7. n. 1. Matth. Wesenb. in parat. ff. de Divort. num. 11. Joh. Schneidevv. Instit. de Nupt. p. 4. num. 37. Johann. Harppr. ad §. Sunt & alia. 11. num. 98. & seqq. Inst. de Nupt. Bocer. Class. 1. Disp. 9. th. 80. lit. C. Treutl. vol. 2. Disp. 9. th. ult. lit. C. Martin. Chemniz. in Exam. Concil. Trident. p. 2. c. 6. & 7. Sess. 8. Theodor. Beza de Repud. p. 187. & seq. Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr. Consist. Def. 192 n. 6. & seqq.*
Neqvaqvam enim jure suô innocens debet privari, *c. discretionem. inf. De eo qvi cogn. consang. Uxor.* 6
su. Nec † laqvei conscientiæ ei sunt injiciendi, propter aliena delicta, *Beust. d. loc.* Ita respondit Consistorium Supremum Dresdense ad consultationem Jobst F. zu Linz *d. 16. Aug. Anno 1610.* Hat euer Weib Margareta / welche ihr Anno 1596. zur Ehe genommen / biß auf das 1606 Jahr euch Ehelichen beygewohnet / [illegible] in solcher Zeit sechs Kinder / davon noch eines am Leben / von Euch zur Welt gebracht: Als aber Sie darnach mit dem letzten in Wochen gewesen / und ihr euren Amts-Geschäfften nachgereiset / sich mit einem jungen Gesellen von Adel aufgemachet / hinweg gezogen / und also Euch bößlichen verlassen / und wiewohl nicht allein ihre Mutter / sondern auch ihr selbst derselben ernstlich zugeschrieben / und Euch ferner Ehelich beyzuwohnen Sie vermahnet / hat Sie doch solches alles in Wind geschlagen / und sich erkläret / Sie komme nimmermehr wieder an Eure Seite / und das Kind / so Sie hinfüro bey Euch hätte oder trüge / solte 7

solte der Teufel in tausend Stücken zureissen / gestalt Sie ferner gesagt haben soll/Sie wolte einem 100 Fl. geben/ der ihren Mann erschösse / welches in Oesterreich und ob der Enß Land-kündig; So möget ihr eure desertion-Klage wider euer Eheweib ergehen / und sie ihre Antwort darauf zu thun citiren lassen. Aufn Fall ihr nun daselbsten außführen/ und durch Urthel und Recht erhalten werdet/daß Euer Weib Euch bößlichen verlassen / Alsdenn und wofern bey Euch die Außsöhnung nicht zu erhalten / würdet Ihr der Ehe wegen von derselben gäntzlichen billig loßgezehlet. Und do ihr ohne Gefahr eures Gewissens ausser dem Ehestande Euch nicht enthalten köntet / wie Euch doch/zu Verhütung des öffentlichen Aergernüsses solches rühmlicher wäre/so möchtet Ihr auß Nachlassung Göttlicher Heiliger Schrift/ als der unschuldige Theil / Euer Gelegenheit nach / Euch anderweit in den Heiligen Ehestand wohl begeben. Wider Euer gewesenes Weib aber wird die Weltliche Obrigkeit ihr Straf-Amt zu gebrauchen wissen. V. R. W.

ECLOG. LIV.

Ex eod. §. 1.

Separatio à Thoro & Mensa, non est verum Divortium, ac non nisi autoritate Magistratus suscipienda.

SUMMARIA.

1. *Separatio à Thoro & Mensa propter insidias aut sævitiam fit.*
2. *Divortium tamen propriè dictum non est.*
3. *Non enim fit in perpetuum,*
4. *Sed tantùm ad certum tempus & spe reconciliationis.*
5. *Omnibus modis cavendum, ne conjugii vinculum rumpatur.*
6. *Elapsô tempore Separatio cessat, præstitâ cautione de non amplius lædendo.*
7. *Durante separatione si alter Conjugum cum tertio rem habeat, in Adulterii reatum incidit.*
8. *Separatio hæc privatâ autoritate & sine decreto Judicis fieri non potest.*
9. *Nisi in casu fornicationis, quô pars innocens à nocente abstinet.*

1. ALia † est ratio Separationis Conjugum, qvando videl. vel propter alterius Sævitias, vel Machinationes mortis, continuas rixas & insidias, seu alias ob justas hujusmodi causas à Thoro & Mensa separantur. (Sie werden von Tische und Bette geschieden) *Beust. d. p. 2.*
2. *c. 9.* Qvæ † tamen Divortium propriè dictum non est, *Matth. Wesenbec. in parat. ff. de Divort. num. 11. ibid. Henr. Hahn. in notat. p. 193. p. 2. Joh. Gerhard. d. loc. de Conjug.*
3. Non † enim fit animo perpetuam constituendi dissensionem, *l. Divortium. 3. ff. de Divort. Panormit. ad Rubr. X. de Divort. Covarruv. tom. 1. p. 2. de Matrimon. c. 7. §. 4. num. 1. Alberic. Gentil. de Nupt. lib.*
4. *6. c. 5. & 6.* Sed † fit tantùm Separatio Domestica inter Maritum & Conjugem ad certum tempus propter reconciliationem, qvæ intra illud tempus speratur, *c. 1. & 2. de Divort. Schurff. Consil. 42. cent.*
5. *1. Wesenb. & Habn. dd. ll.* † Et modis omnibus præcavendum, ne temerè rumpatur vinculum à DEO institutum, ut rectè sentit *Grotius ad Evangelist. Matth. c. 5. vers. 32.*
6. Tempore igitur † definitô elapsô cohabitare iterum coguntur Conjuges, cautione ex parte personæ lædentis præstitâ, de non amplius offendendo & malè tractando, *c. ex transmissa. 8. Ubi Gloss. de Restitut. Spoliator. Beust. d. loc.* Et si † 7. durante etiam hâc Separatione alter Conjugum cum alio concumbat, in reatum Adulterii incidit, *Dn. Carpz. p. 2. Prax. Crimin. q. 61. n. 56.*

Verùm † enim verò & hæc Separatio absqve præcedente causæ cognitione & Judicis decreto, privatâ autoritate, propter Confusiones, incommoda & pericula inde metuenda varia, fieri neqvit, *Dn. Carpz. lib. 2. Jurisprud. Eccles. def. 211. per tot. & p. 3. Jurispr. forens. c. 26. def. 16. n. 3. & 4.* Exceptô † illô 9. unicô casu, qvando nimirum in casu Fornicationis pars innocens ab adulterâ abstinet, ne culpam condonasse videatur, *Johann. Gerhard. d. loc. de Conjugio. §. 637. Dn. Carpzov. d. def. 211. num. 2. & seqq.* Eclogam hanc illustrabimus Responso Consistorii Eccles. Electoralis Saxon. supremi ad consultationem *Martini N.* zu *A. d. 27. Septembris Anno 1611.* dato, hoc idiomate: Hat Eure Tochter Barbara sich vor etlichen Jahren mit Thomas B. verheyrathet/ auch zwey Kinder mit ihme gezeuget. Nachdeme Sie aber uneins worden/ sich miteinander vielfältig geärgert und gezancket/ also daß es zum Schlagen kommen/ ihr Ehemann auch sich etlicher bedrohlicher Reden gegen ihr vernehmen 8.

nehmen lassen/ also daß sie nicht wieder zu ihme gewolt / seynd Sie endlich/vermittelst des Geistlichen Consistorii zu Wittemberg / von einander geschieden worden / und es giebt sich anietzo einer an/ so Eure Tochter zu heyrathen gemeinet. Ob sie nun wohl Lust zu ihme träget / ihr auch der Meinung seid/ daß solches fortgängig seyn möchte/ alldieweil die Ehe-Scheidung einmahl erfolget. Dieweil aber dennoch dieselbe weiter nicht/als zu Tische und Bette geschehen/und also vor kein rechtes Divortium und eigentliche Ehe-Scheidung zu achten / noch dadurch das Vinculum Conjugale oder Band der Ehe gäntzlichen getrennet/ also / daß die Ehe durchauß cassirt und aufgehoben worden: So mag dahero mehrerwehnter eurer Tochter sich anderweit zu verehlichen keines Weges verstattet und nachgelassen werden: Sondern Sie wird vielmehr von Euch dahin gehalten und vermahnet/ daß Sie mit ihrem Manne sich vereinige/und Sie beyde Christlichen hinfüro sich bezeigen/ und beyeinander wohnen. V. R. W.

ECLOG. LV.

Ex d. Tit. IX. §. Jus autem. 2. verb. Tales in liberos.

Jure Patriæ potestatis hodiè Pater Filium immorigerum in levioribus delictis ipsemet castigare potest, sed in gravioribus Judici puniendum tradere tenetur.

SUMMARIA.

1. *Olim Parentes Jus vitæ ac necis in liberos delinqventes habebant.*
2. *Non etiam Avi.*
3. *Hoc Jus tamen ob atrocitatem paulò in desvetudinem abiit.*
4. *Qvoniam Patria potestas non in atrocitate sed pietate consistere debet.*
5. *Hinc Parentes Liberos occidentes Parricidii pænâ plectuntur.*
6. *Etiam spurios, qvos natura ab aliis non distingvit.*
7. *Item qvoq; incestuosos ac adulterinos.*
8. *Potest tamen Pater etiam hodiè Filium inobedientem modicè castigare 5.*

9. Et in conclavi ad emendationem, non ad pœnam, clausum habere.
10. Qvem in finem Ergastula adinventa sunt.
11. Et condemnatio temporalis ad triremes.
12. Si Filius gravius deliqverit, Pater eum judici puniendum offerre debet.
13. Non enim jus punitionis, sed tantùm emendationis Parentibus concessum est.
14. Ex concessione L. 3. C. de Patriâ Potest. Judex eandem sententiam dicere tenebatur, qvam Pater volebat, qva lex hodiè non obtinet.
15. Ac pœna Judicis arbitrio commissa est.
16. Qva ad fustigationem & manus amputationem cum perpetuâ relegatione extendi potest.
17. Notabile Facultatis Lipsf. Præjudicium in causâ Filii immorigeri, qvem Pater ipse castigare voluit.

1. OLim † si liberi contra honorem ac obedientiam Parentib9 debitam, peccarent, Romanô more jus vitæ & necis Patri, (licet
2. † non qvoqve avo *Anthon. Perez. Prælect. in Cod. tit. de Patr. Potest. num. 3.*) adversum illos concessum erat. *l. in suis. ff. de Liber. & posth. l. ult. C. de Patr. potest. Dionys. Halicarnass. lib. 2. Forster. de Jurisdict. f. 202. Joh. Kitzel. in Synops. Matri-*
3. *mon. c. 7. Lit. J.* Hæc † autem severior liberorum coërcitio propter atrocitatem paulatim in desvetudinem abiit, & Imperatorum Rescriptis *in l. fin. C. de Patr. Potest. l. un. C. de emend. propinq.* sublata est. *Dn. Carpzov. p. 2. Prax. Crimin. qvæst. 100. n. 26. Ulric. Hunn. lib. 1. Variar. Resolut. tract. 2. Qvæst. 15. Acacus Enenckel. in. Tr. de Privileg. Parent. & liber. Privileg. 1. Philipp. Pascas. de Virib. patr. potest. p. 3. c. 4. Timqvell. de Pœn. temperam. caus. 18. num. 3. Mantic. de Patr. potest. c. fin. num. 24.* Qvia † non in atrocitate, sed pietate Patria Potestas 4.
consistere debet. *l. 5. ff. ad L. Pompej. de Parricid.* Churfürstl. Sächs. Schul-Ordn. *Tit.* von der *Disciplin.* und Zucht. *§. 2.* Inde † Parentes li- 5.
beros occidentes, pœnâ Parricidii plectuntur. *l. inauditum. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. un. C. de his, qvi Parent. vel liber. occidit. Johann. Schneidew. h. n. 25 & 26. Menoch. Recuper. possess. Remed. 15. num. 301. & seqq. Joh. Kitzel. d. l. Constitut. Electoral. Saxon. 3 p 4 ibid. Dan. Moller.* Etiamsi † liberi sint Naturales 6.
seu spurii: Cùm natura inter liberos non distingvat *§. si qvis verò habens. Auth. Qvib. mod. nat. effic. legit.*

legit. l. Adoptivus §. Serviles. verf.
7. *Unde nec vulgò ff. de R. N.* † Imò inceſtuoſi vel adulterini. *Nov. 74. c. 1. Nov. 89. c. 9. Dan. Moller. ad d. conſt. 3. n. 20. Fort. Garcia de Ultimo fin. jur. civil. & canon. num. 121. Dn. Carpz. Diſp. 3. de Arb. conſang. theſ. 15. num. 28. & ſeqq.* Prout ita reſponderunt Scabini Lipſienſes *Quaſtori Torgenſi Menſ. Majo Anno 1617.* So möchte er / von wegen der an ſeinem Kinde / ſo er mit N. N. im Ehebruch erzeuget / begangnen und bekandten Mordthat / zuſamt einem Hunde / Hahn / Schlangen und Katzen an ſtatt eines Affen in einen Sack geſteckt / ins Waſſer geworffen und ertränckt werden / V. R. W. Pro-
8. hibitum † tamen non eſt Patri etiamnum, Filium inobedientem citra ullam omninò injuriam modicè caſtigare. *l. ſi filius. 3. C de Patr. Poteſt. l. un. C. de Emend. propinqvor. Obrecht. de Neceſſ. Defenſ. c. 6. num. 14. & ſeqq. Menoch. lib. 2. Arbitr. jud. qvaeſt. caſ. 364. num. 3. & ſeqq. Nicol. Vigel. lib. 4. Method. Jur. civil. c. 21. q 5 Reg. 7. Johann.*
9. *Schneidew. h. n. 27.* Atqve † in certo qvodam Conclavi, citra Privati Carceris pœnam, clauſum habere, ſi modò id non ad Cuſtodiam, ſed ad morum ipſius emendationem faciat, *Joh. Schneidew. h. num. 24. Cyn. in l. un. C. de Privat. Carcer. Bartol. in l. ex facto. in f. ff. de hered. inſtit. Menoch. lib. 5. præſumt. 14. n. 4. & 5. Joh. Kizel. d. l. Dn Carpzov. p. 4. conſt. 1. Def. 17. n 4* Qvo fini, † 10 ut nim. filii immorigeri & alii homines malæ frugis emendentur, in Hollandia & qvibusdam Germaniæ Urbibus celebrioribus extructæ ſunt Domus diſciplinariæ, Zucht-Häuſer / Neteria, Spinn-Häuſer / &c. *Pontan. in Hiſtor. Amſtelodam. lib. 2. c. 9. Beſold. in Theſaur. Practic. verb.* Zucht-Haus. *Henric. Hahn ad Weſenb. parat. ff. de Obſeq. parent. & patron. præſtand. pag. 38. in part. 1.* † Imò interdum ad Triremes, auf die Galleen / ad tempus 11 condemnantur, donec reſipuerint. *Damboud. in Prax. Crimin. in Append. n. 33. Joh. Harppr. ad h. text. n. n. 14. Philipp.* Knipſchild *de Civit. Imperial. lib. 5. c. 25. num. 21. & ſeqq.*

Sin † autem gravius deliqverit 12 Filius, eum Pater offerre debet Judici puniendum. *l. ſi Filius. 3. C. de Patr. Poteſt. Perez. d. l. num. 3. Henr. Habn. d. l.* Ut † ita emendatio qvi- 13. dem, ſed non Pœna atrocior penes Parentes permaneat per *h. l. 3. & l. un. C. de Emendat. propinq. Molina Diſput. 228 num. 25.*

Ac † licet per modò allegatam 14 Legem Judex eam ſententiam dicere tenebatur, qvam Pater volebat, *Ærod. de Patr. jur. fol. penult.* ea tamen hodiè electio ſanâ ratione ademta eſt Parentibus: Ne irâ

 commoti

commoti, severius, qvàm par est, supplicium liberis immorigeris irrogari faciant: *arg. princ. Instit. de*
15. *Inoffic. testam.* Et † Judicis arbitrio pœna commissa est *Matth. Wesenb. in Parat. ff. ad L. Pompej. de Parricid.*
1. COmputatio † Graduum in Causis Matrimonialibus Canonici Juris, licet tanqvam inconcinna & absurda, ac melioribus seculis ignota, *Hotomann. p. 1. de Cast. Nupt. c. 3.* mirè exagitatur à Dd. *Beza tr. de Repud. & Divort. pag. 28. Nicol. Reusner. in Consil. suo apud Bechst. ad. dict. tractatui subjuncto. 6. pag. 319. & seq.* In Imperio pariter & terris Saxonicis recepta est, *Cypræus de Jure Connub. p. 2. de Matrim. c. 6. §. 3. n. 2. Beust. de Matrimon. p. 2. c. 51. sub fin. Matth. Wesenb. in Rubr. Inst. de Gradib. cognat. n. 5. Joh. Schneidewin. ad h. tit. nostr. Rubr. de Arb. Consang. num. 11. & Rubr. de Arbor. Canon. n. 1. Mauser. de Nupt. p. 357.* Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordn. *Rubr.* von Ehe-Sachen. *It.* Eheordnung. *punct. 2. 5.* Die Personen, welche seithalber ꝛc. *Georg* Schultz/ *in Arbor. Consang. & Affin. cap. 4. n. 8. Dn. Carpz. p. 4. c. 23. d. 9. n. 2. & lib. 2. Jurispr. Consist. def. 75. n. 11. & seq. nec non in Disput 1 de Arbor. Consang. & Affin. th. 12. num. 68. & seq. Joh.*

Johann. Bechstad. d. Tract. c. 7. p. 51. & seq. Et in Consil. Facultat. Jurid. Lipsiens. 7. annexo d. tractatui p. 340. Ernest. Cothmann. vol. 2. Respons. 69. num. 22. Henr. Hahn. ad parat. We-
2. *senbec. d. n. 4. p. 147. p. 2.* † Qvanqvam autem hoc Jure; ex novis Pontificum Decretis usq; ad qvartum gradum inclusivè, qvi secundum computationem Civilem est octavus, Nuptiæ prohibeantur, *c. non debet. 8. & ibi Abbas. X. de Consangu. & Affin.* per rationem ibidem expressam satis ridiculam, *Late Covarruv. tom. 1. de Matrim. p. 2. c. 6. §. 6. n. 9. 10. & 11. Martin. Chemniz. Locor. Commun. p. 3. de Conjug. c. 3. §. postremo. Beza de Repud. & Divort. p. 37. vers. at nostri Canonici. Tarnov. de Matrimon. lib. 1. c. 62. & 63.* Ubi Bellarmini ar-
3. gumenta refutat. Multis † tamen in locis Prohibitio hæc non observatur. Unde Constitutionibus Magistratuum cautum est, ut in tertio gradu lineæ æqvalis Computationis Canonicæ Consangvinei Matrimonium contrahere possint & prohibitio ipse extendat saltem ad Gradum eundem Lineæ inæqvalis, *Johann. Harppr. & Heig. b. l.* Qvod & in Marchia, Ducatu Wirtembergensi, Slesvvicensi &. Anhaltino, Hennebergico Comitatu, nec non in Saxoniæ Provinciis ita observatur, *Ambros. Schurer. tract. de Gradib. Loc. 12. Matth. Coler. Decis. 2. num. 2. Matth. Wesenb. in parat. ff. de R. N. num. 4. ibiq. Henric. Hahn. p. 147. in part. 2.* Churfürstl. Sächs. Lands-Ordn. *de Anno 1543. tit.* von Graden / darinnen die Ehe verbothen / *It.* Kirchen-Ordn. *Rubr.* von Ehesachen. *Tit.* Welchen Personen. §. zum andern. *It.* Ehe-Ordn. §. zum andern / *Joh. Schneidew. ad h. tit. Rubr. De Arbore Canon. c. 9. vers. & obiter notabilis. Joh. Kitzel. d. tract. c. 3. theorem. 8. lit. C. D. E. Dn. Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consist. def. 77. nec non Disp. 1. de Arbor. Consang. & Affin. thes. 28. & seqq.* † Licet inter Personas Illustres, 4.
cùm non facilè reperiant Matrimonii Sociam; id in Gradu Secundo computationis Canonicæ de consvetudine permittatur, *Hænon. Disp. 6. thes. 4. lit. H. vers. De Consvetudine Georg.* Schultz. *de Arbore consang. c. 8. memb. 1. num. 46. Joh. Bechstad. d. tract. tit. 12. num. 15.* Ita pronuntiavit Consistor. Eccles. Suprem. Electoral. Sax. ad reqvisitionem *Rudolphi à* Bünau in Wesenstein *d. 24. Aug. Anno 1608.* Als Ihr uns berichtet / daß Simon N. Annen Georgen H. nachgelassene Tochter / welche ihme der Blutfreundschaft wegen also zugethan / daß sie seines Groß-Vatern Vatern Brudern Tochter ist / zu Falle bracht und geschwängert habe / und dahero

 gefraget

gefraget/ ob diese Vermischung dem Geblüte zu nahe / und höher/ als gemeine fleischliche Unzucht zu straffen; Demnach erkennen und sprechen wir vor Recht: Weil diese Personen secundùm Supputationem Canonicam einander näher nicht / denn im vierdten Grad ungleicher Linien verwand/so mag dieses Stuprum nur vor eine gemeine Unzucht an ihnen gestrafet werden. V. R. W.

Item in causa Adam S. contra Marien B. d. 7. Julii Anno 1610. Dieweil sich in gehaltener Verhör befunden/daß Adam S. der beklagten Marien Groß-Vaters Brudern Sohn / und also juxta Canonicam graduum supputationem, darnach man sich dißfalls zu richten / ihr im dritten Grad ungleicher Linien zugethan und verwand ist / so hat in diesem Chur-Fürstenthum die Verehligung nicht statt. V. R. W.

ECLOG. LXIV.

Ex d. Tit. 10. §. Duorum autem fratrum. 4.

Inter Patrueles & Consobrinos, extra Forum Saxonicum, Nuptiæ prohibitæ non sunt.

SUMMARIA.

1. *De Jure Sax. inter Consobrinos & Patrueles Matrimonium prohibitum est.*
2. *Ex speciali Constitutione Mauritii.*
3. *Quod fermè in omnibus Evangelicis Regionibus obtinet.*
4. *In tantum, ut hujusmodi contrahentes in perpetuum relegentur.*
5. *De Jure Civ. Matrimonium inter Patrueles & Consobrinos permissum est.*
6. *Quoniam sibi Parentum & Liberorum loco non sunt.*
7. *Nec ejusmodi Matrimon. Juri Divino adversatur.*
8. *Jus Canonicum tale Matrimonium etiam prohibet.*
9. *In terris ubi nec Jus Electoris Sax. nec Canonicum valet, tale Matrimonium tutò initur.*

1. QVia † igitur ex jam dictis patet, in Foro Saxonico Matrimonium prohiberi usq; ad Gradum Tertium Lineæ Inæqvalis, seqvitur nec Fratribus ac Sororibus, nec Patruo & Fratris Filiæ, Avunculo & Sororis Filiæ, Amitæ & Fratris

tris Filiæ, Matertetæ & Sororis Filiæ, id invicem contrahere concessum esse; De qvo etiam expressè cautum est in der Chur-Fürstl. Sächs. Kirchen-Ordn. *Tit.* von Ehesachen. *Rubr.* Welchen Personen. *It.* Ehe-Ordn. *Punct.* 2. §. Die Personen/ welche seithalber. 2c. Qvod & coincidit cum Jure Civili, *§. 2. 3.*
2. *& 5. h.* † Ac id ipsum ex dicta ratione extenditur qvoqve ad Patrueles & Consobrinos in Foro Saxonum, ex speciali *Constitutione Mauritii de Anno 1543. & Anno 1557.* Churfürstl. Sächs. Kirchen- und Ehe-Ordn. *dd. ll. Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr. Consist. Def. 78. n. 8. Nec non Disp. 1. de Arbor. Consang. th. 29. n.*
3. *66 & seqq.* Qvam † Prohibitionem in omnibus ferè reformatis Augustanæ Confessionis Regionibus obtinere testatur *Tilemann. Hesbus. in Libell.* Von Eheverlöbnüssen und verbotenen *Gradibus. Reg.* 4. *Besold. in Discurs. Jurid. Politic. de*
4. *Nupt. c. 10. n. 6. pag. 52.* † in tantum, ut hujusmodi contrahentes in perpetuum relegentur, *Dn. Carpz. p. 4. Const. 22. Def. 6. n 6. & in Prax.*
5. *Crim. p. 2 q. 73. n. 29. & 61.* † Verum, qvia de Jure Civili expressè concessum est, qvod modo dictæ Personæ, Patrueles scil. & Consobrini, conjungi possint, *per text. h. n. l. Celebrandis. 19. C. de Nupt. l. si nepotem. 3. ff. de R. N. l. Conditio-ni. 2. C. de Institut. & substit. l. celebrandis. 19. C. de Nupt.* Siqvidem † 6.
ab eodem Stipite æqvaliter distant, nec sibi invicem Parentum & Liberorum loco sunt, nec in æqvales ejusmodi reverentiæ ratio cadit, *Cypr. de Jure Connub. p. 2. c. 6. §. 1. & Dd. communiter h. Bechstad. d. Tract. c. 12. n. 4. Dn. Carpz. p. 2. Prax. Crim. q. 73. n. 31. & p. 4. c. 22. d. 6. n. 4. Georg.* Schultz *in Arbore Consang. c. 8. memb. 1. n. 34. & seqq.* † Nec id Juri Divino adver- 7.
satur, testibus exemplis Permissionis in Jacobo & Rachaele, *Genes. 29. atqve aliis. Bidenbach. de Caus. Matrim. q 1. de Consang. Bechstad. d. tr. cap. 12. n 2.* Non dubitandum est, qvin extra Electoratum & Provincias Saxonicas, ubi nec Jura † 8.
Canonica, qvæ in hoc Gradu Matrimonium prohibent, *C. non debet X. de Consang & Affinit.* observantur, nec lege publicâ aliud cautum est, † consobrini & Patrueles invi- 9.
cem Matrimonium tutò inire possint, *Chemnitz. p. 3. Loc. commun. de Conjug. c. 3. §. Secundò locò. 2. vers. Ideoq; duorum. §. 1. n 19. Alberic. Gentil. lib. 5. de Nupt. c. 11. Vultej. ad h. §. n. num. 1. & 2. Joh. Kitz. d. c. 3. theor. 8. lit. A. Matth. Wesenbec. in parat. ibid. Hahn. ff. de R. N. n. 4. §. Qvartò Gradu. Dn. Carpz. d. Qvæst. 73. n. 32. & d. d. 6. num. 2. Item lib. 2. Jurispr. Eccles. d. 86. n. 4.*

nec

nec non Disput. 1. de Arbor. Consang. & Affin. th. 29. n. 61. & seqq. Ita respondit Consist. Eccles. Suprem. Elect. Saxon. ad Consultationem *Adami Idemak Mandosa à Solopisck in Stakoz d. 8. April. Anno 1609.* Als uns derselbe in Schriften berichtet / daß Er entschlossen mit der Edlen und Viel-Ehrentugendsamen Frauen Catharinen gebohrnen Berschkewin Dohalschkin von Doltz / Herrn Adam Klunnitz nachgelassene Wittiben / sich in ein Christlich Ehegelöbnüß einzulassen / welcher verstorbene Frau Mutter mit eurem Herrn Vatern Geschwister gewesen / und Euch also Ehrengedachte Frau im andern Grad der Blutfreundschaft gleicher Linien verwand und zugethan / mit angehefftter Bitte Euch unser rechtliches Bedencken und Außspruch / ob nemlichen Ihr / vermöge der Rechte / und ohne Verletzung eures Gewissens / mit wohlgedachter Frauen die Ehe Christlich vollziehen / und derselben Ehelich beywohnen könnet oder nicht / mitzutheilen. Demnach erkennen und sprechen wir vor Recht / daß vermöge Heiliger Göttlicher Schrift / auch gemeiner Käyserlichen Rechte / Geschwister Kinder sich miteinander zu verehlichen / und also auch Euch Eures Vaters Schwester Tochter / ohne Verletzung Eures Gewissens zur Ehe zu nehmen unverbothen. Wie auch ingleichen / da das Päbstliche Recht / welches die Ehe biß auf den vierdten Grad inclusivè verbeut / bey Euch in üblichen Brauch / oder sonsten zu Erhaltung mehrer Zucht und Erbarkeit in diesem andern Grad der Blut-Freundschaft gleicher Linien / die Ehe nicht verstatten würde / Ihr bey der Obrigkeit um Dispensation und Nachlassung dißfalls füglich ansuchen könnet und möget. V. R. W.

ECLOG. LXV.

Ex d. Tit. 10. §. Item Amitam. 5.

Etiam in linea Collaterali prohibitum est Matrimonium inter Personas, quæ sunt sibi invicem Parentum & Liberorum loco, licet ultra tertium Gradum cognatæ sint.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Probibitio Matrimonii interdum tertium Gradum lineæ inæqualis excedit.*
2. *Tàm de Jure Divino,*
3. *Qvàm etiam Civili & Sax.*
4. *Non hic Gradus, sed respectus paternus consideratur.*
5. *Nec magis cum talibus Personis, qvàm cum Parentibus, Matrimonium est prohibitum.*
6. *Pœna hujusmodi coëuntium perpetua relegatio est.*

1. ACcidit interdum, ut prohibitio Matrimonii tertium Gradum lineæ inæqvalis excedat. Ita Amitam, id est, Patris Sororem, Materteram, id est, Matris Sororem, Amitam Magnam, hoc est, Avi Sororem, & Materteram Magnam, hoc est, Sororem Aviæ, & deinceps &c. uxorem ducere prohibemur,
2. *h. §. n. l. 17. C. de Nupt.* † Qvod & Juri Divino conforme est, *Levit. 18. vers. 12. 13. & 14. Et Levit. 20. vers.*
3. *19.* † Nec non Juri Saxonico, Chur-Fürstl. Sächs. Kirchen-Ordn. von Ehe-Sachen / *Rubr.* Welche Personen. §. Die Personen / welche seithalber einander. *vers.* Wie dann auch niemand sich mit des Groß-Vaters Vatern oder der Groß-Mutter Mutter Geschwister / weil dieselbe der Eltern statt halten / ehelich verloben soll. Qvod & reperitur in der Ehe-Ordn. *punct. 2. §.* Die Personen / welche seithalber ꝛc.
4. Non † enim hic Gradus, sed ratio & respectus Paternus consideratur: Siqvidem qvi unô distant Gradu à Stipite in Linea Collaterali, inferioribus ex altero latere existentibus locô Parentum, & isti, respectu illorum, Liberorum loco in infinitum habentur, *per text. h. n. Et Joh. Harppr ibid. num. 1. Schrader. ad h. tit. nostr. p. 2. n. 67. Paul. Cypr. de Jure Connub. p. 2. c. 6. §. 1. num. 19. & seqq. Chemniz. Locor. Commun. p. 3. §. Secundo loco. vers. Postremo unus. Duar. de Nupt. c. 3. Kizel. d. loc. Theorem. 7. lit. H.*
Ergo † non magis cum eis, qvàm cum Parentibus licet inire Matrimonium, *Joh. Gerhard. in Loc. Theolog. de Conjug. §. 285. Dn Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 77. n. 6. & Disput. 1. De Arbor. Consf. thes. 41. num. 42. & seqq. ac th. 70. & seqq. Henric. Hahn ad Wesenbec. parat. ff. de R. N. num. 4. §. Qvarto Gradu. pag. 145. in part. 2. Joh. Bechstad. tr. de Collat. Jur. Connub. c. 11. pag. 82. cum seqq. Georg. Schultz. in Arbore* 5.

Consang. cap. 8. memb. 1. n. 53. p. 181. Unde † fit, qvod, si hujusmodi Personæ sese commisceant, perpetuâ relegatione puniantur, *per text. in Ordin. Eccles. Elector. Saxon. tit.* Von Ehesachen. *Rubr.* Welchen Personen ꝛc. *Dn. Carpzov. p. 2. Prax. Crim. q. 73. num. 56. & seq. & Part. 4. Const. 22. Def. 8. & seq.* Ita pronuntiavit Consistorium Suprem. Elect. Saxon. ad reqvisitionem *Eliæ R.* zu *D. die 27. Maji Anno 1613.* Hat sich Eure Tochter Martha anfänglichen mit Urban G. verheyrathet gehabt; Nachdeme aber der Mann gestorben / und Sie etliche Jahr hero im Wittwenstande gelebet / hat sich Matthes C. so gleichsfalls ein Wittwer und ziemlich betagter Mann bey Euch angegeben und vorbringen lassen / wie daß Er zu bemelter Eurer Tochter eine gute Affection geschöpffet / also gar / daß Er / wann es euer Wille wäre / Sie zu ehelichen gemeinet / gestalt denn auch Eure Tochter hierzu nicht ungeneigt ist. Es hat aber der Pfarrer des Orts berichtet / wie daß wegen naher Anverwandtschafft / und weil Matthes C. eurer Tochter gleichsam an Vaters statt wäre / in deme Er ihres Groß-Vatern Vatern Bruder / zwischen ihnen die Ehe nicht zuläßlich / darüber ihr von uns berichtet seyn wollet. Ob nun wohl eurem Fürgeben nach mehr-erwehnter Matthes C. in linea recta adscendente vel descendente nicht zu befinden / in welcher allein zwischen Eltern und Kindern die Ehe in infinitum verboten / sonsten aber im vierdten Grad ungleicher Linien zugelassen: Dieweil aber gleichwohl in diesem Fall nicht so wohl der Grad und proximität / als der Väterliche Respect zu beobachten / in deme mehr-erwehnter Matthes C. der Jungfrauen Groß-Vatern Vater-Stelle vertritt / nicht anders / als ob Er in linea ascendente zu befinden wäre / So mag dißfalls die Ehe nicht verstattet werden / V. R. W.

ECLOG. LXVI.

Ex d. Tit. X. §. Affinitatis. 6. & seqq.

In Affinitate eadem est Graduum Computatio eademqve Matrimonii prohibitio, qvæ in Consangvinitate.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Tantùm Cognati Mariti fiunt Affines Uxori, & vice versâ.*
2. *Licet utriusq; Conjugis Cognati semet abusivè Affines appellent.*
3. *Qvibus Gradibus Nuptiæ prohibitæ sunt ratione Cognationis: iisdem & ratione Affinitatis.*
4. *Qvoniam Affinitas simulachrum Consangvinitatis est.*
5. *Uxoris meæ defunctæ filiam, neptem, vel proneptem ducere non possum.*
6. *Etiamsi post Divortium Uxoris meæ nata sint.*
7. *Nec Avi vel Proavi &c. mei relictam Uxorem.*
8. *Neq; Uxoris Matrem, Aviam aut Proaviam.*
9. *Patrueles & Comprivigni inter Consangvineos conjungi possunt.*
10. *Ita inter Affines, mariti filias ex aliâ Uxore, & Uxoris filia ex alio Marito.*
11. *Secus est de J. Can. & Sax.*
12. *Ubi Nuptiæ inter Affines ad tertium usq; gradum lineæ inæqvalis prohibitæ sunt.*
13. *Ita ut contrafacientes relegationem mereantur.*

1. DE Affinitate † meritò ante omnia benè notam9, qvòd non una cognatio tota fiat ex contractis Nuptiis alteri9 Affinis, sed cognati Mariti fiunt Affines Uxori, & vice versa: Non autem invicem utriusqve Conjugis Cognati, *l. 4. §. 3. ff. de Gradib. c. qvod super. X. de Consang. & Affin. Henr. Hahn ad Wesenb. Parat. ff. de R. N. num. 4. pag.*
2. *145. in part. 2.* † Licet populariter & abusivè isti sese Affines appellitent, *Hermann. Vultej. ad h. tit. h. n. princ. num. 50. Joh. Schneidew. ibid. Rubr. de Arbor. Affin. n. 9. Dn. Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consist. def. 88. num. 3. & seqq.* His præsuppositis in genere pro Regula observandum est: Qvibus Gradibus † Nuptiæ prohibitæ sunt ratione Cognationis, iisdem qvoq; prohibitæ intelliguntur ratione Affinitatis, *c. 1. c. pen. X. de Consang. & Affin.* Chur-Fürstl. Sächs. Kirchen-Ordn. *Rubr.* von Ehesachen. *5.* Zum dritten. *It.* Ehe-Ordn. *Rubr.* Der ander Punct. §. zum Dritten. *Matth. Wesenbec. ad n. §. 6. n. 2. & Heig. ibid. n. 7. Joh. Bechstad. d. tr. p. 2. cap. 4. num. 4 pag. 168.* Qvemadmodum igitur in Linea Recta Matrimonium in infinitum, ut & inter eos, qvi sunt loco Parentum & liberorum in Linea Collaterali prohibetur: Ita etiam inter Affines, 3.

Affines, *Levit. 18. vers. 8. 15. 17. & c. 20. v. 11. 12. Deut. 27. v. 20. 23 1. Corinth. 5. v. 1. Ezech. 22. v. 11.* Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordnung. *tit.* Von Ehesachen. *Rubr.* Welchen Personen sich in Ehegelöbnüß mit einander einzulassen verboten. *in princ.* Ehe-Ordn. *punct. 2. in pr. vers.* Wann es auch gleich Stieff-Eltern und Stief-Kindern/ꝛc. *§. 6. 7. & 9. h. l. 12. §. 1. & seqq. l. 14. l. 15. l. 40. l. 53. de R. N. l. 4. l. 17. C. de Nupt. can. si quis. 32. q. 7. can & hoc can. si vis. 35. q. 3. cap. transmissa X. de eo qui cognov. consang. Uxor suæ. Dn. Carpz. Disp. 1. de Arbor. Consang. th. 37. n. 7. & seqq. Henr. Habn. d. loc. Bechstad d. p. 2. c. 6. n. 2. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 10. n. 10. & seq. Georg.* Schultz. *de Arbor. Consang. & Af-*
4. *fin. c. 8. memb. 1. n. 57.* Ex qvo † enim Affinitas Simulacrum qvoddam Consangvinitatis est, meritò utiqve & LINEÆ & GRADUS CONSANGVINITATIS ei accommodantur, ita ut licet nulla existat specialis Graduum computatio in Affinitate, juxta tamen Computationem Consangvinitatis Affines in certo eodemqve gradu, qvô Persona Nuptias contrahens & novam Affinitatem inducens reperitur, sint constituti, *Balthasar. Menzer. de Conjug. Rubr. de Affinib. p. 72. Dn. Carpz. d.*
5. *Disp. 1. th. 20. n. 40. & seqq.* Unde † in Uxorem ducere non possum Uxoris meæ defunctæ filiam, neptem vel proneptem, *h. §. num. 6. l. 14. §. 4. vers. Privigna qvoq. l. Arist. 4. ff. de R. N.* Etsi † istæ vel post 6.
Divortium inter me & Uxorem factum natæ sint, *§. Si Uxor. 9. h. l. 12. §. si Uxor. 3. ff. de R. N.* Item 7.
† Avi vel Proavi mei relictam Uxorem, *d. §. Affinitatis. 6. h. & d. l. 14. §. 4. de R. N.* Item Uxoris
† meæ Matrem, Aviam vel Proa- 8.
viam, *§. Socrum qvoqve. 7. h. l. 17. in f. C. Eod. latè Paul. Cypr. de Jure Connub. p. 2. c. 6. §. 2. num. 1. Monner. de Matrim. p. 4. c. 2. num. 2. & seq.* Et † contrà, qvemadmodum 9.
inter Consangvineos Patrueles & Comprivigni possunt conjungi, *§. duorum. 4. h.* & per ea, qvæ suprà
Eclog. 64. proposuimus: Ita † 10
qvoqve inter Affines Mariti filius ex alia Uxore, & Uxoris Filia ex alio Marito, vel contra, Matrimonium de Jure communi rectè contrahunt, *per text. in §. Mariti tamen. 8. h. ibiq. Matth. Wesenbec. Pruckmann. vol. 2. Consil. 11. num. 14. Bidembach. in Promtuar. Connubior. in append. c. 3. q. 2. pag. 539. circa fin. Basil. Monner. tr. de Matrimon.*
p. 4. c. 2. num. 9. † Qvod tamen se- 11.
cus se habet de Jure Can. & Saxon. per rationes in *d. Eclog. 64.* adductas, *Georg.* Schultz *d. loc. num. 64. & seq.*

Hinc

12. Hinc † & in Affinibus obtinet, qvod in Foro Saxonico, & plerisqve aliis Imperii Romani locis Nuptiæ usq; ad tertium Gradum Lineæ Inæqvalis inter Eos prohibitæ sint, *Georg.* Schultz *d. loc. n. 65. Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr. Eccles. def. 45. per tot. nec non Disput. 1. De Arbor. Consang. thes. 40. num. 13. 35.*
13. *& seqq.* † In tantum, ut contra facientes Relegationem mereantur Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordn. *Tit.* Von Ehe-Sachen. *Rubr.* Welchen Personen. *Dn. Carpz. p. 2. Prax. Crim. q. 74. n. 41. & seq. Dn.* Richter *Decis. 88. num. 75.* Ita pronuntiavit Scabinatus Lipsiensis ad Consultationem Qvæstoris Wittembergensis *M. Mart. A. 1630.* Hat M. P. Euer Amts-Unterthaner / sich mit seines Groß-Vatern Bruders hinterlassenen Wittiben in ein Ehegelöbnüß eingelassen / und hernach außerhalb Landes mit derselben trauen lassen: So werden Sie beyderseits / Inhalts Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordnung / des Landes ewig verwiesen. V. R. W.

ECLOG. LXVII.

Ex eod. §. 6.

In Secundo & Tertio genere Affinitatis Matrimonii Prohibitio nulla est, præterqvam inter illas Personas, qvæ sunt invicem loco Parentum & Liberorum.

SUMMARIA.

1. *Olim de Jure Can. Primum Affinitatis Genus usq; ad Octavum, Secundum usq; ad qvartum, Tertium usq; ad Secundum Gradum prohibitum fuit.*
2. *Sed Constitutio Innocentii prohibitionem Secundi & Tertii Gradus sustulit.*
3. *Obtinet tamen adhuc in Personis, qvæ per Interpretationem Juris sibi Parentum & Liberorum loco sunt.*
4. *Unde de J. Can. privigni viduam nemo ducit.*
5. *Idem latius ostenditur.*
6. *Et Juri Civili consentaneum est.*
7. *Hocq; in Lineâ rectâ extra controversiam.*
8. *In Lineâ autem collaterali nulla adest prohibitio.*

9. *Attamen ob evitanda scandala Magistratus ejusmodi quoq; Matrimonium dissvadere debet.*

10. *Ne scil. Appellationum confusio & cognationis turbatio oriatur.*

1. OLim † unumqvodq; trium Affinitatum Genus intra certos Gradus Matrimonii prohibitionem obtinuit; Primum usqve ad VII. sicut etiam Consangvinitas, *c. de Affinitate. c. nullum. c. nulli. 35. q 3.* Secundum usqve ad IV. Gradum *c. de propinqvis. 35. q. 3.* Tertium usqve ad II. Gradum, *c. porrò*
2. *duorum. 35. q. 3.* †At his per Innocentii Papæ Constitutionem *in c. non debet. 8. X. de Consang. & Affin.* tantisper derogatum est, ut saltem Secundum & Tertium Genera Affinitatis non impedimento Nuptiis esse dicantur, *Alber. Gent. de Nupt. lib. 5. c. 10. Beust. de Matrim. c. 51. & 53. Job. Schneidewin. de Arbor. Affin. num. 11. Beza tract. de Repud 81. Consultat. Constitut. Saxon. de Contr. Matrimon. lib. 1. q. 18. n. 6. Joh. Bechstad. p. 2. c. 3. n. 8. Joh. Kitzel. d. cap. 3. Theor. 12. lit. E. Dn.* Richter. *d. Decis. 10. num. 12. Henr. Hahn d. tit. de R. N. pag. 149. in part. 2.* Huc facit Responsum Facultat. Jurid. Helmstad. datum H. Decken zu Röbel *anno 1634. M. Octobr.* Habt ihr euer verstorbnen Haus-Frauen Bruders Hansen Roleffs sel. nachgelassenen Wittiben Gesen Meyers die Ehe versprochen, so seyd ihr solche Ehe-Versprechung mit einem gewöhnlichen Kirchengang und Copulation zu vollnziehen schuldig / und kan euch solches / weil sie euch in secundo genere affinitatis zugethan / keines Weges verboten werden. V. R. W.

Communiter † tamen hoc limitationem recipit in illis personis, qvæ per Interpretationem Juris Parentum & Liberorum loco habentur. *Dn.* Richter. *d. Decis. 10. num. 14. Matth. Wesenbec. in parat. de R. N. n. 4. Ibid. Henr. Hahn. p. 148. in part.* 3.
2. † Unde in *Can. & hoc. 12. caus. 35. q. 2. & 3.* Pontifex cavit, ut relictam Filii Uxoris suæ, qvæ privigni vidua est, nemo in matrimonium sumat; Et *in can. Contradicimus. 21. caus. ead.* expressè disponitur: † Qvod, qvi Novercam alicujus in Uxorem duxerit, post mortem ejus Privigni Uxorem ducere non possit. *Georg.* Schultz *in Arbor. Consang. cap. 8. memb. 1. n. 69.* Qvod † & Jure civili convenit, qvod nefas esse pronunciat, eos, qvi Affinitatis causa inter se Parentum & liberorum loco habentur, Matrimonio copulari, *in l. non facilè. §. hos itaq. 7. ff. de Gradib. Johann. Bechstad. d. tract.* 4. 5. 6.

tract. p. 2. c. 3. n. 8. §. Dunt, & ad-
7. *huc. pag. 160.* † Et hoc in Lineâ Rectâ extra controversiam est: Inter omnes enim, qvi sub isto gradu comprehenduntur, hanc perpetuam rationem habet & autoritatem, ut ad reverentiam in perpetuum invicem obligentur, *Bechstad. d. p. 2. c. 5. n. 1. Casp. Erasm. Brochmand. in artic. de Conjug. c. 4. q. 45. Joh. Gerhard. Loco de Conjug. §. 353. Dn. Carpz. Disp. 1. de Arbor. Consang. th. 42. n. 50. & seq.* Ita decidit Consist. Suprem. Elect. Sax. in responso suo *à Vincentio R* zu *E. reqvisito d. 2. Jun. Anno 1610.* Ob nun wohl ihres Theils an Einwilligung und Consens nicht zu zweifeln: Dieweil aber beyde Personen in secundo genere Affinitatis in auf- und niedersteigenden Linien einander verwand / und niemand seines Stief-Sohns Wittib ehlichen mag: So wird ihm diese Heyrath nicht unbillig verwehrt / und ist Er von solchem Fürnehmen abzustehen schuldig. V. R. W.

Ac extat hac de re in Foro Sax. Constit. Provinc. *de An. 1557. Rubr.* Folget nun von Personen und Graden/so von der Schwägerschaft zu ehelichen verboten. *Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. Def. 101. n. 13. & seqq. & def. 103. num. 8.*

8. In Lineâ† verò Collaterali nulla qvidem adest prohibitio; Unde qvis relictam Viduam Fratris defunctæ suæ Uxoris in Uxorem ducere potest; Et vicissim, vidua mea Sororio meo, id est, Sororis meæ prædefunctæ Marito nubere potest: Eò, qvod in Secundo Genere Affinitatis juncti sunt, *Joh. Schneidewin. h. Rubr. de Arbor. Affin. num. 13. Matth. Wesenbec. ff. de R. N. num. 4. & tit. de Gradib. num. 17. Bechstad. d. loc. num. 2. Beust. de Matrimon. p. 2. cap. 55. Treutler. vol. 2. Disp. 6. th. 2. lit. B. Frider. Pruckmann. Consil. 11. n. 15. vol. 2. Kitzel. d. theorem. 12. lit. G.* Ut tamen† 9.
scandala evitentur, Magistratus (non autem temerè aut sine gravi causa, & si res adhuc est integra) omnis generis dissvasionibus hujusmodi Matrimonium impedire debet, *Gerhard. in Loco de Conjug. pag. 528.* Ubi inter† alias rationes 10
Appellationum confusiones & cognationis turbationem ex permissione talis Matrimonii per inductionem exemplorum demonstrat *Johann. Bechstad. d. p. 2. c. 8. num. 19. & seqq. Dn. Carpzov. d. loc. num. 22. & seqq. Beust. tract. de Jure Connub. p. 2. c. 55. in fin.* Ubi re deliberatâ Theologos & Jurisperitos Wittembergenses *Anno 1553.* ita conclusisse, & secundum eam deliberationem postea in casu de facto contingente responsum fuisse refert, hâc formâ: Als Ihr uns berichtet / daß einer seiner Verstorbenen

storbenen Frauen Brudern Wittib zur Ehe nehmen wolle/ uñ daß solches von Geistlichen und Weltlichen Standes widersprochen werde/ und euch des Rechtens darüber zu berichten gebeten habet; Demnach erachtẽ und bekeñen wir Dechant Senior und andre Doctores im rechten gegründet/ daß die Ehe dißfalls unter denen Personen/ so in secundo genere Affinitatis einander verwand / nicht verboten/ sondern zuläßlich. Alldieweil aber der gemeine und ungelehrte Mann sich hieran ärgern / und solch Exempel demselben zu Blut-Schande Anleitung geben möchte / so ist die weltliche Obrigkeit befugt/ wenn die obgedachten Personen noch zur Zeit sich ehelichen und verbindlichen nicht versprochen/ sie mit allerley unser Vermahnung von ihrem Fürnehmen abzuhalten; Woferne sie aber sich mit einander allbereit ehelichen verbunden/ so würde ihnen die Vollziehunge durch Christlichen Kirchgang und eheliche Beywohnung billig erlaubet / gestattet und nachgelassen. V. R. W.

ECLOG. LXVIII.

Ex §. Mariti tamen. 8.

Comprivigni Matrimonio jungi possunt.

SUMMARIA.

1. *Comprivigni, mariti scil. filius ex aliâ uxore, & uxoris filia ex alio Marito, Matrimonium de Jure Civ. rectè contrahunt.*
2. *Ambigitur, an id de jure Divino permissum.*
3. *Sed frustra.*
4. *Et textus juris Div. de filiá, quam noverca patri in secundo matrimonio peperit, loquitur.*
5. *Comprivigni Affines propriè non sunt.*
6. *Uti nec cognati utriusq; conjugis.*
7. *Ex quorum quippe conjugio nulla prorsus affinitas matrimonium impediens nascitur.*
8. *Explicatio §. 8. J. h. t.*
9. *Hocq; obtinet etiam de Jure Can.*
10. *Hujusmodi personæ se affines in infinitum, sed impropriè, appellant.*
11. *Et licet matrimonium nullô jure inter eos prohibitum sit, placidè tamen ab eo per Magistratum abhortandi sunt.*
12. *Hujusmodi conjugium etiam à Consistoriis Evangelicis probatur.*

De

1. DE Comprivignis†(Stief-
Brüdern/ Stief-Kindern/
Stief-Geschwistern / zu-
sammengebrachten Kin-
dern) de qvibus in *h. §.* nostro agi-
tur, deqve iis disponitur : Qvod
Mariti Filius ex alia Uxore, & U-
xoris filia ex alio Marito Matri-
monium rectè contrahant, con-
sentiente *l. generali.34.§.Inter Pri-
vignos.2. ff. de R.N. l. Titia qvæ.134.*
2. *inpr. ff. de V. O.* dubium † an Juri
divino hæc Dispositio Juris Civi-
lis consonet, movet *Anton. Matth.
in Disputat. de Fundam. qvibusdam
jur. aliter faciendis.12. th.18. vers.11.*
Ubi prohibetur, revelare nudita-
tem Filiæ Uxoris Patris; Idqve,
qvia est Cognata Patris,id est, Pa-
tri tuo cognata reddita est per
3. Conjugium Matris tuæ. † Sed sal-
va res est,& autoritas Juris Civilis
hâc in re inconcussa subsistit.
Jamdudum enim *à Casp. Erasm.
Brochmand. in artic. de Conjug. c.4.
q.48.& Joh.Gerhard.in Loc.de Con-
jug.§.357.pag.530.nec nonReinhard.
Bacchov. in not. ad Treutler. vol. 2.
Disp. 6. th.3. lit. B. verb. Et Mariti
filius ex Uxore alia.* ad oculum de-
4. monstratum est, *d. vers.11.* non †
loqvi de Filia è priori Matrimonio
nata, sed qvam Noverca Patri in
secundo Matrimonio peperit: Un-
de Dn. Lutherus in versione sua
Germanica ex Fontibus ita reddi-
dit: Du solst der Tochter deines Va-
ters Weibes/die deinem Vater gebohren
ist/ und deine Schwester ist/ 2c.
Qvare † hujusmodi Comprivigni, 5.
de qvibus noster §. loqvitur, tutò
conjungi possunt. Et hoc ideò fit,
qvod hæ personæ non inter veros
Affines, qvi ob proximitatem &
necessitudinem ex Nuptiis prove-
nientem conjungi vetantur, sed
inter Affines impropriè seu popu-
lariter ita dictos referendæ. *Johan.
Bechstad. tr. de Collat. Jur. Connub.
p.2.c.9 n.1.* Cujusmodi † Affines 6.
improprii sunt utriusqve Conju-
gis Cognati inter se. *l. non facile.4.
§. Affines. ff. de Gradibus.* Etsi enim
omnes Consangvinei Uxoris sunt
Affines viri,inter†Consangvineos 7.
tamen Uxoris & viri ex eorundem
Conjugio nulla prorsus Affinitas,
ob qvam inter eos Matrimonium
impediri debeat, contrahitur; Et
idcirca † Modestinus *d. §. Affines* 8.
dicens : Affines esse viri & Uxoris
cognatos, intelligendus est, ut al-
terutrius Cognati non inter se, sed
alterutri Affines sint. Unde inter
eas Personas nulla Conjunctionis
aut Nuptiarum prohibitio est,sed,
eas rectè contrahere, dicuntur, *h.
§.n.* Qvod † etiam Jure Cano- 9.
nico obtinet in *c. qvod super. X. de
Consang. & Affin. Covarruv. Tom.
1. de Matrim. p.2. c.6. §.7. num. 7.
Joh. Schneidew. h. Rubr. de Arbor.*

Affin. num. 9. Schrader. h. p. 2. c. 72. vers. non tamen. Kitzel. d. c. 3. the-
10.*or. 11. lit. B. & theor. 12. lit. H.* † Et
licet hujusmodi Personæ se invicem Affines appellitent in infinitum, *Vultej. ad tit. nostr. num 50.* id tamen saltem, ut dictum, populari modô fit, & qvasi ob reverentiam, non propter veram Affinitatem, *Bechstad. d. p. 1. c. 16. num. 1. & seqq. Johann. Harppr. ad h. §. n. num. 1. & seqq. Joh. Gerhard. & Brochmand. d. loc. Johann. Schneidew. d. n. 9. Paul. Cypr. de Matrim. c. 6. §. 2. n. 3. p. 692. Dn. Carpzov. in Jurispr. Consistor. lib. 2. Def. 105. num. 2. & seqq. & Disput. de Arbor. Consang.*
11. *1. thes. 117. & seqq.* Qvæ † causa
qvoqve est, qvia in conjungendis hisce Personis Maximæ necessitatis & honestatis ratio militat, prout pluribus deducit *Joh. Gerhard. d. loc. de Conjug. tom. 2. p. 532. n. 338. & Bechstad. d. c. 16. num. 5. pag. 271.* qvod, si res adhuc integra est, hoc est, si nondum efficax promissio vel desponsatio intercessit, nec dum arctissimô amoris vinculô ejusmodi Personarum Animi conglutinati sunt, placidè & comiter à Proposito nupturientes sint abducendi: Sin verò admonitione istâ posthabitâ in sententiâ suâ firmiter persistant, non Legis qvodam rigore prohiberi, multo minus talia Matrimonia plenô consensu firmata disjungi vel pro illegitimis aut illicitis censeri debent, *Beust. de Matrimon. p. 2. c. 55. vers. ne autem per hoc. Hasenreffer. in Loc. comm. lib. 3. Loc. 10. de Conjug. pag. 642. vers. Ubi tamen. Consult. Saxon. p. 1. de Contract. in Append. Matrim. lib. 1. c. 18. num. 3. & seqq. Joh. Kitzel. in Synops. Matrim. c. 3. theor. 12. lit. H. ad fin. pag. 53.* † In 12.
Consistoriis igitur Principum ac Magistratuum Evangelicorum Conjugia hujusmodi omninò admittuntur. Exempli loco ponimus Responsum Consistorii Ecclesiast. Suprem. Electoral. *à Victorino* Rothen / *Pastore in Saida impetratum d. 12. Julii Anno 1608.* hisce formalibus: **Als Ihr uns schrifftlichen berichtet / daß Nicolaus E. ältester Sohn / auch Nicol genandt / seiner Stief-Mutter Tochter / welche Sie seinem Vatern / benebenst andern Kindern zugebracht / zur Ehe nehmen wolte / und gebeten / Euch rechtens / ob Sie ohne Verletzung ihres Gewissens diese Ehe zu Wercke stellen können / zu berichten. Demnach erkennen und sprechen wir vor Recht / dieweil ermelte beyde Personen einander weder dem Geblüte / noch der Schwägerschafft nach zugethan; So wird Ihnen durch außdrückliche Zulassung der Rechte die Ehe mit einander zu vollziehen billig verstattet und nachgelassen. V. R. W.**

ECLOG.

ECLOG. LXIX.

Ex d.Tit.10. §.Si Uxor. 9.

Nemo poteſt Fratris ſui defuncti Sponſam in Uxorem ducere.

SUMMARIA.

1. *Prohibitiones Matrimonii etiam reſpectu Sponſarum obtinent.*
2. *Per Sponſalia ſola Affinitas non contrahitur.*
3. *Qvoniam tamen incboatur, ab illarum Perſonarum Nuptiis in gradibus aliàs prohibitis meritò nobis temperamus.*
4. *Ob honeſtatem publicam.*
5. *Hocq; non modò inter aſcendentes & deſcendentes, ſed etiam inter collaterales.*
6. *Jure ſiqvidem Div. Sponſi pro Conjugibus habentur.*
7. *Licet enim Affinitas contracta non ſit, contracta tamen eſt publica honeſtas.*
8. *In Conjunctionibus Matrimonialibus non tantùm qvod licet, ſed & qvod honeſtum eſt, ſpectandum.*
9. *Unde cum Sponſâ Fratris defuncti, Sponſævè defunctæ Sorore, Nuptias ſine diſpenſatione Principis inire, non licet.*
10. *Cujus Uxorem ducere non licet, ejus nec Sponſam ſibi jungere permittitur.*

1. PRohibitiones, † qvarum hactenus mentio facta eſt, etiam in Sponſis locum habent, *Dn.Carpz. Diſp.1. De Arbor. Conſang. theſ. 46. num. 92.*
2. Licet † enim per Sponſalia, per Copulam carnalem non conſummata, Affinitas propriè non contrahatur, *l. 14. §. 4. inf. ff. de R. N.*
3. *l. 9. §. 1. l. 8. ff. de Gradib.* qvia † tamen per nudam Deſponſationem jam eſt inchoata, fidesqve Conjugalis data, qvæ & ipſa reverentiam aliqvam implicat, à Nuptiis Sponſi Sponſæqve Conſangvineorum in Gradibus aliàs prohibitis, meritò nobis temperamus, *Reinhard.Bacchov. in not. ad Treutl. vol. 2. Diſput. 6. theſ. 3. lit. C. & D.* † Ob 4.
honeſtatem publicam, qvæ hîc intercedit, ſvadetqve à tali Matrimonio abſtinendum eſſe, *per text.*

b. nostr. Johann. Harppr. ibid num.
2. & 3 l. 8. C. de Incest. & inutilib.
Nupt. Georg. Schultz. *in Arbore*
Consang. & Affin. c. 8. Memb. 1. num.
78. Beust. de Jure Connubior. p. 1. c.
97. § Tertius effectus est. p. 44 Joh.
Schneidewin. de Arbor. Affin. num. 6.
Alber. Gentil. de Nupt. lib. 5. c. 12.
Menzer. in loco de Conjug. p. 131.
5. Idqve obtinet † non modò inter
Ascendentes & Descendentes, sed
& inter Collaterales, *Beust. d. loc.*
num. 79. per l. 14. §. ult. & l. si qva
mihi. 12. §. 1. & 2. ff. de R. N. Siqvi-
6. dem † Jure Divinô Sponsi coram
D E O pro Conjugibus habentur;
ut apparet ex *Matth. 1. & Deut. 22.*
vers. 23. Bechstad. d. p. 2. c. 1. num.
7. *5. & c. 5. num. 6. pag. 173.* Licet †
enim, Copulâ nondum secutâ,
Affinitas contracta non sit, tamen
est contracta publica honestas,
qvæ svadet à tali Matrimonio ab-
stinendum esse, *h. text. n.* Qvia
8. in † Conjunctionibus non tan-
tùm qvod licet, sed & qvod hone-
stum est, considerandum, *l. semper.*
ff. de R. J. Beust. de Sponsalib. cap.
ult. Bechstad. d. cap. 1. num. 5. pag.
9. *153. & seqq.* Unde † cum Sponsâ
Fratris defuncti, Sponsævè defun-
ctæ Sorore Nuptias, sine Dispen-
satione Principis inire non licet,
h. text. n. & l. 8. C. de incest. & inu-
tilib. nupt. Ordinat. Provinc. Sa-
xon. de Anno 1557. pag. 188. fac. 2.

Rubric. Von Bräutigam und der
Braut / das ist / die sich mit einander
öffentlich verlobet / und doch das ei-
ne verstirbet / ehe die Hochzeit oder
Beylager gehalten. *Et Rubric.* Also
ist auch von der Tochter zu sagen.
Facultat. Theolog. Rostochiens. in
Consil. super qvæst. An qvis de-
functi Fratris Sponsam ducere
qveat, apud *Georg Dedekenn. vol.*
3. Consil. Theolog. lib. 3. Sect. 2. tit. 2.
num. 4. fol. 351. Beust. d. tract p. 2.
c. 54. Köppen *Jun. lib. 1. Observ. 40.*
num. 10. Dn. Carpzov. lib. 2. Jurispr.
Consist. def. 107. num. 5. & seqq. &
p. 4. Jurispr. Forens. c. 24. def. 13. nec
non Disp. 1. de Arbor. Consang. thes.
46. num. 94. & seqq. cum thes. seq.
Henr. Hahn. ad pamt. Wesenb. tit. de
R. N. ad verba: Solô consensu. pag.
147. in part. 2. Unde hic pro Re-
gula traditur: † Cujus Uxorem 10
ducere non licet, ejus nec Spon-
sam ducere permittitur, *Schnder.*
ad h. tit. n. Rubr. de Sponsalib. num.
70. vers. Qva Justitia. Georg. Schultz
d. num. 79. Exemplum casus in Li-
neâ Rectâ exhibet sententia, qvam
in Consistorio Elect. Sax. Suprem.
sustinuit *Marcus S.* zu Ditmans-
dorff *d. 25. Julii Anno 1617.* hujus-
modi tenoris: Habet ihr Euch un-
längsten mit Adam G. hinterlassener
Tochter Jungfer Marien / mit Ein-
willigung und Consens der Mut-
ter Annen in ein Ehegelöbnüß ein-
gelassen

gelassen und öffentliche Sponsalia gehalten. Als aber unlängsten die Braut an der gefährlichen Seuche der Pest/ nach vorgehaltener Hochzeit verstorben/ seyd ihr gemeinet mit derselben Mutter Annen G. euch zu verehlichen; Wie Ihr dann bey ihr dieses Werck durch Mittels-Personen allbereit anbringen lassen. Wañ Sie nun gleich auch Ihres Theils zu frieden seyn/ und ihr Jawort von sich geben möchte; So wäre doch diese Verehligung nicht zulässlich. V. R. W.

In casu ad Lineam Collateralem pertinentem idem Consistorium ad Superattendentem Annæbergensem *d 5. Martii Anno 1628.* ita rescripsit: Wir haben euren eingeschickten Bericht/ die vom Pfarrer zum Grünhaim M. Bartholomæo F. mit George P. daselbst / und seiner verstorbenen Braut Schwester verrichtete Copulation betreffende / verlesen hören. Begehren hierauf an statt ihrer Chur-Fürstl. Durchl. ihr wollet bemelten P. und den Pfarrer vor Euch bescheiden/ jenem/ daß Er seiner verstorbenen Tochter Verlöbnüß dem Pfarrer verschwiegen / diesem aber/ daß Er vor der Proclamation nicht besser nachgefraget / ernstliche Verweisung thun; Darneben von P. 5. Thaler Strafe abfodern und anhero übersenden: Dem Pfarrer aber / daß Er in dergleichen Fällen sich hinfüro fleissiger erkundigen soll/ auferlegen/ ꝛc.

ECLOG. LXX.

Ex d. Tit. X. §. Si adversus ea. 12.

Nefarias & incestas Nuptias contrahentes variis pœnis afficiuntur.

SUMMARIA.

1. *Moribus Consangvinei & Affines committunt incestum, & pœnam arbitrariam incurrunt.*
2. *Ascendentes & Descendentes, nisi prægnans ratio diversum suadeat, gladii.*
3. *Collaterales Consangvinei pro diversitate Graduum modò fustigationis, modò relegationis.*
4. *Idq; etiam in Affinibus servandum.*

1. NOstris moribus & in Electoratu potissimum Saxonico Consangvinei & Affines, qvi adversus LL. divinarum & humanarum præcepta coëunt, crimen INCESTUS incurrunt. *Bojard. ad Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. Incestus. num. 1. Jodoc. Dambouder. in Prax. rer. crim. cap. 94. num. 7. Matth. Stephan. in not. ad art. 17. Ordinat. Criminal. Carol. V. Matth. Berlich. p. 4. Concl. 35. n. 1.* & diversimodè, pro ratione Consangvinitatis & Affinitatis propinqvioris, graduumq; proximiorum
2. ac remotiorum, puniuntur. † Nimirum, si Commixtio fiat inter Ascendentes & Descendentes, si non fortè ætas vel aliæ circumstantiæ mitigationem svadeant, ut tantùm virgis cædantur, Gladio plectuntur. *Prosper. Farinac. p. 5. Oper. crimin. q. 149. n. 14. & 61. Jodoc. Damboud. d. c. 94. n. 4. Matth. Wesenb. in parat. ff. ad L. Jul. de Adult. num. 22. vers. nisi nefario coitu. Ibid. Henr. Hahn. pag. 749. in part. 2. Joh. Bojard. d. l. num. 3. M. Berlich. p. 4. concl. 32. n. 23. Nicol. Boër. Decis. 318. n. 1. & seqq. Matth. Coler. p. 1. Decis. 174. n. 17. Joach. à Beust. de Connub. p. 2. c. 63. sub fin. vers. Hodiè vero. per text. express. in Constit. Elector. August. 22. part. 4. ibid. Dan. Moller. n. 4. & Dn. Carpz. def. 1. & in Prax. Crimin. p. 2. q. 72. per tot. Joh. Jac. Speidel. in Specul. suo tit. 142. verb.* Blutschande. Qvod in tantum obtinet, ut nec intercessio Conjugis, qvæ aliàs in simplici adulterio opitulatur reos, locum sibi vendicet. *Matth. Coler. p. 1. Decis. 174. n. 18. Dn. Carpz. in Disp. De Arbor. Consang. thes. 20. & 21.* Atqve ita responderunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Qvæstoris Wurcensis *M. Majo Anno 1608.* So möchten Sie beyde N. N. und seine mitgefangene Tochter N. N. wegen solches begangnen und bekandten Incestus, Blut-Schande und Ehebruchs/mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafet werden; Und hat N. N. Weibes intercessio dißfalls nicht statt. V. R. W.

† Si verò inter collaterales Consangvineos incestus committatur, & qvidem in primo & secundo gradu lineæ inæqvalis, coëuntes cæsione virgarum: In secundo vero Lineæ æqvalis & tertio inæqvalis solâ relegatione puniuntur. 3.
Text. in der Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordnung *cap. 7. tit.* Welchen Personen sich in Ehegelöbnüß einzulassen verboten. §. Erstlich. *& seq.* Ehe-Ordn. *Proct. 2. §. 1. Const. Elect. Augusti. 22. in part. 4. ibid. Dan. Moller. & Dn. Carpz. def. 4. & seqq. ac in Prax. Crimin. p. 2. q. 73. per tot. nec non Disput. 3. de Arbor. Consang. th. 23. & 26. Henr. Hahn ad Wesenb. parat.*

part. ff. ad L. Jul. de Adulter. num. 21. §. Qvi incestu jus sangvinis polluunt. p. 749. in part. 2. Matth. Berlich. p. 4. concl. 33. n. 12. & seqq. Joh. Jacob. Speidel. d. loc. Qvoad primum genus pœnæ ita responderunt Scabini Lipsienses contra A. N. & H. J. zu D. *M. Decemb. A. 1603.* Dieweil auß der abgehörten Personen Aussage endlichen zu befinden / daß die gefangene Weibs-Personen H. J. mit welchem sie fleischliche Unzucht begangen/im andern Grad ungleicher Linien mit Blutfreundschaft verwandt / sintemahl ihre Mutter desselben Schwester ist: So werden Sie von wegen solcher begangnen und bekandten Blut-Schande/ weil Sie beyde ledige Personen / mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.

Qvoad secundum pœnæ Genus, ita iidem responderunt Philippo ab Hausen in Balhausen *M. Jun. Anno 1623.* Hat J. T. ein Wittwer mit A. L. seiner Schwester Kindes Kind/fleischliche Unzucht getrieben/ und es ist berührte A. L. schwanger worden / und darauf einer Tochter genesen; So ist J. T. das Kind biß es das 12. Jahr seines Alters erreichet / und sich selbsten ernehren kan / mit Nothdürftigem Unterhalt zu versorgen schuldig: Und werden beyde Personen / solcher ihrer Verbrechung halber / mit ewiger Landes-Verweisung in Strafe genommen. V. R. W.

† Affinitate verò conjuncti in Lineâ Rectâ, vel in primo Gradu Lineæ Collateralis, virgis cæsi in perpetuum relegantur: Sed in Gradu Lineæ inæqvalis Secundo & tertio arbitrariâ relegationis pœnâ plectuntur, pro diversitate Proximitatis & Gradus, *Constitut. Aug. 24. in part. 2. verb.* deßgleichen der *x.* Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordn. § zum dritten. *Georg.* Schultz *ad hunc. §. nostr. lit. G. & in Arbore cap. 9. num. 25. & seq. Dn. Carpz. in Prax. Crim. p. 2. q. 74. & in Jurispr. Forens. ad A. const. 24. Def. 1. & seqq. Nec non in Disput. 3. de Arbor. Thes. 24. & 25. Henr. Hahn. ad Wesenb. d. loc. pag. 750. in part. 2. Dn. Philipp. Christoph.* Richter *Decis. 88. n. 67. & seqq. Matth. Berlich. p. 4. Concl. 35. num. 9. & seqq.* Qvoad primum pœnæ genus ita responderunt Scabini Lipsienses Contra C. R. zur Augustusburg *M. Octobris Anno 1630.* Hat C. R. gestanden und bekand/ daß Er nach seines Brudern Tode dessen Wittib fleischlich erkandt / und sich mit derselbigen in Böhmen ehelichen trauen lassen; Inmassen Er auch zwey Kinder mit Ihr gezeuget / sie ist aber unlängsten Todes verblichen / *x.* So wird inqvisit solcher seiner Verbrechung wegen öffentlich zur Staupen geschlagen/ 4.

gen / und des Landes ewig verwiesen. V.R.W. Similiter pronuntiarunt JCti Jenenses *M. Decemb. A. 1638.* Ita verò in secundo pœnæ genere Lipsiens. M. S. zu Lengefeld *M. Aug. Anno 1629.* hat M S in gutem bekant/ und gestanden / daß mit N.E. auch einen Wittwer / welcher ihres Vatern vollbürtige Schwester zur Ehe gehabt / fleischlichen zugehalten / ꝛc. So wird Sie derowegen des Landes ewig billig verwiesen. V. R. W. Nec non JCti Jenenses *M. Januar. Anno 1624.* ad reqvisitionem Andreæ Reuters zu Altenburg: Hat Barthel Wirth zu Obern-Trebra ein Wittwer sich mit Paul Eulangers hinterlassenen Wittiben verehlichen wollen: Weil aber erwehnten Barthel Wirths Mutter / und dero Annen Eulangens Großvater leibliche Geschwister / hat auf sein schriftliches Ansuchen / das Fürstl. löbl. Consistorium zu Altenburg Bedencken getragen / dessen Suchen statt zu geben. Haben nun folgends gedachte beyde Personen ehelicher Weise sich zusamen gefunden / und ist die Wittib Eulawin den 28. Augusti nechst verschienen 1623. Jahres zweyer jungen Söhne genesen: So sind sie auf ein Jahr des Landes zu verweisen. Es wolten dann oftgedachte Personen einander ehlichen / uñ könten bey unser gnädigen Fürstl. Obrigkeit der nahen Verwandnüß wegen Dispensation erlangen / auf solchen Fall würden sie mit zeitlichen Gefängnüß oder einer ziemlichen Geld-Buß / ihrem Vermögen nach / billig gestrafet. V. R. W.

ECLOG. LXXI.

Ex §. Aliqvando autem. 13.

Concubinatus est prohibitus.

SUMMARIA.

1. 2. Jure civili Romano ut & Canonico concubinatus permittitur, aut minimum toleratur.

3. Rectius & juri Divino convenientius agunt, qvi eundem damnant.

4. Qvod & Leo, & noviores Recessus Imperii faciunt.

5. Indeq; hodie pœnâ carceris vel relegationis coërcetur.

1. LEge Romanâ Concubinatus qvidem permissus erat *h. text. n. l. 3. & tot. tit. C. de Concub. Nov. 18. c. 5. & similib.* adeò, ut diceretur Matrimonium, licet inæqvale. *l. 3. C. de Natur. liber.* Licita Conlvetudo. *l. 5. C. de Senat. Orphit.* Uxorem differ-

re

re à Concubina solâ dignitate. *l. 49. §. 4. de legat. 3.* & honore & affectione Maritali. *l. 31. pr. de Donat. Hottom. 5. obs. 6. A. Fab. 1. Jurispr. 9. pr. 5. ill. 3. Henr. Hahn. in observ. ad Wesenb parat. tit. de Concubin.*
2. *ad vers. Jure autem Canonico.* † Toleratum tamen saltem Jure Romano Concubinatum, non probatum, dicit *Cons. 1. Miscell. 3. n. 6. & seqq.* etiam noviori, *Först. lib. 6. de Success. c. 3. & 4. Gœdd. ad l. 144. de V. S. num. 9. Oswald Hillig. in Donell. enucl. lib. 13. cap. 18 lit. Dd in not.* Ut maximè enim Jus Civile nullum concubitum, extra Conjugium approbat, attamen in Concubinatu connivet, eumqve modò non prohibita Concubina assumatur, extra pœnam legis esse statuit; ut istâ ratione majoribus forte delictis occurratur. *arg. l. un. C. de Concubin. l. Massurius. 144. ff. de V. S. ibiq; Gœdd. n. 9. Nov. 18. 74. & 112. c. 2. Clarus lib. 5. Receptar. sentent. §. Fornicatio. num. 5. & 9 Wesenb. in parat. d. tit. n. 2. Treutl. vol. 2. Disp. 14. th. 3. lit. A. & Disp. 6 th. 7. lit. E. Joh. Kitzel. in Synops. Matrim. cap. 9. theor. 3. lit. C.* Ita & Jus Canonicum sub certis reqvisitis *in can. solet. 6. caus. 32. q. 2.* recensitis, Concubinatum admittit.

3. † Sed rectius edocti Politici pariter atqve Theologi, de Jure Divino, qvô omnis conjunctio extra legitimum Matrimonium damnatur. *1. Corinth. 7. vers. 2. & 9. ad Hebr. 13. vers. 4. Matth. Wesenb. d. l. num. 3. in fin.* tàm in veteri qvàm novô Testamentô, *Hahn d. l. Prosper. Farinac. Oper. crimin. lib. 4. tit. 16 q. 138. n. 25. & seqq. Jacob. Toming. Decis. 48 num. 18.* Concubinatum parum aut nihil à Scortatione differre existimant *Matth. Wesenb. in parat. ff. ad L. Jul. de Adult. num. 21.* cum omnes reliqvi concubitus extra Conjugium, fornicarii, conscientiam lædentes & illiciti esse censeantur. *Jer. c. 5. vers. 5. 1. Cor 6. vers. 9. 13. 15. Ad Galat. c. 5. vers. 19. Ad Ephes. 5. vers. 3 & seqq. Ad Hebr. c. 13. vers. 4. Ad Coloss. c. 3. vers 5. Matth. 3. vers 28. Wesenbec. d. l. Decian. tr. crim. lib. 6. c. 21. n 5. & n. 25. A. Gomez. in l. Fauri. 80 n 4. Joh. Kizel.*
d. c. 9 theor. 4. lit. A. † Unde eun- 4.
dem qvoq; Imperator Leo *Nov. 9.* tanqvam rem turpissimam rectè sustulit. *Henr. Hahn. d. l.* Qvem secuti sunt Imperatores Romano-Germanici in *Recess. Imper. de An. 1530 & 1548.* Reformation guter Policey *de An. 1530 tit.* von leichtfertiger Beywohnung. Nec non Elector Saxon. Mauritius in der Landes-Ordn. *de Anno 1550. sub tit.* von verdächtigen und leichtfertigen Weibes-Personen.

† Proinde nullum est dubium, 5.
qvin Concubinarii pœnam mere-

antur arbitrariam Carceris, vel, pro ratione circumstantiarum, Relegationis. *arg. Constit Elect. Aug. 28. p. 4. Dn. Carpz. in Prax. Crim. p. 2. q. 70. n. 38. & seqq. Et p. 4. Jurispr. Forens. Const. 28. def. 5. Ut & lib. 2. J. Consist. def. 235. num. 15. & seqq.* In qvam sententiam responderunt Scabini Lipsiens. *C L M* und A. W. M. *Martio Anno 1630.* nach Ortrant. Hat L. M. ein Wittwer bey euch mit A. W. so er eine geraume Zeit her im Haushalten vor eine Haushälterin oder Außgeberin gebrauchet / fleischlichen zugehalten / und es haben beyde Personen / daß Sie eine Zeitlang / als ob Sie Eheleute wären / sich zusammen gehalten / und mit einander fleischlichen vermischet / gestanden und bekandt: So werden Sie alle beyde / woferne Sie einander zu ehelichen nicht bedacht / drey Wochen lang mit Gefängnüß gestrafet; Mit dieser Verwarnung / daß / wo Sie hinfüro davon nicht abstehen / und einander müssig gehen werden / Sie mit Landes-Verweisung in Strafe genommen werden sollen. V. R. W.

ECLOG. LXXII.

Ex eod. §. 13.

Legitimati per Subseqvens Matrimonium, itemq; per Rescriptum Principis, etiam mediante Comite Palatino, procreatis ex Justis Nuptiis æqviparantur, & Civium consortio digni judicantur.

SUMMARIA.

1. *Legitimatio per Oblationem Curiæ ab usu recessit.*
2. *Legitimatio per subseqvens Matrimonium hodieq; valida, idem præstat.*
3. *Sicut & Legitimatio per Rescriptum Principis aut Comitem Palatinum.*
4. *Indeq; taliter Legitimati ad Jus Civitatis & Collegia admittendi.*

1. Legitimabantur olim Naturales per OBLATIONEM CURIÆ, *h. text. nostr. Nov. 89. c. 2.* Qvia enim non leve onus erat Decurionatus, à Theodosio & Leone inventus est modus iste legitimandi, qvô plures Curiarum oneribus ferendis præsto essent, *arg. l. 3. & l. 4. C. de Natur. liber. Bachov. ad h. §. n.* Qvi modus

modus tamen hodiè mutatâ formâ Reipubl. ab usu recessit, *Heur. Habn. ad Wesenb. tit. de his qvi sunt sui. §. aut per Oblationem Curiæ.* †

2. Remansit autem alter legitimandi modus per SUBSEQVENS MATRIMONIUM, *h. text. n. Nov. 12. c. 4. Nov. 74. Nov. 89. c. 8.* Qvô retrotrahitur tempus Matrimonii ad tempus Nativitatis, ita ut Matrimonium contractum esse censeatur, ante nativitatem filiorum extra-nuptialem, ut sic ab initio & retrò Liberi, & semper legitimi esse videantur, *A Gail. 2. Obs. 14. n. 1. Mynsing. 3. obs. 26. n. 9. Habn. d. loc.*

2. *tutor.* † Unde Mulieres in foro Saxonico ipsæmet Curatore indigent in contrahendis negotiis, per *Const. Elect. Aug. 15. §.* gleicher gestalt soll auch den Weibes-Personen *p. 2.* Non autem ei, qvi in Tutela vel Cura est, aliorum tutelam vel Curam subire Jura permittunt. *§. Item major 13. vers. cùm sit incivile. Instit. de Excus. tutor. l. ult. C. de legit. tu-*
3. *tor.* † Nihilominus tamen solô pietatis intuitu, qvæ juris subtilitates respuit, & ratione amoris, qvem erga liberos fovent, iisqve optimè prospectum cupiunt, Matri & Aviæ Tutela Liberorum, tàm Naturalium qvàm Legitimorum, ita defertur, ut, si tutelæ onus subire velint, ipsis etiam Agnatis & cognatis, exceptis Testamentariis Tutoribus, tàm de Jure Civili novissimo, qvàm Saxonico præferantur. *Nov. 118. cap. 5. Auth. Matri & Aviæ. C. Qvand. mul. tutel. offic. fung.* Landr. *lib. 1. art 11. in fin. & Gloss ib. A. Fab. in Cod. lib 5. tit. 21. def. 1. n. 7. Gutierez. de Tutel. & Curator. p. 1. c. 8. n. 7. Decian. Cons. 16. num. 2. & seq. Marian. lib. 2. Cons. 16. num. 19. Paul. Montan. Tract. de Tutel. c. 15. num. 8. Corn. lib. 3. Cons. 101. Matth. Wesenbec. tit. de Tutel. num. 5. Dn. Christoph.* Richter *p. 1. Decis. 18. num. 3.*
† Ita tamen, ut non admittantur, 4.
nisi sint Majorennes, *l. 2. C. Qvand. mul. tut. off. Montan. d. c. 15. num. 18. Nicol. Boer. Decis. 124. num. 7. Chassan. in Consvetud. tit. Des enfans des Plusier licts. §. 6. princ. Gutierez. d. p. 1. c. 7. num. 18.* † Et insu- 5.
per SCto Vellejano & Secundis Nuptiis judicialiter renuntient, *d. Auth. Matri. cum Auth. Sacramentum. C. dict. tit. Petr. Heig. p. 2. q. 13. num. 46 Joh. Schneidewin. d. loc. Dn. Carpz. p. 2. Jurispr. forens. c. 11. def. 14. & lib. 5. Resp. 80. num. 11. & seqq. Henr. Hahn ad Wesenbec. d. n. 5. pag. 213. in part. 2. A. Perez. in Cod. tit. Qvando mul. offic. tut. num. 1. & 2.* † Et hoc propter suspicio- 6.
nem sinistram, qvòd mulieres novis Maritis non solummodò bona,

sed

sed etiam vitam liberorum addicant, *l. lex qva Tutores, 22. §. Lex*
7. *enim. C. de Administ. Tutor.* † Cùm igitur Mater ad secunda vota transiens omnimodò expellenda sit à tutela, *per text. in Auth. Sacramentum. C. Qvando mulier tutel.* seqvitur, eam tutricem esse non posse, tametsi agnati cognatiqve omnes consentiant, *A. Fab. in Cod.*
8. *lib. 5. tit. 20. def. 11. per tot.* † Unde nec tutelam recuperat Mater iterum vidua facta: qvia cùm suspecta abierit à tutelâ filiorum, adhuc durat suspicionis causa, propter Sobolem ex posteriori fortè viro susceptam; qvam verisimile est prædiligere eam, & Patri novo scil. Marito, non tantùm res, sed & vitam addicere, *Mynsing. cent. 3. Obs. 83. Job. Gutierez. de Tutel. p. 1. c. 8. & 9.* Etiamsi liberi consenserint, ut secundo nuberet, *Boër Decis. 185 n. 22. Spinosa in specul. testam. Gloss. 29. n. 10. & 11.* Ita responderunt Scabini Lipsienses Mens. Septemb. An. 1632. S. F. Viduæ in Mügeln. Seyd Ihr Euer Kinder Vormundschaft uf euch zu nehmen und gebührlichen zu verwalten Vorhabens/ rc. So werdet Ihr/ vermöge der Rechte/ vor allen andern Bluts-Freunden/ außerhalb des väterlichen Groß-Vatern / wann der noch verhanden/ und selbst Vormund seyn wolte/ dazu billig zugelassen. Ihr seyd aber denen Secundis Nuptiis und SCto Vellejano, iedoch ohne Eyd / zu renunciren/ und Euch von der Obrigkeit / unter welcher Ihr und Eure Kinder gesessen / zum Vormunden gebührlichen bestättigen / auch ein Tutorium zu legitimirung Eurer Person in Einmahnung der Schulden außantworten zu lassen pflichtig. V. R. W.

Nec non Facultas Juridica Helmstadiensis *d. 19. Novemb. Anno 1600.* ad Annam W. H. Daß die legitima administratio Eures unmündigen Sohns Lehn- und Theil-Güter / Euch / die Ihr nun eure XXV. Jahr erreichet/ und im Wittbenstande bißhero verblieben / auch ferner zu verbleiben gemeinet / vor dem Agnaten C. W. des widrigen Einwendens ungeachtet/ zustehe und gebühre / auch dazu von der Obrigkeit zuzulassen und zu verstatten seyd. V. R. W.

ECLOG. LXXXIII.

Ex TIT. De Attiliano Tutore. XX.

Dativus Tutor seu Curator debet dari à Judice petentis.

Hh 2 SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Jure Civili Tutoris Datio ex speciali concessione est,*
2. *Non Jurisdictionis, nec Imperii.*
3. *Hodie qvilibet Magistratus, mixtum habens Imperium, rectè dat Tutorem.*
4. *Camera immediatis Imperii dat Tutores.*
5. *Adhæret hodiè Tutoris Datio Jurisdictioni ordinariæ.*
6. *In terris Saxonicis Inferiori Jurisdictioni.*
7. *Magistratus Pupillis Tutores non constituens convenitur ex Syndicatu.*
8. *Debet autem constitui Tutor à Magistratu Pupilli, non Tutoris.*

1. TUtore Testamentariô aut legitimô non extante Tutor datur à Magistratu, *pr. h. & Mynſ. in not. ibid.* cui ea potestas specialiter data est, *l. muto. 6. §. tutores. 2. ff. de tutel. Georg. Franzk. Exercit. 3. q. 1. Et lib. 1. Resolut. 17. num. 5. & seqq. Treutl.*
2. *vol. 2. Disp. 8. thes. 4. lit. A.* † Nec enim Tutoris Datio est Jurisdictionis, nec competit Jure Magistratus, *Henr. Hahn ad Wesenb. ff. de Tutor. & curat. dat. num. 1. pag. 222. in p. 2.*

3. Hodiè, mutatâ Reipubl. formâ, qvilibet Magistratus Municipalis & Civitatum Judex, qvi habet mixtum Imperium, indistinctè Tutores dare potest, *Carol. V.* Policey-Ordn. *de Anno 1548. &* Reichs-Abschied *de Anno 1577. Rubr.* Von den Pupillen und Minderjährigen. §. So wollen wir. Qvod consvetudine passim observatur, *Georg.* Schultz *in not. h. lit. A. Joh. Schneidewin. h. tit. Rubr. Qvi poss. dare tutor. num. 4. Treutler. d. loc. Joh. Zanger. tract. de Except. p. 2. cap. 8. num. 10. vers. modò talis. Mynſ. cent. 1. Observat. 87. vers. si tamen talis. Matth. Berlich. p. 2. Concl. 18. n. 9.* † Ita Camera Imperialis immediatè Imperio subjectis Tutorem dat, 4
Ordin. Camer. p. 3. tit. 3. A. Gail. 1. Obs. 1. num. 42. P. Frider. de Process. c. 12. num. 2. & c. 20. num. 1. Theodor. Reinking. de Regim. Secul. p. 2. Cl. 2. c. 14. num. 22. & seqq. Henr. Hahn d. loc. † Annexa est scil. hodiè 5
Tutoris Datio Jurisdictioni ordinariæ, (qvalis qvoqve est Academica) † etiam de Jure Saxonico 6
Inferiori Jurisdictioni, den Erb-Gerichten / *Georg. Franzk. lib. 1. Resolut. 16. num. 4. & Resolut. seq. 17. num. 7.* Ubi *in seqq.* ad rationes dubitandi respondet; Et hanc assertionem nostram etiam ad casum, qvando

qvando Curator Mulieri dandus est, extendit, *n. 67. & seqq. Matth.*
7. *Berlich. d. Concl. 18. n. 10.* Qvin imò Magistratus hanc Officii sui partem negligentes & omittentes, ob damnum inde Pupillis illatum, de Syndicatu conveniri possunt, *Schrader. de Feud. p. 10. Sect. 20. n. 10. Philipp.* Knippschild *tract. de Jurib. & Privileg. Civitat. Imperi-*
8. *al. lib. 5. c. 17 num. 2.* †Qvod si verò Pupillus seu Minor & Tutor seu Curator diversos agnoscant Judices, ab eo tunc Judice dandus est, cujus Jurisdictioni Pupillus seu minor Subjectus est. Concernit enim hic actus propriè Personam Minoris, qvare & in eo Foro, ubi minor Forum & Domicilium habet, expediri debet, *l. fin. vers. delegatus. de Judic. in 6to. ibiq. Philipp. Franc. num. 1. Dan. Moller. ad Const. Elector. 15. n. 10. in pr. Matth. Berlich. p. 2. concl. 18. num. 4. My sing. cent. 1. Obs. 87. Dn. Carpz. p. 2. const. 15. def. 26. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 12. num. 11.* Nec inter casus Voluntariæ Jurisdictionis hujusmodi constitutio referri potest, ut in simili, in casu nimirum Curatoris Mulieris ordinandi resolutivè decidit Serenissimus Sax. Elector modernus Johann. Georg. II. in Novissima Decisione sua 59. Atqve ita jam dudum responderunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Mariæ Frentzels Mens. Septembr. Anno 1631. Es wird Euch aber ein Curator von der Obrigkeit / unter welcher Ihr gesessen / billig verordnet. V. R. W.

ECLOG. LXXXIV.

Ex d. Tit. 20. §. Cùm ergo. fin.

Tutores, simul proximi heredes Pupillo existentes, finitâ demùm Tutelâ; Reliqvi qvotannis rationes reddere tenentur.

SUMMARIA.

1. *Jure Civili Romano Tutores finitâ demum tutelâ rationes reddunt.*
2. *Nisi honorarii sint aut suspecti.*
3. *Jure Canonico Tutores sicut alii Administratores, qvotannis ad rationes reddendas tenentur.*

4. *Et, secundùm Recessus Imperii modernos, etiam irreqvisiti.*
5. *Idem in Foro Saxon. obtinet.*
6. *Lipsiæ Senatui Urbico non Subjecti, Subditis tamen ejus Tutores constituti, rationes coram Deputatis Senatus reddunt.*
7. *Qvæ dicta sunt de rationibus reddendis, in omnibus Tutoribus procedunt.*
8. *Tutores proximam spem succedendi habentes Jure Saxonico demùm finitâ Tutelâ rationes reddunt.*

1. DE Jure Communi Tutores non nisi finitâ Tutelâ rationes reddere tenentur, *per text. h. n. l. nisi finita. 4. ff. de Admin. tutor. Schneidew. h. Rubr. Qvod est officium Tutoris. num. 3. Henr. Hahn ad Wesenb. ff. de Tutel. p. 6. pag. 218. in part. 2.* Absurdum namqve esse reputat Ulpianus, à Tutore rationem administrationis negotiorum pupilli reposci, in qva adhuc perseverat, *l. 9. §. Generaliter. 4 ff. de Tutel & ration. distrah.*
2. † Exceptis Tutoribus honorariis, à qvibus assiduè rationes exigere Lex permittit, jubetqve, *l. si plures. 3. §. Cæteri. 2. ff. de Administ. & peric. tutor.* Et nisi causa suspicionis intercurrat, *arg. l. fin. ff. de Suspect. Tutor. l. Tutor. 3. §. si tutor. 17. ff. Eqd. Johann. Harppr. h. n. 5. Matth. Berlich. p. 2. Concl. 13. num. 1. Matth. Wesenb. in Comment. ff. de Tutel. & rat. distrahend.*
3. † Sed de Jure Canonico omnes Administratores, adeoqve & Tutores qvotannis ad rationum redditionem obstringuntur, *Clement. 2. §. Ut autem præmissa. de Relig. dom. Matth. Wesenbec. in not. marginal lib. ad Schneidew. d. loc. lit. D. Matth. Berlich. d. loc. n. 2 & seq.*
† Qvod hodiè tantopere desideratur, ut Tutor jubeatur singulis annis, etiam irreqvisitus & suâ sponte, rationes reddere, Reichs-Abschied *de Anno 1548. Tit.* Von der Pupillen und Minderjährigen Kinder Tutorn. §. Item / daß Er nach beschehener Policey-Ordnung *de Anno 1577. tit. 32.* Von der Pupillen und Minderjährigen. §. Item daß Er. *Joh. Brunnemann. in Cod. suo tit. de Administrat. tutor. ad l. adversus. 2.* 4.
† Nec aliud in Foro Saxonico observatur, *per text.* in Landr. *lib. 1. artic. 23. §.* Und aber / so des Kindes Erbe ist. *Et in* Weichbild. *art. 40. §.* Und soll den Kindern. *Dn.* Richter *Decis. 13. num. 20. & 21. Senatus Lipsiens.* in der confirmirten Vormundschaft-Ordnung. 5.
† In cujus repetita confirmatione de 6.

Anno

Anno 1652. d. 6. April. Elector. Joh. Georg. I. pientissimæ memoriæ, jubet, etiam eos, qvi aliàs dicti Senatus Jurisdictioni subjecti non sunt, si se Minoribus ipsi Subditis Tutores constitui patiantur, ad rationes reddendas coram ejus ad negotia Pupillaria Deputatis (denen Verordneten zu den Vormund-
7. schaft-Sachen) adstringi. † Hæcqve obtinent, sive Tutores sint Testamentarii, sive Dativi, sive legitimi, *Christoph. Zobel. p. 2. Different. 16. num. 2. Matth. Berlich. d. Concl. 2. num. 7. per text. express. in Constitut. Augusti 11. p. 2. ibid. Dan. Moller. n. 2. & seqq. & in p. 1. const.*
8. *19. n. 30.* † Exceptô tamen eô casu, si Tutor simul hæres proximus Pupillo existat: Tunc enim finitâ demum Tutelâ pupillo rationum redditioni obnoxius est, *per text.* in Landr. *lib. 1. art. 23. in fin. ibid. Gloss. ordin. Et Gloss. Lat. in* Weichbild. *art. 26. num. 25. Rosa ad Moller. d. loc. num. 10. Abel* Straßburger *post Consil. Jacob. Thomingii vol. 2. cons. 5. num. 8. & seq. Matth. Coler. Decis. 6. num. 19. 24. & 25. p. 1. Zobel. d. Diff. 16. num. 6. Matth. Berlich. p. 2. Concl. 12. n. 12. Dn. Carpz. p. 2. const. 11. def. 3. num. 10. & seqq. Dn.* Richter *Decis. 13. n. 23.* Ubi ex *Coler. d. loc. n. 20.* monet, idem esse in Tutore habente bona pro indiviso possessa, & communia cum pupillo. Ita responderunt Scabini Lipsienses in causa V. A. à G. ejusqve Agnati C. à G. *Mens. Februar. Anno 1631.* Seyd Ihr eures Brudern Sohne C. à G. zum Vormunden verordnet worden. Ob nun wohl sonsten Inhalts der Rechte ein ieglicher Vormund von allen seiner Mündlein Lehen- und allodial-Gütern wegen geführter Administration alle Jahr Rechnung zu thun / und sich auch selbsten unerfodert hierzu anzugeben schuldig ist: Da Ihr aber dennoch gedachten Eures Vettern / des Unmündigen / nähester Erbe zugleich mit wäret / rc. So möchtet ihr auch jährlichen Rechnung abzulegen nicht angehalten werden; Jedoch seyd ihr nichts weniger / nach geendigter Vormundschaft Eurer Verwaltung und Administration halber / dem gewesenen Mündlein gebührliche Rechnung zu thun schuldig. V. R. W.

ECLOG. LXXXV.

Ex TIT.

DE AUCTORITATE TUTORUM. XXI.

§. Tutor autem. 2.

Tutoris

Tutoris & Curatoris Auctoritas in ipso Actu contrahentis Pupilli vel Minoris intervenire debet.

SUMMARIA.

1. *Tutoris Autoritas vel ante negotium, vel dum gerit, interponi debet, non post illud.*
2. *Nisi in continenti seqvatur, anteqvam partes ad alium actum procedant.*
3. *Ratio.*
4. *Interponi autem debet expreßè, neq; intercessisse tacitè præsumitur.*

1. AUtoritas Tutoris ante Negotium vel statim in ipso Negotio interponi debet: post tempus verò interposita nihil efficit, & nullitas committitur, *per text. h. n. ibiq; Bartol. num. un. & in l. tam is qvi. §. filiusfam. qvi non. 1. ff. de mort. caus. donat. num. 8. text. in l. obligari. §. tutor. 5. ff. de Autor. tutor. A. Timqvell. de Legib. Connub. verb. Consentement. Gloß. 6. num. 2. Dan. Moller. ad Constit. Aug. 15. p. 2. num. 37. Matth Berlich. p. 2. concl. 18. n. 24.* Siqvidem ejusmodi autoritas ad litem est Actus Legitimus, qvi non potest pendere vel stare in suspenso, *l. Actus legitimi. 77. ff. de R. J. Jason in l. si qvis mihi bona. 26. §. jussum. n. 34. & 38. Berlich. Decis.*
2. *148. num. 11.* † Qvod ita intelligendum est, qvando consensus ex intervallo accesserit. Si enim statim & in continenti, finitô negotiô, anteqvam partes ad alium actum extraneum revertantur, autoritas fuerit interposita, tunc contractus omninò validus est, *Jason in l. 1. §. qvo præsens. 1. ff. de V. O. n. 4. vers. Anteqvam perveniatur. Bl. in l. Universa. C. de precib. Imper. offer. num. 12. Hugo Donell. lib. 3. comment. c. 13. vers. interponendæ, & prolixius lib. 7. comment c. 9. sub fin. Bachov. h. Dn. Carpzov. p. 2. const. 15. def. 31. arg. l. si qvis mihi. §. jussum. ff. de adqvir. hered.* † Videntur enim 3.
insesse, qvæ in continenti fiunt, *l. lecta. ff. si cert. petat. Gothofred. in not. margin. ad Johann. Schneidewin. h. lit. C. Montan. de Tutel. c. 30. num. 50. & seqq. Henric. Hahn. ad Wesenbec. part. tit. de Autor. & consens. tutor. num. 5. p. 227. p. 2.* † 4.
Cæterum, hæc Auctoritas verbis expressis interponatur, necesse est,

est, nec sufficit tacitus consensus, *text. in l. 1. §. mutuus. 2. & seq. ff. de Tutel. Bl. in l. si sine voluntate. 5. C. ad SC. Vellej. num. 8. vers. hoc patet autoritate. cum vers. seq. & in l. quæcunq. 4. C. de bon. quæ liber. num. 6. A. Timqvell. tract. de LL. Connub. verb. Expressè. Gloss. 7. num. 2. Dan. Moller. ad d. Constit. 15. n. 3. & seqq. Joachim. Mynst. cent. 2. Obs. 34. n. 6. Matth. Berlich. p. 2. Concl. 18. num. 27. & seq.* Ita responderunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Johannis Schröters zu Penig. *Mens. Mart. & M. Jul. Anno 1632.* Ob gleich bemelte Wittib bey der Lehnreichung ihren Kriegrischen Vormunden bey sich gehabt / und derselbe also den Kauf allenthalben beliebet; Dieweil Sie aber dennoch zuvor und bey Schliessung des Kauf-Contracts noch unbevormundet gewesen; So ist berührter Kauf seiner Solennitäten halber zu recht nicht beständig. Ihr könnet denn bescheinigen und beybringen / daß Verkäufferin nach geschlossenem Kauf-Contract so bald und in continenti, ehe Sie zu einer andern Handlung geschritten / und etwas anders vorgenommen / Ihr bestätigter Curator denselben beliebet/und sein Vollwort dazu gegeben; Uf den Fall bliebe es bey dem einmahl geschlossenen Kauf-Contract billig. V. R. W.

ECLOG. LXXXVI.

Ex TIT.

QVIBUS MODIS TUTELA FINITUR XXIII.

Princip.

Pubertate Tutela finitur.

SUMMARIA.

1. *Jure Civili Pubertas, quæ Tutelam tollit, contingit in Masculis Anno 14. in Fœminis Anno 12.*
2. *Eoq; tempore ipsô Jure Tutela finitur.*
3. *Jure Saxon. hæredes feudales post annum 13. cum 6. Septimanis fiunt puberes.*
4. *Eôdem Jure Puellæ demùm 14. Annô Puberes censentur.*
5. *In aliis autem eô tempore, quô Jure Civili Pubertas æstimatur.*
6. *Et sic eôdem qvoq; tempore Tutela finitur.*
7. *Electoris impuberis Tutela Annô demùm 18. finitur.*
8. *Eôq; planè exactô non ceptô.*

1. EX hoc §. *nostro* patet, pupillos pupillasqve, cùm puberes esse cœperint, à Tutela liberari: Idqve accidere in Masculis post decimum qvartum, in Fœminis post duodecim Annos completos, *adde l. ult. C. Qvand. tutor. vel Curator. esse de-*
2. *finant*. † Hocqve tempore totaliter elapsô tutela ipsô Jure, sine sententia, vel alio factô hominis extingvitur, *h. text. n. ibid. Johann. Schneidew. num. 2. d. l. ult. Manzin. tract. de Tutel. qvæst. 9. princ. n. 4.* Hocqve tempus etiam in Principibus locum habet, *Montan. d. tr. c. 37. Reg. 3. n. 71.*

3. † Qvanqvam igitur heredibus feudalibus de Jure Saxonicô, finitô 13. Annô cum 6. hebdomadis pubertas contingat, Lehnr. *c. 26. pr. Ubi Gloß. & Gloß. in* Weichbild. *art.*
4. *29. & 49.* † Itemqve in delictis Puellæ etiam in Foro Saxonico non nisi post completum annum XIV. habeantur pro puberibus, *Caroli V.* Peinl. Halsger. Ordn. *art. 164. Dn. Carpzov. in Prax. Crimin. p. 3. q.*
5. *143. n. 26.* † Cùm tamen in Tutelis, Testamentis, atqve aliis negotiis Civilibus, qvoad annos pubertatis, dispositione expressâ dicti Juris nil immutatum reperiatur, ideoqve dubitandum non est, qvin & in Foro Saxonico juxta sanctionem Juris Communis post annum statim duodecimum pubertas puellarum incipiat, † & tutela finia- 6.
tur, *Johann. Schneidew. ad h. tit. n. num. 4. Dn. Carpzov. in Jurispr. forens. p. 2. const. 11. def. 9. n. 10.* † Li- 7.
cet in Electoris impuberis Tutela seu Administratione secus sit, qvæ vi Aureæ Bullæ Caroli IV. *tit.* Von der Chur-Fürsten Nachkomen *7. vers.* Ob einem Chur-Fürsten etc. 18. annô demùm completô expirat, *Joh. Limn. lib. 7. Jur. Publ. c. 7. num. 37. & seq. Hieron. Treutl. vol. 2. Disput. 8. th. 7. lit. D.* † Nec faci- 8.
endum est hoc in casu cum Marq. Frehero *de Tutel. Elector. fol. 37. & A.* Knichen *in Comment. de Saxon. non provoc. jure, verbo: Elector. c. 5. num. 42.* qvi annum 18. inceptum vel etiam mox complendum sufficere existimant; propter expressam voculam: Vollkömlich. *Limn. d. loc. num. 49. Joh. Brunnemann. in suo Cod. tit. Qvando tutor. vel curat. esse desin. ad l. indecomm. 3. in fin.* Secundùm supra definita responderunt Scabini Lipsienses in causa Hansen Meltzers zu Wiedebach / *Mense Majo Anno 1624.* Dieweil ihr selbsten berichtet / daß Anna Burckelebens euer Mündlein nur 10. Jahr und 12. Wochen alt ist etc. So mag Sie noch zur Zeit vor mündig nicht gehalten werden. So bald Sie aber

das

das zwölfte Jahr ihres Alters erfüllet / ist Sie auch / nach Sächsischen Rechten mündig/und von ihren Gütern zu testiren befugt. W. R. W.

ECLOG. LXXXVII.

Ex TIT.

DE CURATORIBUS. XXIII.

§. Interdum autem. 5.

Impuberi, Tutorem qvamvis non habenti, poteſt dari Curator ad litem.

SUMMARIA.

1. *Licet Tutorem habenti Tutor non detur, benè tamen eidem Curator adjungitur.*
2. *An impuberi, Tutorem planè non habenti, poſſit dari Curator ad Litem.*
3. *Ratio dubitandi pro negativa.*
4. *Ratio decidendi pro affirmativa.*
5. *Confirmata deciſione Electorali.*

1. ETiamſi habenti tutorem tutor dari non poſſit, *per h. text. noſtr. & l. licet. 4. C. in qvib. caſibus tutor. vel curator. habenti.* Benè tamen pro rei indigentia Curator ei adjungi poteſt, veluti diverſos caſus recenſet Imperator in *h. tit. n. per tot.* † 2. Sed illud in controverſiam hactenus venit; Num impuberi, qvi nullum planè habet Tutorem, Curator ad litem dari poſſit? † 3. Certè negativam tuentur plurimi, qvos inter eſt & *Jacob. Cujac. 4. ad African. leg. 49. ff. de Adqvir. hered. & Dion. Gothofred. in l. cum in una. §. Tutor. lit. B. ff. de Appellat.* Siqvidem, ubi remedium ordinarium, Tutelæ ſcil. datio, ſuppetit, fruſtraneum eſt ad extraordinarium, Curatoris dationem, confugere; *l. in cauſa. 16. in pr. ff. de Minorib.* † Verùm cùm ex *§. fin. Inſtitut. de Auct. tutor.* conſtet, ſi inter Tutorem & Pupillum Judicio agendum ſit, Curatorem in litem conſtitui Pupillo; Qvod etiam in caſibus in *h. §. n. 5.* enarratis locum invenit: Et exempla inſuper hujus rei in *l. Curatorem. 28. ff. de Tutor. & Curator. dat. ab his & in l. 1. §. 7. ff. de Eo, qvi pro tutor. nec non in c. ult.* 4.

 de

de Judic. in 6to. exprimantur: Qvodqve ita legibus consentaneum est, in Jure Ordinario fundetur *Dn.Carpzov. lib.5. Resp. 86. num. 33.* Nullum amplius dubium restat, qvin, si fortè Tutor tàm citò haberi non possit, & periculum sit in mora, Pupillo Curator, qvi ipsius utilitatem promoveat, rectè dari qveat. Nam si tutorem habenti, sed cum Tutore litiganti, dari potest Curator, ubi Pupillus eod. loco est, ac si nullum haberet tutorem; cur non etiam Pupillo Tutorem non habenti non possit dari Curator ad litem, ratio nulla obstat, *Alexand. vol. 1. Consil. 122. Joh. Brunnem. in Cod. suo tit. De in litem*
5. *dando &c.*†Qvam sententiam etiam, dissidia Dicasteriorum Juridicorum suarum Provinciarum conciliando, approbat Serenissimus Elector Saxon. modernus Johann. Georg. II. *in Decis. Noviss. 41.* &, hujusmodi circumstantiis occurrentibus, Pupillo Curatorem ad litem ex officio dandum esse, perqve eundem ejus negotia coram Judicio agitari & observari debere, mandat. Atqve ita jamdudum responderunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Matthæi Sommerleins *M. Febr. An. 1639.* Ist David Heidersee Todes verfahren / und hat drey unmündige Kinder / nebens einer ziemlichen Schulden-Last nach sich verlassen / und es ist unter andern Gläubigern einer / welchem der Garten verpfändet worden / davon Er gerne bezahlet seyn wolte: Nachdem aber bemelte unmündige Kinder auch ihr Mutter-Theil annoch zu fodern / wird gezweiffelt / ob itzo gedachter Gläubiger vor denselben von dem Garten zu bezahlen sey / deßwegen dann förderlichst ein Gerichtlicher Termin angesetzet und Verhör gehalten werden soll: Immittelst aber zu keinen Vormunden leichtlichen zu gelangen / gleichwohl der Gläubiger den Termin nicht gerne verschieben noch rückwendig machen lassen wil. So wird gestalten Sachen nach den unmündigen Kindern zu dieser Sache ein Curator ad litem verordnet / welcher dero Nothdurfft vor Gerichte vorzubringen und außzuüben schuldig / darauf alsdann / welches Theil vor dem andern zu bezahlen / ergehet was recht ist. V. R. W.

ECLOG. LXXXIIX.

Ex TIT. De Satisdatione Tutorum. XXIV. Princ. & §. 1.

Pluribus

Pluribus Tutoribus concurrentibus ei concedenda est Administratio, qvi, hoc nomine satisdare, paratus est.

SUMMARIA.

1. *Plures dantur qvandoq; Tutores, nec, qvis administrare debeat, indicatur.*
2. *Cui administratio testamento decreta est, non satisdat.*
3. *Nisi moribus mutetur aut Facultatibus labatur.*
4. *Plures dati omnes possunt administrare.*
5. *Præfertur autem cæteris, qvi satisdare paratus est.*
6. *Satisdatio, licet omnia nunc Tutoris bona sint Pupillo obligata, etiam hodiè utilis & necessaria est.*

1. ACcidit nonnunqvam, ut à Testatore vel à Magistratu plures dentur Tutores, nec cui, an omnibus administratio incumbat, exprimatur. † Qvando enim à Testatore in Testamento adscriptum est, qvis gerat administrationem, iste gerere debet, absqve ulla satisdatione, §. *si ex testamento. h. l. testamento. 17. ff. de testament. tutel.* Qvia eorum fides & diligentia ab ipso Testatore approbata est, *A. Perez. in Cod. tit. de Tutor. & Curat. qvi satis non dedit. n. 1.* Paternum qvippe consilium optimum filio semper Leges existimaverunt, *l. fin. C. de Curat. furios.* † Nisi postea forte fuerint mutati mores tutoris, vel lapsus sit Facultatibus. Nam tunc etiam à Testamentario Tutores satisdationem exigi posse, post alios concludit *Joh. Schneidew. h. n. 10.* Siqvidem præter utilitatem Pupillorum potius, qvàm Testamentum seqvi debet, *l. in confirmando. cum duabus seqq ff. de Confirm. Tutor.* † Extra hunc casum, si omnes vel testamento vel ex inqvisitione dati conjunctim administrationem suscipere nolint, qvod ipsis vetitum non est *l. sic plures. 9. ff. de Legit. tutor. l. si plures. 3. §. pen. ff. de Admin. tutor. A. Faber. tom. 1. Jurisprud. Papian. tit. 12. prin. 6. illat. 7. pag. 8. & seq. Matth. Wesenbec. in parat. ff. de Admin. tutor. num. 3.* † Tunc unus ex iis potest cæteris offerre electionem, an qvis ipsorum solus administrare & cautionem desuper præstare velit: Sin minus, ipse offerens, præstitâ cautione, solus administrat, *d. §. l. h. l. non omnium.*

(Margin numbers in the text: 2 at "primatur"; 3 at "fin. C. de Curat."; 4 at "Extra hunc casum"; 5 at "Tunc unus".)

C. de Tutor. & Curator. qui satis non ded. Joh. Schneidew. ad d. §. 1. n. 4. & 5. Joh. Harppr. ibid. n 4. A. Perez. d loc. Dn. Carpzov. lib. 5. Resp.
6. *82. num. 17. & seqq.* † Et licet hodiè bona Tutorum Pupillis ipsô Jure sint obligata & hypothecata *l. 20. C. de Administ. tutor.* Si tamen bona tutoris interdum non sufficere videantur, rectè facit, ut sibi de cautione prospiciat, cùm aliàs ad Interesse conveniri possit, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 41. def. 1. num. 3. Joh. Brunneman. in suo Cod. tit. de Tutore vel Curatore qvi satis &c. vid. qvæ Eclog. seq. proxim.* Ita responderunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Andreæ Vinholts zu Leipzig. *M. Majo Anno 1638.* Hat ein vornehmer Bürger zu Dreßden/ noch bey seinem Leben/ der Obrigkeit zwey Personen vorstellig gemacht und gebeten/ daß dieselbe/ auf den Fall/ wann Er sterben solte / seinen Kindern zu Vormunden möchten bestetiget werden; Welches auch geschehen. Worauf derselbige Bürger verstorben/ und zween Söhne/ derer einer 16. der ander 19. Jahr damahls alt gewesen/ nach sich verlassen/ welcher Curatel die beyden Personen sich angemasset. Demnach aber bey der Administration sich Zwispalt ereignet / hat der eine Vormunde/ so der Unmündigen Vetter ist / der Obrigkeit und seinen Mit-Vormunden des verstorbenen Eydam vorgeschlagen/ daß entweder Er die Administration allein/ gegen gnugsamer Caution, behalten wolte: Oder es solte der Andere die völlige Verwaltung mit gleichmässiger Bedingung auf sich nehmen. Ob nun wohl der Vetter dahero mehr Recht zu der Verwaltung zu haben vermeinet/ weil Er der Unmündigen Bluts-Freund/ und am besten um ihre Sache wisse/ da hingegen der Andere der Unmündigen Schuldner / und solches verschwiegen/ auch von dem 19. Jährigen Unmündigen/ ihme / als Minori , diesen Curatorem nicht aufzudringen gebeten worden. Daferne aber dennoch der Eydam die begehrte Caution bestellen würde rc. So wäre auch die Obrigkeit ihme die Administration , der von andern Vormunden beschehenen Vorwendung ungeachtet/ alleine aufzutragen schuldig. Ufn Fall Er aber darzu sich nicht verstehen wolte / würde die Verwaltung dem Vetter / so zur Caution sich anerboten / gegen Bestellung derselben/ billig alleine gelassen. V. R. W.

ECLOG.

ECLOG. LXXXIX.

Ex §. Sciendum autem est. 2. & seqq.

Subsidiaria Actio in Magistratum etiamnum hodiè institui potest.

SUMMARIA.

1. *Circumspectus debet esse Magistratus in dandis Tutoribus.*
2. *Quod si enim non idoneè caveri patitur, subsidiariam actionem unà cum heredibus sustinere cogitur.*
3. *Quæ ipsa etiam in Notarios taxandis impuberum Facultatibus constitutos competit.*
4. *Adducitur seria adhortatio Electoralis ex Decisione nova 41.*
5. *Illorum, qui negant Pupillo Actionem in Magistratum hodiè dari, sententia improbatur.*
6. *Sed tamen anteà Tutores, Contutores, illorumq; heredes ac fidejussores excutiendi sunt.*
7. *Quod si Tutores prius solvendo existentes posteà Facultatibus labantur, Actio hac in Magistratus non competit.*
8. *Tutores solvendo fuisse à Magistratu probandum.*
9. *Non enim præsumitur & est facti.*

1. Circumspectè procedant Magistratus in dandis & confirmandis Tutoribus, & diligenter inqvirant tùm in ipsos Tutores, tùm in eorũ
2. Fidejussores & rationes. † Constat enim ex *h. text. nostr.* qvod si aut omninò non à Tutoribus vel Curatoribus satisdari curaverunt, aut non idoneè passi sunt caveri, tunc, deficientibus aliis actionibus, ex æqvitate in subsidium non tantùm ipsos Magistratus, qvi dederunt, conveniri posse, sed & eorum heredes: Hi tamen ex culpa lata tantùm, *l. 2. l. non similiter. 4. ff. de Magistratib. conveniend. l. 2. C. Eod. Joh. Harppr. h. n. 5. Philipp.* Knipschild *d. loc. n. 21. Joh. Brunnemann. in Cod. suo. tit. De Magistrat. conven. ad l. in heredes. 2. A. Perez. in Cod. tit. de Magistrat. Conveniend. n. 1. & seqq.* † Ubi *num. 4.* etiam adversus 3.
Scribas seu Notarios, qvibus mandaverat Prætor inqvirere de Substantia Minoris, ut pro modo Facultatum Tutor & Curator eligeretur, si dolo aut negligentia sua veram Substantiæ taxationem passi sint occultari, in id, qvod interest,

tereſt, agi poſſe dicit *ex l. ult. dict. tit. ibidemq; Joh. Brunnem.* Ubi etiam partem læſam per omiſſionem à Notario factam cum juramento in litem admitti, notant. † 4. Ne igitur in hujusmodi periculum incurrant Tutores, ab Electore Sereniſſimo moderno, ſui ut officii ſint memores, &, præter omnis damni reſtitutionem, nec à multâ eos, ſi negligentiores ſint, comprimis in tempeſtivè ordinandis Tutoribus immunes, graviter monentur in *Nov. Decif. XLI.* §. Wir wollen aber hierbey alle Obrigkeiten ernſtlich ermahnet haben/ Ihrem Amte hierinnen ein Genügen zu thun/ und die Unmündigen/ wann darum bey Ihnen angeſuchet / oder ſonſten das Abſterben der Eltern zu ihrer Wiſſenſchaft kommet/ zu rechter Zeit / zu Verhütung dergleichen Ungelegenheit / mit Vormunden zu verſehen/ widrigen Falls Sie denſelben vor allen Schaden/ der ihnen auß dieſer Säumnüß zuwachſen möchte/ ſelbſten haften/ auch der Strafe/ auf vorgehende Summariſche Cognition gewärtig ſeyn ſollen.

5. † Hieron. qvidem Treutlerus *vol. 2. Diſp. 9. th. 7. lit. E.* cum aliis, qvibus adhærent, *Ludovic. Bugnonius de Legibus abrogatis, lib. 1. art. 1. A Perez. d. tit. n. fin.* putant hodiernis moribus hanc actionem non uſurpari; Sed qvia nullibi hoc beneficium Pupillis datum expreſsè ſublatum eſt, Actio illis, caſu obtingente, omninò danda eſt, *Dn. Carpz. in p. 2. Juriſpr. Forenſ. Conſtit. 11. def. 41. n. 4. & lib. 5. Reſp. 82. n. 15. ibiq; allegati. Betſius de Pact. illuſtr. Familiar. c. 7. f. 257. in fin. cum ſeq. Philipp.* Knipſchild *d. loc. n. 20. Henr. Hahn ad Weſenbec. tit. de Magiſtrat. conveniend. n. 1. pag. 243. part. 2.* † 6. Qvanqvam ad ultimum hoc præſidium pervenire nefas ſit, niſi excuſſis ante omnia penitus Tutoribus, Contutoribus nec non eorum heredibus, ac fidejuſſoribus, *tot. tit. ff. de Fidejuſſorib. & nominator. & heredib. text. b. n. l. 1. & 4. de Magiſtratib. convenien. & Weſenbec. in Comment. ib. n. 1. Joh. Harppr. b. n. 1. & 8. A. Perez. d. tit. n. 1. Philipp.* Knipſchild *d. loc. n. 20. Joh. Brunnemann. in Cod. ſuo d. t. ad l. ſi Magiſtratus. 1.* † Qvod ſi tamen Tutores 7. eorumve Fidejuſſores ab initio & in id tempus, qvo Tutelæ agi poterat, ſolvendo fuerint, poſteà vero facultatibus excidant, Magiſtratꝰ non teneri æqvum eſt. Non enim illi futuros caſus & fortunam Pupillo præſtare obligati ſunt, *l. 1. §. 11. & ſeqq. ff. de Magiſtrat. conven. l. in Magiſtrat. 5. ibiq; Joh. Brunnem. C. Eod. A. Perez. d. tit. n. 2.* Sicqve ſemper etiam non aliter practicatum fuiſſe refert *Chriſtinæus Decif. Belgic. 182. num. 2. vol. 3.* † Probatio 8.

tio autem non Pupillo incumbit, ut doceat, Tutores & Fidejussores solvendo non fuisse, cùm acciperentur, sed Magistratibus, ut doceant, eos tunc solvendo fuisse, *l. 1. §. 13. ff. h. tit. A. Perez. in Cod. d. tit. num. 2. in fin. & Joh. Brunnem.*
9. *ibid. ad l. 1.* Qvia Magistratus tenetur, idoneam cautionem à Tutore exigere, eâdemqve ratione ipse probare debet, qvòd officio suo rectè functus sit; cùm hoc sit facti, & non præsumatur, *Montan. tr. de Tutel. c. 32. Reg. 7. num. 33. 37. 40. 46. 83. 54. & seqq. Henric. Hahn d. n. 1. pag. 244. in part. 2.* Ubi in fine hoc in Praxi obtinere, & subinde pronuntiatum, memorat. Ita responderunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem Nicolai Kirchhoffs zu Weissensee/ *M. Octobr. Anno 1617.* Do es nun mit des Vormunden Gütern diese Gelegenheit hätte / daß sich seine gewesene Mündlein daran nicht erholen könten/ und also allbereit die Excussio wider den Vormunden ergangen/ ꝛc. So wäre das Mündlein die Obrigkeit/ von welcher der Vormunde bestätiget worden / Actione subsidiariâ gebührlichen zu belangen wohl befugt. V. R. W.

ECLOG. XC.

Ex Tit. De Excusatione Tutorum & Curatorum. XXV. Ex Princ. & §. Item tria. 5.

Tria onera Tutelæ vel Curæ non affectatæ excusant à qvarta.

SUMMARIA.

1. *πολυπαιδία à Justiniano inter causas excusationum à Tutela refertur.*
2. *Sed ex mente Dd. non ubiq; excusat à Tutela.*
3. *Onus trium Tutelarum excusat à qvarta suscipienda,*
4. *Tutelis non ex Personis Pupillorum, sed Patrimoniorum, numero æstimandis.*
5. *Nisi unius finis instet.*
6. *Aut una alterave fuerit affectata.*
7. *Aut non operosa.*
8. *Aliqvando & una sola, scil. satis operosa, excusat.*

1. INter varias causas à Tutelis excusantes prima hic refertur πολυπαιδία, sive MULTITU-
2. DO LIBERORUM. † Sed eandem non ubiqve locorum excusationem præstare monet *Georg.* Schultz *in Synops. b. lit. A.* Ludovic. Charundas tamen numerum TRIUM LIBERORUM in Parisiensi Urbe à Tutela Cives excusare docet, in aliis Urbibus Galliæ qvinqve; ita judicatum fuisse refert *l. 9. Resp. 26.* Cùmqve hoc Juri nostro sit conveniens, nullibi mutato, *l. 2. §. 2. cum. seqq. ff. de Excusat. l. 1. C. qui numer. liberor. se excus. A. Perez. C. Eod. num. fin Joh. Brunnemann. ad Eand.* Hinc ita responderunt Scabini Lipsienses M. Jun. Anno 1664. ad reqvisitionem Marien Schäferin zu Görlitz. Als Ihr uns Extract auß einem Testament/ b. e. f. zugesch. v. e. d. s. w. Ist unlängst Gottfried Schäfer / J. U. Licent. verstorben / und hat unter andern Erben zwey unmündige Töchter verlassen/ denen Er in seinem Testament Gregor Schäfern / als seines Vatern Brudern / wie auch Teysnern / verordnet; Daferne sich auch Gregor Schäfer Alters halben entschuldigen würde / demselben George Göldnern/ Bürgern und Seyden-Krahmern substituiret. Nun hat obgemelter George Schäfer sich so wohl wegen seines Alters / als auch tragenden öffentlichen Amts halber entschuldiget. Dahero solche Tutela dem im Testament substituirten Vormunden George Göldnern aufgetragen werden wil. Ob nun wohl derselbe sich darmit entschuldiget/ und der Vormundschaft sich zu entbrechen vermeinet/ weil Er dem Verstorbenen nur mit Schwägerschaft/ und keiner Blut-Freundschaft / zugethan; In seiner Handlung viel zu verrichten/ und oft zu verreisen/ auch ein einfältiger Mann/ so der Rechte nicht kündig: Und dahero der Vormundschaft / wegen unterschiedener dabey sich ereignenden Rechtfertigungen nicht würde sattsam vorstehen können. Da hergegen Christian Krebs / so dem Verstorbenen mit Blut-Freundschaft verwandt / und ein Practicus Juris, auch künftig spem successionis habe / sich darzu viel besser schicke: Dieweil aber dennoch der Verstorbene im Testament Georgen Göldnern erwehlet / und dem Magistratui obliget / auf des Testatoris Willen sein Absehen/ bey Constitution der Vormündere zu richten; Die von Göldnern angeführte Entschuldigung auch zu rechte nicht erheblich / N. m. i. d. h. v. e. f. So mag sich gedachter Göldner solcher Vormundschaft nicht entbrechen. Es hätte dann derselbe die zu rechte erfoderte Zahl der fünf Kinder

der vorzuschützen / damit würde Er billig gehöret / und mit der angetragenen Vormundschaft verschonet. W. R. W.

3. † Illud certè in Praxi observatur, qvòd TRIA ONERA TUTELÆ vel Curæ præstent vacationem à Qvarta, juxta textum *h. n. in §. 5. l. 2. §. ult. l. 3. cum trib. seqq. ff. h. t. l. un. C. Qui num. tutel.*

4. † Tutelis non ex Pupillorum Personis, sed potius ex bonorum sive Patrimoniorum numero æstimatis, *l. 3. ff. h. t. Johann. Harpprecht. h. §. 5. num. 3.* Ratio est, tùm difficultas rationum conficiendarum, tùm ne multitudine negotiorum Tutores onerati res Pupillares malè administrent, *l. 31. §. fin. ff. h. t. Henr. Habn. ad Wesenbec. parat. eod. num. 3. pag. 233. in part. 2. Anton. Perez. in Cod. tit. Qui num. tutel. num. 1.*

5. † Qvod ipsum tamen limitationem adhuc patitur; Si enim unius vel alterius Tutelæ finis instet, *l. non tantùm. 17. pr. ff. de Excus. tutor.* Qvo refertur illa, qvæ ad finem pervenit, sed nondum rationes redditæ, *arg. l. 17. pr. ff. de Excusat. tutor. Johann. Brunnemann. in Cod. suo tit. Qui num. tutel. n. 3.*

6. *Q. 1.* vel una † vel altera fuerit affectata & studiô petita, excusationem non merebuntur, *§. 5. h.*

7. † Cujusmodi monetæ & illæ præsumuntur, qvæ non sunt operosæ nec magni laboris, modici fortè Patrimonii, *text. inl. Spadonem. 15. §. est autem. 15. ff. de Excusat. Johann. Harppr. h. §. 5. num. 2. A. Perez. d. tit. num. fin.* Scilicet non tàm tres Tutelæ, qvàm tria onera difficillima excusant, *arg. l. si is, qui tres. 31. in fin. d. tit. Gothofred. in not. ad d. §. 15. in not. Lit. B. Johan. Schneidewin. ad h. §. nostr. 5. num. 2. Dn. Carpzov. p. 2. c. 11. def. 39. num. 6.*

† Qvin imò hoc respectu etiam 8.
Una Tutela onerosa & magna sufficit, Prætoris Tutelaris vel Magistratus arbitriô, *l. 31. § fin. ff. h. tit. Henr. Hahn d. loc. pag. 234. p. 2. A. Perez. d. tit. num. 2. Johann. Brunnemann. d. tit. Qui num. tutelar. princ.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses in causa Christophori Bötgers zu Mittweida *Mense Aprili Anno 1635.* Hat der Rath zu Mittweida/nach Absterben Peter Hermans/ Daniel Erharts und Hansen Sattlers/dero allerseits unmündigen Kindern Euch zum Vormunden verordnet; Und Ihr habet solche drey Vormundschaften nochmahls uf Euch/ und seyd derselben keiner noch nicht entlediget. Do ihr nun zu solchen dreyen Vormundschaften Euch nicht selbsten angegeben R. m. i. e. f. So möget Ihr mit Hansen Arndtes Kindern und also der vierten Vormundschaft/wider Euren Willen/noch zur

Zeit nicht beleget werden. Es würde denn erwiesen und beygebracht / daß obberührte drey Vormundschaften so geringe / daß Ihr die vierdte ohne sonderbare Mühe/ und mit Nutz der Unmündigen / auch verrichten köntet / auf solchen Fall Ihr derselben Euch nicht zu entbrechen wüstet. V. N. W.

ECLOG. XCI.

Ex d. Tit. XXV. §. Item propter. 7. & §. Item major. 13.

Senectus, nisi excedat LXX. annos, à Tutela non excusat.

SUMMARIA.

1. *Adversa valetudo excusat à Tutela.*
2. *Quinam pro valetudinariis habendi.*
3. *Valetudinarius nec volens ad Tutelam admittendus.*
4. *Etiam Senex, ut valetudinarius, excusatur.*
5. *Magna qvondam Senibus reverentia habita.*
6. *Qvoad Tutelam honorariam Magistratus arbitrio committunt.*
7. *Ob Senectutem excusationem petens, debet excessisse Annum 70.*
8. *Ratio dubitandi & decidendi.*
9. *Etiam supremum diem anni 70. agens excusationem non meretur.*
10. *Illustratur exemplo.*

1. ADversa etiam valetudo excusationem à Tutela præstat, sed talis, per qvam qvis nec suis qvidem negotiis sufficere possit, per text. in §. item propter. 7. h. l. 10. §.
2. 8. ff. de Excusat. † Qvis autem pro Valetudinario verè habendus, id totum arbitrio Magistratûs relinqvitur, *Menoch. lib. 2. arbitr. jud. Qvæstion. cas. 60. num. 5.* Qvi certè in numerum Valetudinariorum hoc loco refert Tabescentes, Epilepticos, Paralyticos, Hydropicos, Febri aut Podagrâ, similíve morbô sonticô laborantes, *arg. l. 60. ff. de Re judicat. Joh. Harppr. ad h. §. nostr. 7. num. 3. A. Perez. in Cod. tit. Qvi morbo se excus. num. 1.* † Et 3.
talis tutor etiam volens non est admit-

admittendus, qvi Tutelæ præesse neqvit, *Montan. de Tutel. c. 35. Reg. 1. num. 154. Gutierez. tract. eod. p. 1. cap. 7. num. 8. & seq. Johann. Brunnemann. in suo Cod. tit. Qvi morbo.*
4. *verb. Et talis. num. 2.* † Qvia igitur Senes qvoqve inter valetudinarios referuntur, *l. Senium. 3. C. Qvi testam. fac. poss. Matth. Berlich. Decis. 116. num. 4.* à Tutela & Cura, imò ab omnibus muneribus Personalibus excusantur, *l. 3. §. qvamvis. de Muner. & honorib. l. 2. §. 1. ff. de vacat. mun. l. majores. 3. ff. de Jure immun. l. un. C. Qvi ætat. se excus. l. 10. C. de Decurionib.* vel Re-
5. verentiæ ratione. † Semper enim, inqvit JCtus, in Civitate nostra Senectus venerabilis fuit. Namqve Majores nostri penè eundem honorem Senibus, qvem Magistratibus tribuebant, *in l. 5. pr. ff. de Jure immun. A. Perez. in Cod. tit.*
6. *Qvi ætate &c. num. 1.* † Qvanqvam in Tutela honoraria Excusationem Judicis arbitrio, cùm alii citius, alii serius, vigorem mentis amittere contingat, committi malit, *Joh. Brunnemann.* per ea, qvæ adducit *in Cod. suo tit. Qvi ætate.*
7. *§. Fortè igitur.* † Verùm reqviritur, ut is, qvi ob majorem ætatem se vult excusare, septuagesimum annum excesserit, per *text. in §. Item major. 13. hic l. 2. pr. ff. de Ex-*
8. *cus. tutor. & ll. s. allegatis.* † Licet enim in honoribus favoris causa annus cœptus pro completo habeatur, *l. 8. ff. de Munerib. & honoribus.* In immunitatibus tamen sive Privilegiis & excusationibus ab oneribus secus est, *d. l. 8. ff. de Jure immunit. l. 74. §. fin. ff. de SCt. Trebell. Johann. Harpprecht ad d. §. nostr. 13. num. 3. Treutler. vol. 2. Disput. 9. thes. 2. lit. C. ibiq; Bachov. lit. E.* † Unde rectè concludit Dn. 9
Carpzov. *lib. 5. Resp. 90. n. 16.* (qvem laudat *Brunnemann. d. l.*) Eum, qvi agit supremum diem anni septuagesimi, eô die ad Tutelam vocatum, non excusari; qvibus accedit *Henr. Hahn ad parat. Wesenb. ff. h. tit. num. 3. p. 232. in part. 2.* † Ac 10
proinde Heinrich von Starschedel/ cum ab Illustrissimo Saxoniæ Electore, ad instantiam Catharinen Margarethen / Dietrich von Starschedels / Obristen / Wittiben / ad Tutelam Agnatorum suorum vocaretur, & Senectutem maximoperè prætenderet, ac propterea se à Tutelâ excusari peteret; qvia tamen Septuagesimum annum non penitus compleverat, repulsam, & in Supremo Appellationum Senatu hanc Sententiam tulit, *Term. Martini Anno 1637.*

Erkennen von GOTTes Gnaden Wir Johann George Hertzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Berg/ Chur-Fürst/ vor Recht: Daß Be-

klagter Heinrich von Starschedel/ seines Vorwendens ungeacht / seines verstorbenen Brudern unmündigen Kinder Vormundschaft auf sich zu nehmen schuldig. V. R. W.

ECLOG. XCII.

Ex d. Tit. XXV. §. Qvi Tutelam. XVIII.

Qvi Tutelam alicujus gessit, invitus Curator ejusdem fieri, compelli non potest.

SUMMARIA.

1. *Usu ferè invaluit, ut Tutela & cura cohæreat.*
2. *Non obstante tamen ista consvetudine, potest Tutor finitâ Tutelâ deprecari curam.*
3. *Ampliatio.*
4. 5. *Ejusdem rationes.*

1. CONsvetudine Germaniæ introductum est, ut Tutela & Cura plerumq;, Tutore scil. non contradicente, cohæreant, sicuti testatur *A. Gail. 2. Obs. 96. num. 1. & seqq. Treutl. vol. 2. Disput. 9. thes. fin. lit. G. Besold. &* Lindenspür *in Commentar. ad Ordinat. Polit. Ducatus Wirtemberg. p. 159. Matth. Coler. Decis. 6. n. 16. p. 1. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 13. n. 26.* (Ubi ita in Collegio Juridico Jenensi Anno 1604. pronuntiatum esse memorat) Unde & nostrate Lingvâ promiscuè vocantur, Vormunden. *Vultej. in §. 1. Qvib. mod. tut. finit. num. 2.* Qvod moribus qvoqve Galliæ receptum esse testatur *Faber. ad l. 31. §. pen. ff. de Negot. gest.* Et apud JCtos etiam nomina Tutorum & Curatorum promiscuè usurpantur in *l. si ad excludendam. 4. C. de Reb. cred. l. ult. sub fin. C. de Autor. præstand. Matthias Berlich. Decis. 139. num. 7.*

† Illâ tamen Consvetudine non obstante possunt Tutores finitâ per Pubertatem Tutelâ, à Cura liberari, si statim Adulto Curatorem petant, Administrationem deponant, & ad rationes reddendas 2.

das sese offerant, *Gail. d.loc. num. 3. & 6. Johann. Schneidew. ad §. h. n. num. 3. Treutler. d.l. Dn. Carpz. p. 2.*
3. *Constit. 11. Def. 10. num. 9.* † Qvod in tantum verum est, ut, licet Paterfamiliâs, qvi Testamento Tutorem dedit, adjecerit, se eundem Curatorem qvoqve dare, invitus tamen curam suscipere cogendus non sit, *secundùm text. h. n. & l.*
4. *Curator. 20. C. hoc Tit.* † Qvoniam nemo, contra Jus Publicum disponere aut cavere potest, ne Leges in Testamento suo locum habeant, *l. Nemo potest. 55. de Legat. 1. l. Qvod bonis. 15. §. 1. vers. privatorum cautione. ff. ad L. Falcid. Job.*
5. *Harppr. h. num. 3.* † Satis scil. abundeqve sufficit, si cui vel in una re gravi per amici laborem consulatur, *l. tutores. 39. §. qui se negotiis. 2. in fin ff. de Administ. & peric. tut. l. Tutori. 20. C. de Negot. gest. A. Perez. in Cod. tit. de Excusat. tutor. Johan. Brunner. ad eund. Tit. in l. libertos. 5.* Ubi tamen Jure Lubecensi & Bavariæ contrariam Consvetudinem obtinuisse, & Tutorem Curatelam invitum continuare cogi, ex Mevio ad Jus Lubecense *lib. 1. tit. 7. art. 1. num. 17. & Joh. Francisc. Balthasar. Tit. 5. Resolut. Bavaric. 5. num. 6. & 7.* refert. Hunc in modum responderunt Scabini Lipsienses ad Consultationem Mauritii Preusens zu Leipzig *Mense Aug. 1582.* Dieweil ihr selbsten berichtet/daß eure Brüdere/ von denen Eure Frage meldet / das vierzehende Jahr ihres Alters vollkömmlich erreichet; So ist auch Joachim Wiedeman ihre Vormundschaft/damit Er vom Rathe zu Merseburg belegt worden / wider seinen Willen ferner zu verwalten / nicht pflichtig. V. R. W.

Addere qvoq; lubet Rescriptum Elector. Saxon. ad Senatum Lipsiensem, sub dato 30. Martii Anni 1644. ita sonans: Von GOttes Gnaden/Johann Georg/Hertzog zu Sachsen/Jülich/Cleve und Berg 2c. Chur-Fürst 2c. Liebe Getreue/ Wir haben verlesen hören / was bey Uns Ihr wegen etzlicher Vormunden / nach ihrer Pupillen erreichter Minderjährigkeit vor Euch gesuchten Loßzehlung ihrer Vormundschaften/ vor und anbracht/ auch wie Ihr unsere gewisse Resolution deßwegen begehret. Wiewohl Ihr nun wider gedachter Vormunden Intention allerhand Ursachen anführet / insonderheit aber Euch uf eine Gewonheit gründen wollet: Wann aber gleichwohl / daß die Vormunden / nach ihrer Pupillen erreichter Pubertät / ihrer Vormundschaften erlassen / und zu derselben Curatelen/ do Sie sich dieser Excusation in gebührender Zeit gebrauchen/nicht gezwungen werden sollen / in Rechten klar

klar versehen/auch viel mehr/vermöge unserer Policey-Ordnung die Vormundschaft-Rechnungen jährlichen abgeleget / als daß eurem Anziehen nach/ solche biß zu Endung oder Abwechselung der Tutelen oder Curatelen / verschoben werden solten / so wohl uns von einer andern bey unserer Regierung eingeführten widrigen Observantz nichts wissende/ und ihr die Reqvisita eurer dargegen angeführten Gewonheit noch zur Zeit nicht beygebracht : So mögen wir nicht absehen/ wie die Vormunden/wider ihren Willen zu ihrer gewesenen Mündlein Curatelen angehalten werden möchten. Können aber doch darneben geschehen lassen/ daß Ihr/um derer darbey von Euch angeführten/ und den Minderjährigen zuwachsenden inconvenientien / hierunter eine besondere perspicuität und Bescheidenheit gebrauchet/und darbey ereigenden Umständen nach / Euch dermassen bezeiget/ darmit die Vormündere/ durch hierzu dienliche Motiven zu fernerer Verwaltung ihrer Mündlein Güter und Vermögen behandelt / und den Pupillen und Minderjährigen hierdurch nicht allzu grosser Schaden und Verderb zugezogen werden möge. Möchten wir euch hinwiederum nicht bergen. ꝛc.

ECLOG. XCIII.

Ex Tit. De Suspectis Tutoribus. XXVI. §. Datum autem. 1. & seqq.

Jus removendi Suspectos Tutores hodiè omnibus Magistratibus competit.

SUMMARIA.

1. *Qvibus Magistratibus competit Jus dandi Tutores, eisdem competit Jus removendi.*
2. *Omnis generis Tutores possunt removeri tanqvam suspecti.*
3. *Omnes Judices hodiè de suspecto cognoscunt.*
4. *Suspecti accusatio qvatenus publica est.*
5. *Qvi accusare de suspecto possint.*
6. *Qvandoq; Magistratus inqvisitoriè contra suspectos procedit citra accusationem.*

7. 8. *Illustratur hoc ex ordinatione Tutelari Lipsiensi.*

Supra

1. SUpra *ECLOG LXXXIII.* probatum dedimus, hodiè ab omni legitimo Magiſtratu Tutores ordinari poſſe; Conſectarium inde eſt, qvod, qvi habent Jus dandi Tutores, iis qvoqve competat poteſtas eosdem removendi, *arg l. Nihil tàm naturale. 35. ff. de R. J. Joh. Schneidewin.*
2. *h. §. 1. n. 1.* † Cujuscunqve generis ſint Tutores, etiam Teſtamentarios, *l. 1. §. 5. ff. h. t. l. 4. C. de ſuſpect. tutor.* Si nimirum morum ante celata vel incognita emerſerit improbitas, *l. in confirmando. ff. de Confirm. tutor.* Tunc enim Judex ſeqvi potius debet Pupilli utilitatem, qvàm Hominis judicium, *l. utilitatem. ff. de confirm. tut. Montan. de Tutel. cap. 36. Reg. 6. num. 1. & ſeqq. Gutierez. p. 2. c. 18 num. 23. Johann. Brunnemann. in ſuo Cod. tit.*
3. *de ſuſpect. tutor. ad l. etiam. 4.* † Propterea generaliter omnes. Judices de iſthoc crimine hodiè cognoſcunt, *Matth. Weſenb. in paratit. ff. de ſuſpect. tutor. num. 6. Obrecht. in Diſput. 18 de Patrocinio Pupillor. th. 737. & ſeqq. Joh. Harppr. h. num. 3.*
4. † Suſpecti verò Actio non qvidem Publica, qvia non deſcendit ex Lege aliqva publici Judicii, ſed
Similiter JCti Jenenses *M. Januar. Anno 1639.* ad reqvisitionem Qvæstoris zu Königsee: Und wird über dieses Hansen Wolffen zuförderst zu dem Werth seines gestohlenen Pferdes billig geholffen. V. R. W. Nec non Scabini Lipsiens. in causa C. M. zu Bernstein / *M. Septembr. Anno 1621.* Dieweil der verhafte C. M. vermittels Eydes sich gereiniget / und / daß Er die von H. H. ihme verkaufte Sachen nicht wissendlichen/daß sie gestohlen gewesen/ an sich gebracht / geschworen: So mag auch nunmehr wider ihn der Strafe halber nichts vorgenommen werden/sondern Er wird der gefänglichen Haft hinwiederum billig entlediget. Er ist aber gleichwohl der Frauen von Bernsteinin ihre Sachen/woferne dieselben noch vorhanden/ wieder zu erstatten / oder/ do sie verthan / das jenige / so viel Er sich dadurch bereichert / wieder von sich zu stellen schuldig. V. R. W.

ECLOG. XI.

Ex §. Cum in suo solo. 29.

Mola Pnevmatica in fundo feudali exædificata plerumqve feudi Successoribus cedit.

SUMMARIA.

1. *Summa §. 29.*
2. *Ædificans in suo solo ex aliena materia ædificii fit Dominus.*

3. *Modò ædificium sit fixum.*
4. *Materia per se spectata manet Dominus, qvi fuit.*
5. *Mola Pnevmatica mobilis feudali fundo imposita non est feudalis, nec pertinet ad Successores feudi.*
6. *Ratio.*
7. *Feudalis est, si solo firmiter teneatur.*
8. *Ratio.*
9. *Et omnia ejus instrumenta per se mobilia.*
10. *Approbat hoc Decisio Electoralis.*
11. *Et in Responso secuta est Facultas Juridica Lipsiensis.*

1. IN hoc §. & *seq.* agitur de adqvirendi modo, qvi est SUPERFICIES, sive ex aliena materia solo proprio, sive ex propria
2. materia solo alieno imposita. † De priori casu in *h. §.* hoc habetur: Qvod si qvis in suo solo ex aliena materia aliqvod ædificium extruxerit, ipse ædificii Dominus fit. *per text. & rationem h. juncta l. adeò. 7. §. cum in suo. 10. ff. de adqvir.*
3. *rer. dom. cum similib.* † Hoc autem intelligendum est de eo ædificio, qvod fixum est & immobile soloqve cohæret. Nam qvod facilè tolli & auferri potest, adeoqve solo non cohæret, Domino soli non cedit; Cujusmodi exempla habemus in Mensa, torculari, granario, in *l. Titius. 60. ff. de Aqvir. rer. dom. l. granaria. 18. ff. de Action. emt. Job.*
4. *Harppr. h. num. 3.* † Cùm igitur materiæ per se spectatæ Dominus nihilominus Dominus maneat. *h. §. n.* & ædificium, qvod solo fixum non est, nec in eo immissum fundamentum habet, propriè tale non dicatur; ut patet ex *d. l. granaria. 18.* † Ideoqve & MOLA 5
VENTILARIS, qvæ terræ infixa non est, sed loco movetur, fundo feudali imposita, non fundi feudalis Domino aut Sucessoribus sive Agnatis, sed heredibus Allodialibus cedit, utpote ad qvos mobilia pertinent. *M. Berlich p. 3. conclus. 42. num. 25. Georg.* Schultz *in Synops. Feudal. cap. 6. n. 18.* † Eâ 6
ratione, qvâ horreum frumentarium ex tabulis ligneis factum, qvod terræ affixum non est, & propterea mobile dicitur, Domino fundi non cedit. *d. l. 60. Gloss. ibid. ff. de Acqvir. rer. dom. Dn. Carpzov. p. 3. c. 31. def. 4. num. 4.* † Sin au- 7
tem Mola hujusmodi fundo ita inædificata & terræ infixa est, ut solo omninò cohæreat (siqvidem plerumqve stirpites eorum in terra defossi, & inprimis media illa

Co-

Columna, qvæ molam hanc sustinet, trabibus & tignis transversariis ita firmiter infigitur, ut licet pars superior per ventum circumcirca agitetur, basis tamen & fundamentum, qvod principaliter consideratur, semper in centro maneat, nec unqvam moveatur) eam Fundo feudali cedere, & pro feudali censeri debere, dubium
8. non est: † Cùm qvæ in solo ædificantur, ea dicantur solo contineri, ut partes, *l. cum fundus. 21. inf. ff. de Instruct. vel Instrum. legat.* terrâ teneri, adeoqve fundi esse, *l. fundi. 12. pr. ff. de Act. emt.* solo cedere *l. adeo. 7. §. cum in suo. ff. de acqvir. rer. Dom. Hering. tract. de Molend. Q. 8. num. 49.* Rosenthal. *de Feud. cap. 10. concl. 33. n. 21. & seq. & concl. 43. n. 32.*
9. † In tantum, ut & Rotæ, Lapides Molares & alia instrumenta per se mobilia, ad immobilia referantur, *per l. 18. ff. de act. emt. l. 60. ff. de Adqvir. rer. dom. Henr. Hahn ad Wesenb. parat. tit. de Rer. Divis. num. 4. pag. 126. & seqq. in part. 1. Dn. Sigism.* Finckelthauß *Sen. Observ. 26. num. 6. & seqq. Johann. Zabel Exercit. Feudal. 4. thes. 2. lit. B. vers. Non qvidem molendina omnia. Gothofred. Anthon. Disp. feud. 3. thes. 4. lit. F. Georg.* Schultz *d. l.* † Et hanc distin- 10
ctionem amplexus est Illustrissimus Saxoniæ Elector Joh. Georg. II. in *Decis. noviß 53.* Eamqve Collegia Juridica suarum terrarum ob oculos habere debere præcipit.
†Et ita pronuntiavit Facultas Jurid. Lipsiens. Mens. Aug. 1639. von 11.
G. S. zu Dreßden. P. P. Ob wohl/ wann keine Gewißheit vorhanden/ alle Güter vielmehr vor allodial- und Erb- als Lehn-stücken zu halten seyn/ und nach etlicher Rechts-Lehrer Meinung/ insonderheit die Wind-Mühlen/ wann sie gleich auf einem Lehnstücke befunden werden/ zu dem Erbe referirt und gezogen werden wollen: Dennoch aber und dieweil angeregte Wind-Mühle nicht uf Erbstücken/ sondern des Afterlehns Grund und Boden gebauet worden/ und noch itzo doselbst stehet und befindlich ist; Und rechtens/ daß die Gebäude nach dem Grund und Boden geachtet werden/ die Wind-Mühlen auch gleichsam ein Stücke der Lehn-Güter dadurch werden/ wann sie in die Erde gesencket/ und zu stetswährendem Nutz daselbst erbauet worden seyn: So haben auch sich dieser Wind-Mühlen nicht die Land- sondern Affter-Lehns-Erben billig anzumassen. V. R. W.

ECLOG. XII.

Ex §. Ex diverso. 30.

In fundo alieno scienter ædificans, ædificium perdit.

SUMMARIA.

1. *Ratio assertionis.*
2. *Animus donandi in ædificatione unde præsumatur.*
3. *Bonæ fidei possessor sumtus necessarios repetit.*
4. *Imo & voluptuarios, qvi tolli possunt.*
5. *Maritus repetit expensas in ædificatione ædificii in fundo uxoris positi, factas.*
6. *Potestq; eo nomine actione negotiorum gestorum contra heredes uxoris experiri.*
7. *Sicut frater pro sorore tributa solvens.*
8. *Et sumtus necessarios in re communi faciens.*

1. ASsertio hæc in §. nostro clarè probatur: Et ratio est; Qvia ejusmodi ædificator præsumitur donare. *l. adeò. 7. §. ex diverso. 12. ff. de Adqvir. rer. dom. Christoph. Besold. in Delibat. Jur. ex lib. 41. ff. Qvæst.*
2. *3. pag. 143.* † Nam donandi animus præsumitur ex scientia, solum esse alienum, & naturali ratione materiam alieno solo impositam cedere Domino soli. Qvi enim vult antecedens, vult etiam conseqvens. *Job Schneidew. & Job. Harpp.*
3. *b.* † Sanè, si bonæ fidei qvis sit possessor fundi alieni, cujus generis est Inqvilinus vel colonus, tunc ille impensas necessarias, adjutus exceptione Doli mali, repetere valet. *per text. h. n. vers. certè illud. Dn. Carpzov. p. 3. c. 31. def. 10. num. 4. & seqq. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 17. num. 7. & seqq.* † Qvanqvam alii non tantùm ne- 4
cessarias, sed & voluptuarias impensas, qvæ tolli possunt, tàm malæ fidei qvàm bonæ fidei possessorem retinere posse, cum *Johann. Harppr. d l. n. 10. & seqq Job. Garsia de Expens. & meliorat. num. 2. Henr. Hahn ad Wesenbec. parat. ff. de R. V. num. 3. pag. 403. part. 1. per l. 39. §. 1. ff. de Hereditat. petit.* existimant. †
Proinde, cùm Maritus bona fide 5
possideat fundum Uxoris, ædificium, qvod in eo extruxit, constante Matri-

Matrimonio, solo qvidem cedit, & post mortem Uxoris ad ejus cognatos devolvitur, nihilominus tamen expensas in ædificium illud factas marito restituere tenentur, per *l. cum in fundo. 28. §. pen. ff. de Jure dot. Hartm. Pist. obs. 57.* †
6. Et potest Maritus adversus heredes Uxoris experiri actione Negotiorum gestorum, ad id, qvod Uxoris nomine expendit. *arg. l. qvod in*
7. *Uxorem. 13. C. de Negot. gest.* † Perinde ut Frater, qvi pro Sorore Tributa solvit. *l. si negotium. 16. Ubi Go-*
8. *thofred. C. Eod.* † vel alius qvispiam sumtus necessarios & probabiles in re communi faciens. *l. ejus qvi. 41. vers. Earum autem. ff. de Reb. Credit. l. 31. §. ult. ff. de Negot. gest. Dn. Christoph.* Richter *d. Decis. 17. n. 8.* Ita, qvoad Casum primum Scabini Lipsienses *M. Majo Anno 1620.* in causa der Bürgerschaft zu Landeshut. PP. darum bemelter Sempronius wohl gewust / daß der Ort / darauf das Haus und Hof / von allerhand ihnen zuständigen und dahin geschaften Materien gebauet / nicht seine / sondern des Spittals und gemeiner Stadt Eigenthum wäre / und er gleichwohl also wissendlich auf eines andern Grund und Boden seinen vorgenommenen Bau ungebührlichen vollbracht / so bleibet solches / uf angedeuteten Ort gesatztes Gebäude dem Spittal und gemeiner Stadt billig / welche sich desselben anzumassen wohl befugt sind.

Ita iid. qvoad Casum Secundum in causa Hansen Brehmens zu Pegau / *M. Febr. Anno 1601.* Hat vor eure Mutter ihr ander Ehemann euer Stief-Vater 650. fl. so Sie noch vor das erkaufte schuldig gewesen / bezahlet. Ob nun gleich gedachter Euer Stief-Vater / nach der Mutter Absterben an verlassenen Mobilien wiederum so viel erlanget / als ohne gefähr 650. fl. außtragen. So ist Er doch dieselbe gegen die von ihme aufs Haus bezahlete 650. fl. zu compensiren und vergleichen zu lassen nicht schuldig. V. R. W.

Nec non in Dicasterio Jenensi *M. Decembr. Anno 1635.* ad qvæstionem D. Johannis Casparis Unraths P. P. zu Jehna. Hat Titius Sejam zum Weibe genommen / und ihretwegen ein Haus mit ziemlichen Vorrath an Hopffen und andern / neben etzlichen baarem Gelde / und dem halben Theil eines Guts ererbet / ist aber das Haus durch große entstandene Feuers-Brunst auß GOTTes Verhängnüß / mit allem Vorrath / neben vielen andern Häusern und Gebäuden in die Asche geleget / folgends aber durch Titium ein anders / welches anitzo noch vorhanden / auf die Brantstätte / nicht allein von dem Constante Matrimonio erworbenen / sondern auch erborgten

Geldern von neuem aufgebauet worden. Hat sich nun darauf begeben/ das Seja von dieser Welt geschieden/ und Titius auch bald darauf verstorben/ welche beyde Eheleute keine Kinder/ sondern allein Geschwister hinter sich verlassen: So ist zwar/ bey solcher Beschaffenheit/ das neue erbauete Haus/ weil dasselbe inædificationis Jure der Sejæ zuständig gewesen/ numehr ihrem nachgelassenen Bruder erblich angefallen/ Er ist aber Titii Erben die aufgewandte Bau-Kosten nicht unbillig abzustatten verbunden. V. R. W.

ECLOG. XIII.

Ex §. Si Titius. 31.

Fructus ex Ramis mearum arborum decidentes in vicini fundum, cedunt Vicino.

SUMMARIA.

1. *Arboris alienæ ramos in fundum meum missos autoritate Judicis succidere licet.*
2. *Si denunciavero vicino, etiam propriâ autoritate licet.*
3. *Idem & de vitibus, lupulo &c. procedit.*
4. *Et de Jure quoq; Saxonico tenet.*
5. *Fructus ex arbore vicini in fundum meum decidentes Jure civili à vicino intra triduum possunt colligi.*
6. *Non de Jure Saxonico.*

1. SI Arbor aliena radices aut ramos in meum fundũ immiserit, licitum mihi est, vel ipsam arborem, aut ejus ramos, pendentes super Domum meam, autoritate saltem Judicis incidere. *l. si plures. 6. §. fin. ff. arbor. furt. cæsar.*
2. † Si verò Vicino denuntiavero, ut tollat, & ipse renuat, permittitur mihi per Edictum Prætoris, de Arboribus cædendis, etiam propriâ autoritate, non solùm ramos & radices, sed etiam totam Arborem succidere & ligna succisa tollere. *l. 1. §. si Arbor ædibus. junct. §. ait Prætor. vers. prius itaq;. ff. de Arborib. cædend. ibiq; Wesenb. in parat. Cepoll. de Servit. urb. præd. c. 81. Mynf. b. n. 6. & Dn. Carpz. p. 3. Const. 32. def. 25. n. 5.* †

Quod

3. Qvod ipsum etiam de Vitibus, Lupulo, Salictis, Ficubus, Castaneis & similibus, intelligendum est. *Joh. Schneidew. h. n. 4. M. Ber-*
4. *lich. p. 5. concl. 52. n. 22. & seqq.* † Atqve idem in foro qvoqve Saxo-
5. nico obtinet. *Schneidew. d. l.* † In illo dissidium est, inter Jus Commune & Saxonicum, si fructus ex arbore mea in fundum Vicini decidant; Tunc enim de Jure Civili licet mihi eos tertiâ qvoqve die, siqvidem postea putrescunt, & pro derelictis habentur, adeoqve vicino cedunt, colligere & auferre. *l. Un. ff. de Gland. legend. l. 9. §. 1. ff. Ad Exhibend.* Etsi enim in alienum fundum invito Domino ingredi regulariter non licet, tamen qværendæ suæ rei causa licet, *Matth. Wesenb. in parat. ad d. l. unic. Dn.*
6. *Carpz. d. loc. num. 1. & seqq.* † Verum Jure Saxonum Fructus ex ramis mearum Arborum decidentes in fundum vicini, ad ipsum vicinum pertinent indistinctè; nec ulla Domino Arborum pro iisdem recuperandis competit Actio, Landr. *lib. 2. Art. 52.* Weichbild *art. 126. Matth. Coler. p. 1. Decis. 25. & Decis. 145. Ludovic. Fachs diff. 14. Reinhard. p. 6. diff. 12. apud Christoph. Zobel. p. 2. Diff. 142. n. 17. & seq. Hier. Treutler. vol. 2. Disput. 20. th. 6. lit. D. Matth. Wesenb. d. tit. ibid. Henr. Hahn in notat. pag. 613. & seq. in part. 2.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses in causa Petri Ferbers zu Lommatzsch *M. Decembr. Anno 1630.* Stehen in eurem Garten etliche Obst-Bäume hart an dem Zaune/ also/ daß die Zweige in eures Nachbarn Garten hangen/ und/ wann ihr dieselbigen Bäume schüttelt/ die Früchte von solchen Zweigen in des Nachbars Garten fallen rc. So verbleiben solche Früchte/ nach Sachsen-Recht/ dem Nachbar billig/ und ihr seyd dieselben in seinem Garten aufzulesen und weg zu nehmen nicht befugt. V. R. W.

ECLOG. XIV.

Ex §. Qua ratione. XXXII.

Frumenta in solo alieno sata Domino fundi cedunt.

SUMMARIA.

1. *Ratio assertionis.*
2. *Seminis mei bonâ fide in fundo alieno sati æstimatio mihi restituenda.*
3. *Non etiam si malâ fide satum sit.*

4. *Nisi*

4. *Nisi tempore vindicationis sit in possessione.*
5. *Quod etiam Jus Saxonicum servat.*

1. TExtus hujus §. nostri est clarus. Fructus enim Jure soli, non Jure seminis percipiuntur, inq; Fructibus percipiendis corporis magis, id est, ipsius Soli Jus, ex qvo percipiuntur, qvàm Seminis, ex qvo oriuntur, adspicitur, *l. qui scit. 25. in pr. & §. 1. ff. de Usur. Joh. Schneidewin. ad h. §. n. num. 1. Joh. Harppr. ibid. num. 1.* Unde vulgares illi Versiculi:

Qvicqvid plantatur, seritur, sive ædificatur,
Omne solo cedit, radices si tamen egit.

2. † Ita tamen, ut, si bonâ fide fundum alienum coluerim & conseverim Semine meo, impensæ mihi restituendæ veniant, *h. §. n.*
3. † Sed si malâ fide qvispiam in Fundo alieno frumentum suum severit, isthæc exceptio ei haut proderit. Sibi enim imputare habet, cùm temerè alienum fundum coluerit atqve conseverit, *l. sin autem. 27. §. in rem. 5. & l. sumtus. 48.*
4. *ff. de R. V.* † Permissum tamen est etiam malæ fidei Possessoribus, ut, qvanqvam sumtus repetere non possint, fructus auferre qveant, *l. Julianus. 37. cum l. seq. ff. de R. V. l. domum. 5. C. Eod.* Si modò maturi facti sint, & tempus Messis nondum accesserit, alioqvin omni recompensationis mediô Seminator destituitur, *Joh. Harppr. ad §. ex diverso. 30. num. 14. & seqq. & h. §. nostr. num. 2.*
5. † Qvod etiam in Foro Saxonico observari testatur *Dn. Carpzov. lib. 1. Resp. 100. num. 13. & seqq.* Ita judicarunt Scabini Lipsienses *M. Octobr. Anno 1638.* ad consultationem Anthonii Voigts zu Sangerhausen. Hat Andreas Weiße / Amtmann zu Großen-Wansleben / vor etlichen Jahren seine Ländereyn / und darunter auch vier Aecker auf der Säu-Weide vor Rohrbach gelegen / Paul Dackhorn verpachtet; Solche Aecker aber hat der Schäfer / ohne Vorwissen und Begünstigung des Eigenthums-Herren oder Pachtmanns / vor drey Jahren mit den Schafen beleget und bedinget. Nachdeme nun der Pachtmann abgetreten / die Aecker unbestellet liegen blieben / öde und zur Leide worden / der Schafdünger auch sich selbsten consumiret und verweset / habt Ihr vorgedachte verwüstete Ländereyn Andreas Weißen abgepachtet / und weil es Euch an Saamen gemangelt / angeregte vier Aecker

Aecker/durch Jacob Schmieden um die Helffte mit Hafer bestellen lassen/ davor auch iedweder seine Helffte eingeerndtet. Ob nun wol der Schäfer zugefallen / und den Dinger wie auch die dritte Garbe von Euch alleine erzwingen wollen/ gestalt Er es auch so weit gebracht / daß Euch so bald die Scheune versperret worden: Doferne er aber dennoch wissentlichen/ daß die Aecker nicht ihme / sondern einem andern zugestanden / und ohne dessen vergünstigung/ die Schafe darauf geleget/ und dieselbe gedünget hätte/ davor sichs auß Euer Frage ansehen lässet; So wäre Er nunmehr weder von Euch/ noch von Jacob Schmieden einigen Abtrag / oder die dritte Garbe zu fodern nicht berechtiget / sondern es würde Euch die Scheune hinwiederum gerichtlichen billig geöffnet. V. R. W.

ECLOG. XV.

Ex §. Si qvis à non Domino. XXXV.

Bonæ fidei Possessor Fructus consumtos, restituere non tenetur, nisi qvatenus factus est locupletior.

SUMMARIA.

1. *Malæ fidei Possessor omnes fructus restituit.*
2. *Responsum Scabinorum Lipsiensium.*
3. *Bonæ fidei Possessor omnes fructus acqvirit.*
4. *Et extantes tantùm restituit.*
5. *Qvales etiam adesse intelliguntur, si locupletior sit factus.*
6. *Consumtum non reputatur, ex qvo qvis est locupletior.*
7. *Doctrina hac communis est.*
8. *Et responsò Scabinorum Lipsiensium confirmatur.*

1. MAlæ fidei Possessor indistinctè omnes fructus tàm naturales, qvàm industriales, sive adhuc extent, sive consumti sint, restituere cogitur, per *text. b. n. vers. Ei verò qvi. l. fructus. l. si navis. §. ult. ff. de Rei Vindic. §. & si in rem. cum §. seq. Instit. de Offic. Judic. l. sed & si. §. sed & fructus. ff. de Petit hered. Heig. ad §. b. n. num. 94. Copus Tract. de Fructib. lib. 2. tit. 4. cap.*

a. Dn. Carpz. p. 3. const. 32. def. 30. & lib. 1. Resp. 39. num. 1. & seqq. Matth. Wesenb. in parat. ff. de R. V. n. 7. ibid. Henr. Hahn in notat. p. 402. in part.

2. *1.* † Atqve ita respondere solent Scabini Lipsienses, ut factum in causa Hansen Bobens/und Consort. contra Philipp Mebussen zu Bauchstedt/ *M. Febr. Anno 1630.* P. P. Daß Klägere das jenige/so ihnen zu beweisen uferleget / zur Nothdurfft erwiesen und beybracht haben; Derowegen ist ihnen Beklagter das streitige Feld / cum fructibus perceptis & percipiendis, abzutreten / auch in dieser Sache aufgewandte Unkosten uf vorgehende Liqvidation und richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig. V. R. W.

3. Verùm Bonæ fidei Possessor, qvi scil. à non-Domino, qvem Dominum esse credebat, fundum possederit, fructus, qvos percepit, lucratur, pro cultura & cura, qvam
4. adhibuit, *per text. h. n.* † Et extantes saltem, *l. sed & loci. 4. §. post litem. 2. ff. Fin. regund. l. qvæsitum. 40. in f. ff. de Adqvir. rer. Dom. Joh.*
5. *Harppr. h. num. 52.* † Seu, qvi iisdem comparantur, hos, ex qvibus factus est locupletior, restituere tenetur, *l. 1. C. de Petit. hered. l. item veniunt. 20. §. præter hæc. 6. vers. Eos autem ff. Eod. H. Pistor.*
6. *p. 4. q. 25. num. 4.* † Consumtum enim non est, qvô de qvis factus est locupletior, & in corpore Patrimonii retinetur, *l. Imperator. 70. §. ult. cum ll. seqq. ff. de Legat. 2. l. si fructus. 8. C. de Donat. inter Vir. & Uxor. Ibid. Johann. Brunnemann. in suo Commentar. Dn. Carpz. part. 3. const. 32. def. 28. num. 18. & seqq. ibid. relati.* † Et hanc sententiam 7.
communiorem, multis etiam æqviorem visam esse, ac βέλτιον ἢ νόμ@ δικαίυ, *arg. 5. Ethic. 14.* propterea, qvòd bonæ fidei Possessor debeat restituere, qvodcunq; est veri Domini: Cujus etiam hoc est, qvod à Possessore ita consumtum; Ne ipse lucrum habeat, Dominus damnum: Ac ob id locum esse condictioni *ex l. 32. de Reb. Credit.* concedit *Henr. Hahn ad Parat. Wesenbec. tit. de Rei vindic. num. 7. pag. 401. p. 1.* ut ut contrarium textibus & rationi Juris Civilis convenire latè propugnet ibid. Ita 8.
solent respondere Scabini Lipsienses, prout factum in causa Wolfgangi Christophori Rosenau & Consort. C. Wolff Christophen von Helldritt zu Harras / ad consultationem Serenissimi Principis Dn. Johannis Casimiri, Ducis Saxon. Jul. Cliv. & Mont. zu Coburg / *M. Nov. Ann. 1622.* P. P. Derowegen ist Beklagter Klägern die obbenienten Lehnstücke/nebens denen erübrigten Früchten/ vermöge eines richtigen

gen Inventarii, oder in Manglung desselben/vermittels eidlicher Specification wieder abzutreten/ und einzuräumen schuldig/ V. R. W.

ECLOG. XVI.

Ex §. Is verò, ad qvem. XXXVI.

Usufructuarius non lucratur Fructus, nisi qvos percepit.

SUMMARIA.

1. *Usufructuarius solâ perceptione Fructus suos facit.*
2. *Et ob id licet maturis Fructibus decedens, eos ad heredes suos non transfert.*
3. *Ratio.*
4. *Limitatio asserti.*
5. *Ejusdem restrictio.*
6. *Annui reditus, antequam dies cessit, ad proprietarium pertinent.*
7. *Responsum Scabinorum Lipsiensium.*
8. *Jure Saxonico res paulò aliter procedit.*
9. *Qvo non perceptionis tantùm ratio habetur, sed etiam cultura.*

1. Usufructuarius non ex Jure aliqvo Dominii, vel alio Jure, qvod fructuum acqvisitionem operatur, fructus acqvirit, sed solâ perceptione.
2. † Unde, si Usufructuarius ante perceptionem moriatur, fructus fundi, licet maturi sint, non ipsius heredibus, sed Domino fundi seu novo Possessori, puta Emtori, *l. Julianus. 13. §. si fructibus. 10. ff. de Action. emt. l. qvi fundum. 40. §. cum fundum. 4. ff. de Contrah. emt.* legatario, aut fideicommissario, *l. in Falcidia. 9. ff. ad L. Falcid. l. Herennius. 42. ff. de Usur. l. à Titio. 64. ff. de Furt.* cedunt per *text. b. n. l. qvi scit. 25. §. 1. vers. praeterea. de Usur. l. defuncta. 58. ff. de Usufr.* † Qvia Usus fructus est Jus Servitutis, qvod non solâ voluntate Domini patientis constituitur, sed necesse est, ut insuper naturale factum utentis & fructus apprehendentis accedat, *l. 3. ff. de Usufr. l. non statim. 8. ff. de Pecul.* 3.

H. Pist. p. 1. q. 24. num. 28. & 29. Del. Castillo tr. de Usufr. c. 77. num. 20. & seqq. Matth. Wesenbec. ff. Qvib. mod. Usufr. vel. usus amitt. num. 3. ibiq. Henr. Hahn. p. 425. & seq. in part. 1. Ubi, qvi fructus dicantur percepti, explicat *Besold. p. 4. Consil. 196. num. 1. & 4. Moller. ad Constit. Elector. 13. num. 1. p. 3. Dn. Sigism. Finckelth. Sen. Observ. 54. n. 7. & 8. Joh. Brunnemann. ad l. 5. C. d. Usufr.*

4. † Et hoc ita, nisi judiciô Testatoris vel verbis Stipulationis extendi debeat, *l. 5. ff. Qvib. mod. Usufr. amitt. l. 38. §. 10. ff. de V. O.*

5. † Qvô tamen casu non ad secundum heredem, Substitutum aut alios Successores ejus ususfructus pertinet, *l. 14. ff. de Usufr. & habit.* qvod singulare est, *l. 8. §. 1. ff. de Vulg. & Pupill. substit.* contra illam Juris regulam, qvæ vult, heredis heredem esse Testatoris heredem, *l. ult. C. de hered. inst. l. 170. ff. de V. S. l. 194. ff. de R. J. A. Perez. in Cod. tit. de Usufr. n. 20. Joh. Brunnem. ibiq. relati. ad l. Antiqvitas. 14. C. Eod.*

6. † Hinc seqvitur, qvod census & alii annui reditus, defunctô Usufructuariô ante diem solutionis in totum postea ad proprietarium pertineant, *H. Pist. d. p. 1. q. 25. n. 8. M. Berlich. p. 8. concl. 22. num. 29.* Qvia illi demum Fructus Civiles percepti esse intelliguntur, si dies illorum cesserit, id est, deberi incipiant, *arg. l. si operas. 26. ff. de Usufr. Dn. Carpzov. p. 3. const. 16. def. 5. num. 2. & 6. Matth. Wesenbec. & Habn. dict. loc.* † Unde Scabini Li- 7.
psienses in causa Hansen Amerleins zu Colleda/ *Mens. Octobr. Anno 1628.* ita pronuntiarunt. P P. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß euer Vater in seinem Gute nur allein den Usumfructum gehabt/ ehe und zuvor aber der Zins-Tag kommen / da die Bauren von ihren Aeckern die jährlichen Gefälle abstatten sollen/ Todes verfahren/ ꝛc. So seyd ihr nunmehr von den Zins-Leuten einigen Zins zu fodern nicht berechtiget. V. R. W. † Qvanqvam de Jure Sa- 8.
xonico res paulo aliter sese habeat, utpote, qvô Usufructuarius, postqvam consevit agrum, & seminatum rastris cooperuit, decessit, statim transmittit fructus, etiam nondum extantes, ad suos heredes, per *text. Landr. lib. 2. art. 5. lib. 3. art. 76. & 77. Zobel. p. 3. Diff. 27. num. 1. & 3.* Hinc vulgò dicitur: Was die Egde bestrichen und die Hecke bedecket hat/ das folget dem Erbe/ propter culturam scilicet, *Joh. Schneidewin. h. num. 3. Matth. Wesenbec. & Habn dd. loc.* † Jura 9.
igitur Saxonica non perceptionis tantùm, sed insuper Culturæ rationem habent. Volunt nempe pro labore, mercedis locô, fructus industriales Usufructuario cedere, etiam-

etiamsi percepti nondum fuerint, *Matth. Coler. p. 1. Decis. 194. num. 4. & p. 2. Decis. 286. num. 104. Dn. Carpzov. p. 1. const 5. def. 21. num 3. & seq. & p. 3. constit. 32. def. 5. Dn. Sigismund.* Finckelth. *Sen. d. Observat. 54. num. 10. & seqq.* Ubi ad rationes dubitandi latè respondet. Qvod & in Vineis obtinere testatur *Dn.* Richter *Decis. 56. num. 4.* Et in partibus Thuringiæ sufficere maximum Culturæ laborem, scil. die Hacke / esse absolutum, nec ultimam hoc in casu curam, die Ruhr / reqviri, *Matth. Coler. p. 3. de Process. Exec. p. 2. c. 3. num 303.* Ita responderunt Scabini Lipsienses in causa heredum Sebastiani Köhlers zu Rotenschirmbach / *Mens. Jul. Anno 1621.* Ist Bastian Köhler euer Vater den 6. Junii jüngsthin mit Tode abgegangen / und hat / unter andern Gütern / etliche auf seines andern Eheweibs Ländereyen / so Sie ihme zugebracht / noch stehende / und durch seinen Fleiß und Besaamung erbauete Winter- und Sommer-Früchte auf Euch seine sämtliche Erben gebracht und verfället; Und seine hinterlassene Wittib hat sich derselben / neben den Ländereyen / welche Sie / als ihr eingebracht Gut / hinweg nimmet / nicht anzumassen. V. R. W.

Nec non Facultas Juridica ibidem *Anno 1618. M. Aug.* ad consultationem B. V. S. Wittib. PP. Ob wohl N. weiter vorwendet / daß Euer verstorbener Ehemann / die blosse Fruchtniessung gehabt / welche mit seinem Tode erloschen / und daß derselbe die Früchte nicht eingeerndtet / derohalben er sich keines Rechten daran rühmen könte / sondern es wäre das erwachsene Korn Ihr / als der Proprietarien / eigenthümlich zuständig: Dennoch aber und dieweil zu Sachsen-Recht versehen / daß die jenigen Früchte / so die Egde bestrichen hat / und der Verstorbne bey seinem Leben unterbracht / seinen Erben / wegen angewandten Fleißes und Erbauung / folgen und bleiben sollen: So habt auch ihr als des Usufructuarii Erbin / vor N. Wittiben / als der Proprietarien / dieser heurigen Früchte / Euch billig anzumassen. V. R. W.

ECLOG. XVII.

Ex §. In pecudum. XXXVII. & XXXVIII.

Usufructuarius non restituit damnum Gregis casu fortuitô interemti.

SUMMARIA.

1. *Officium Usufructuarii, qvi gregis Usumfructum habet.*
2. *Aliunde qvàm ex grege Usufructuarius demortua capita supplere non tenetur.*
3. *Ad gregis casu fortuitò peremti restitutionem Usufructuarius non tenetur.*
4. *Idem procedit in Vineis & arboribus.*

1. QVandoqvidem Fœtus Pecudum in fructu est, adeoq; ad fructuarium spectat *§. 37. h.* idcirco pro eo commodo etiam incommodum qvoddam sentire debet. *Job. Harppr. ibid. n. 1.* Unde, si Gregis qvis Usumfructum habet, Gregem rectè colere, & qvasi bonus Paterfamilias eodem uti debet: id est, in locum demortuorum capitum ex Fœtu gregis illius alia submittere debet. *per text. h. n. l. vetus.*
2. *65. §. ult. cum l. seq. ff. de Usufr.* † Non opus autem est capita pecorum aliunde peti, si de illo grege non adnascantur aliqva. *d. l. vetus. 68. §. 1. l. 10. §. 3. ff. de Jure dot. l. 70. §. 3. ff. de Usufr. Wesenb. ad h. §. n.*
3. † Sive qvis igitur certorum qvorundam capitum Usumfructum habeat, sive totius Gregis, & iste aut illa fortuitò casu, puta militum irruptione, perimantur, Usufructuarius ad restitutionem ullius damni nullô modô tenetur. *Job. Schneidew. ad h. §. n. num. 12. Mynf. ibid. Hieron. Treutl. vol. 1. Disp. 13. lit. E. & F. Dn. Carpz. p. 2. constit. 26. def. 9. n. 5. & seq.* † Qvod & in Vineis & arboribus demortuis ita obtinet, ut alias substituere debeat Usufructuarius. 4
h. text. Johann. Schneidew. d. l. dummodo vi tempestatis non fuerint dejectæ vel eversæ, qvippe & hoc in casu ad subferendum alias non est compellendus *l. Arbores. 59. Ubi Gothofred. ff. de Usufr. Mynf. h. n. 3. Job. Harppr. h. n. 2. P. Gregor. in Syntagm. l. 4. cap. 35. n. 18. & seq.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses in causa Matthæi Nuppings zu Rötau M. Jul. An. 1633. P. P. Hat bemelte Wittib auch etliches Viehe ihrem Ehemann zugebracht/welches ihnen aber ingesamt in jüngster Wallensteinischen Plünderung abgenommen worden. ꝛc. So gehet der Schaden über die Wittib billig; und sie ist dannenhero einige Erstattung von euch/ als des Mannes und Usufructuarii Erben zu fodern nicht berechtiget. V. R. W.

ECLOG.

ECLOG. XVIII.

Ex §.Thesauros, quos quis, XXXIX.

Thesaurus inventus in Fundo proprio inventori, in alieno fortuitô casu pro dimidio cedit.

SUMMARIA.

1. *Thesaurus Inventori cedit.*
2. *Ratio.*
3. *Thesaurus quid propriè sit?*
4. *Inventus Thesaurus in domo propria totus cedit Inventori.*
5. *Etiam in Domo noviter emta.*
6. *Idem est, si in loco sacro & religioso privato.*
7. *Non in publico.*
8. *Inventus in solo alieno dividitur inter Inventorem & Dominum.*
9. *Idem procedit de Jure Saxonico.*
10. *Civili autem pariter ac Saxonico fodina ad regalia pertinent & fisco cedunt.*

1. THesaurus ex naturali ratione Inventori conceditur *princ.h. §. n.*
2. † Utpote qvi in nullius dominio est, & cujus Dominus ob vetustatem ignoratur. *l. nunqvam 31. §. 1. ff. de Acqvir. rer Domin.* Ubi Thesaurus definitur, vetus pecuniæ depositio, cujus non extat memoria, ut jam Dominum non habeat. Illa verò res, qvæ nullius in Dominio est, occupanti conceditur. *§. feræ igitur. 12. h.t. nostr l. 3. l. 31. ff. de A.R. Dom. Christoph.* Richter *Decis. 99. n. 102. & seq.*
3. † Unde constat, eam pecuniam, qvam qvis vel lucri, vel metus, vel custodiæ causâ sub terra condidit, si adhuc temporibus nostris fuit excusa, nec memoriam hominum excedat, propriè pro Thesauro non reputari *l. à Tutore pupilli. 67. ff. de Rei Vind. l. peregrè. 44. in pr ff. de Acqvir. vel amitt. poss. Joh. Schneidew. h. num. 3. & seq. Georg.* Schultz *in Synops. Feud. cap. 7. n. 181. vers. Unde constat.* Etiamsi ignoretur, à qvonam fuerit recondita. *Joh. Garsia tr. de Expens. & meliorat. c. 22. n. 56. & seqq. Matth. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 25.* Sed manet pristini Domini

Domini in tantum, ut qvi eam restituere nolit, furti teneatur, *l. nunqvam. 31. §. 1. ff. de A. R. D. Dn. Carpzov. p. 2. const. 53. def. 10. n. 7. & 8. Jacob. Menoch. de Præsumt. 30. n. 7. & seq. lib. 5. Zobel. v. 5. diff 61.*
4. *n. 1. & seq. M. Berlich. d. l. n. 26.* † Verùm, qvod de Thesauro dictum, distinctionem recipit: Aut enim invenit qvis thesaurum in suo proprio fundo, tunc totus Inventori acqviritur. *d. pr. h. l. unic. C. de Thesaur. Joh. Schneidewin. h. num. 6. Petr. Heig. p. 1. q. 13. n. 55.* Qvia beneficium Dei est, qvod beat Inventorem, *Henr. Arnis. de Jurib. Majest. lib. 5. c. 6. num. 22. Klock. de Ærar.*
5. *lib. 2. c. 116. n. 7. & seqq.* † etiam in domo noviter emta. *l. 67. ff. de Rei vind. latissimè Arumæus p. 1. Decis. 1. Henr. Hahn ad Wesenb. părat. tit. de Contrah. emt. n. 8. p. 619. in part. 1. Dn.* Richter *Decis. 99. num. 101. & seqq. A. Perez. in Cod. tit. de The-*
6. *saur. num. 9. & seqq.* † Qvod etiam de Thesauris in Locis Sacris & Religiosis iis, qvi privatorum usui & sepeliendi juri subjacent, & in Familiaria ac hereditaria dividuntur, *in l. Familiaria. 5. ff. de Religios. & sumt. fun.* de qvib. §. noster
7. loqvitur † atqve hac ratione cum *l. non intelligitur. 3. §. si in locis 10. ff. de Jure Fisci*, qvæ de locis sacris & religiosis agit, qvæ nullius sunt, non pugnat, prout dilucidè demonstrat *M. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 15. & seqq. ibidemq; allegati. Donell. ibid. Hillig. lib. 4. c. 14. Johann. Harppr. h. num. 7. & seqq. A. Perez. Cod. de Thesaur. num. 5. & Johann. Brunnemann. ad l. Unic. ibid.*

† Aut reperitur Thesaurus fortuitô casu in alieno fundo, putà arando, fodiendo, vel alio modo, sive publico sive privato; Et tunc dividitur inter Inventorem & Dominum fundi. *l. 3. §. 10. ff. de Jure Fisci A. Perez. & Brunnemann. d. loc.* 8
† Nec aliud de Jure Saxonico observatur: † Nisi qvòd eodem, ceu 9 10
Jure Civili, Auri aut Argenti fodinæ, aliæq; venæ metallicæ inventæ inter Regalia referantur, & unicè ad Fiscum pertineant. *c. un. Qvæ sit long. consvetud. lib. 1.* Landr. *art. 35. Matth. Coler. Decis. 100. n. 2. p. 1. A. Perez. in C. tit. de Metallar. & Metall. n. 17. & 18. Klock de Ærar. lib. 2. c. 27. n. 15. ibid. Relati. Matth. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 9. Dn. Carpzov. p. 2. prax. crim. q. 86. n. 4 & d. constit. 53. def. 5. num. 2.* Ita in prioribus duobus Casibus, responderunt Scabini Lips. *M. Februar. An.* 1629. in causa Melchior Reibolds Eheweibes zum Hayn. P. P. Habt ihr in eurem Keller / als ihr in demselben etwas unter die Erden verscharren und verwahren wollen / einen Schatz / als hundert und zwanzig alte Reichs-Thaler / in einem Topfe gefunden und

und angetroffen. Ob nun wol in dergleichen Fall auch auf Sächsischem Boden ein Schatz/wann er in einem Hause von dem Eigenthums-Herrn gefunden wird/ihme alleine gehörig; Dieweil aber dennoch nur alleine die Fruchtnissung vorgedachtes Hauses/euch auf euer Leben verschrieben/das Eigenthum aber desselben euch nicht zuständig ist / in welchem Fall denn der Schatz/so ohne gefehr von einem andern gefunden wird/ halb dem Eigenthumsherrn/ die ander Helffte aber alleine dem jenigen/so ihn gefunden / gebühret: So habet ihr euch auch eines mehrern / ausser des halben Theils an solchen 120. Reichsthalern nicht anzumassen / sondern ihr seyd die andere Helfte dem Eigenthumsherrn außzuantworten schuldig. V. R. W.

Et in casu ultimo, M. Nov. 12. A. 1614. ad consultationem Dietrichs von Burckersroda zu Kötzschau. P. P. haben sich in dreyen Teichen/so in euren Gerichten gelegen/kurtz-verrückter Zeit Saltz-Qvellen ereignet. Ob nun wohl von der hohen Obrigkeit/ dem Chur-Fürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg/ rc. Unsern gnädigsten Herrn/ ihr unter andern auch mit solchen Teichen beliehen worden/ dieweil es aber dennoch mit den Saltz-Qvellen diese Gelegenheit hat / daß sie unter die Regalien gehörig/und davor gehalten werden/ auch solche in der Güldenen Bulle den geist- und weltlichen Churfürsten gäntzlichen mit allen Rechten/ nichts außgenommen / außdrücklichen seyn vorbehalten worden. So habet ihr mehrerwehnter Saltzqvellen und der Nutzung derselben/ohne sonderliche Nachlassung höchstgedachtes Chur-Fürsten zu Sachsen und Burggrafens zu Magdeburg / unsers gnädigsten Herrens / euch eigenthümlich nicht anzumassen/sondern es bleiben solche Ihr. Churfürstl. Durchl. alleine billig. V. R. W.

ECLOG. XIX.

Ex §. Per traditionem. XL.

Traditione rerum immobilium de Jure Saxonico, si non judicialiter fiat, Dominium non transfertur.

SUMMARIA.

1. *Jure Communi nuda traditio transfert Dominium.*
2. *Pro qua in immobilibus est introductio.*

3. *Jure autem Saxonico Dominium non transit, nisi à parte tradentis accedat abdicatio, à parte accipientis recognitio.*
4. *Et qvidem judicialiter coram Judice competente.*
5. *Contradicitur dissentientibus.*
6. *Qvos etiam reprobat decisio nova Electoralis.*

1. De Jure communi expeditum est, traditione nuda à Domino rei facta Dominium in alium transferri. *per hunc text. nostr. l. 20. C. de*
2. *Pact.* † Eaq; fit in immobilibus introductione in possessionem Domus vel fundi. *l. 3 ff de Adqvir. poss. Mynsing. h. lit. D. Joh. Schneidew.*
3. *h. n. 2. & 3.* † Secus autem comparatum est in Foro Saxonico in traditione rerum immobilium: Ubi earum Dominium perfectè non transfertur, nisi accesserit à parte Alienatoris vel Venditoris ABDICATIO possessionis, daß er die Lehn am Hause oder Grunde auflasse/ Ex parte Emtoris RECOGNITIO, daß er selbe wiederum von dem Lehn-Herren zu Lehn empfahe/ gegen Entrichtung gebührenden Lehn-Gel-
4. des. † Qvæ omnia coram eo Judice, cujus Jurisdictioni res tradenda supposita est, fieri necesse est, extrajudiciali Traditione Immobilibus planè non valente. *Coler. de Proceß. Execut. p. 1. c. 10. n. 199. Dn. Carpz. p. 2. constit. 39. Def. 35. & p.*
5. *1. Resp. 127.* † Dissentiunt qvidem *Georg.* Schultz *ad h. tit. n. lit. Oo. Et Georg. Franzkius lib. 2. Resolut. 12.* Ubi ex professo ostendit, ex nullo textu Juris Saxonici necessitatem hanc, nisi in Donatione Bonorum Avitorum, defendi posse: A dicta tamen Observantiâ Fori Saxonici, de qva tota ferè JCtorum Saxonicorum cohors fidem facit, recedendum non esse, respondet & demonstrat *Dn. Carpzov. Decis. 127. n. 12.* † Et qvia Serenissimus Saxoniæ Elector modernus Collegia suarum Ditionum invicem non omninò hac in re consentire deprehendit, Eadem Decisione Novâ, qvæ inter nuperrimè editas est LXI. numero, in consonantiam redegit & modò dictam observantiam in posterum in ferendis sententiis, nisi contrariâ consvetudine sive statutô à sua vel Antecessorum suorum Serenitate approbatô aliud legitimè introductum probetur, seqvi mandavit. Ita responderunt Scabini Lipsienses ad reqvisitionem der Gerichte zu Dreßden / *M. Januar. Anno 1647.* PP. befinden sich bey einem entstandenem Concursu unterschiedene Gläubiger/ derer etliche auf des Debitoris 6.

Haus

Haus eine gerichtliche hypothec prætendiren / und deshalben den Arestanten fürgehen wollen; Denen aber die Arestanten widersprochen. Und weil der Debitor das Haus niemahls in Lehn und Würden gehabt / die hypothec vor nichtig achten. Ob nun wohl der Debitor das Haus erkauft/uñ justô titulô an sich bracht/ auch vermöge der gemeinen Rechte extrajudicialis traditio gnugsam: dieweil aber dennoch nach Sachsen-Rechten / zu erlangung des Eigenthums eines unbeweglichen Guts extra-judicialis Traditio nicht gnungsam/sondern die Lehn/auf vorgehende des vorigen Possessoris Auflassung/vermittels des Lehnherrens/ gerichtlich erlanget werden muß/ so der Debitor dißfalls niemahls überkommen. So ist auch dergleichen angegebene hypothec zu rechte nicht beständig / und werden demnach die Arestanten den jenigen Gläubigern/ welche dergleichen hypothec prætendiret/billig fürgezogen. V.R.W.

ECLOG. XX.

Ex §. Quæstione. XLVII.

Res pro derelicto habita fit occupantis, etiam in Domo alienâ.

SUMMARIA.

1. *Non tantùm vera, sed etiam quasi traditio transfert Dominium.*
2. *Quasi tradita quoque creduntur res pro derelicto habitæ.*
3. *Pro derelicto habitio verus titulus est transferendi Dominii.*
4. *Ratio.*
5. *Requisita pro derelicto habitationis.*
6. *Res pro derelicto habita cedit occupanti.*
7. *Etiam in domo & fundo alieno.*
8. *Ingrediens, prohibente Dominô, fundum alienum injuriarum tenetur.*
9. *Sed propterea occupatio nihilominus effectum sortitur.*
10. *Rem pro derelicto habitam, licet animo furandi, occupans furti non tenetur.*

1. NOn solùm TRADITIONE verâ, sed & qvasi traditione rei Dominiũ in occupãtem transfertur; Ut ostendunt Exempla in §. *Interdum. 44. & tribus seqq. b. t.*

† Eas res inter etiam sunt PRO DERELICTO habitæ, id est, qvas 2.

eâ mente Dominus abjecit, ut eas in numero Rerum suarum amplius esse nolit, *h. §. n.* Qvæ statim Domini esse desinunt & occupanti cedunt, *l. 1. l. 7. ff. Pro derelict. &*
3. *h. § n.* † Pro Derelicto enim legitimus est Dominii transferendi titulus, *Hillig. in Donell. enucl. lib. 4.*
4. *c. 14. lit. A.* † Donari namqve res hujusmodi videtur, *l. qvod servus. 36. ff. de Stipulat. Servor. Matth. We-*
5. *senb. ff. Pro derelict. num. 1.* † Si duo nimirum interveniant, primum, ut qvis rem amplius habere nolit, deindè ut eam in hunc finem abjiciat, *Henr. Hahn ad Wesenbec. d. l. num. 2. pag. 527. part. 2.*
6. † Inde seqvitur, qvod hujusmodi res primi occupantis fiat.
7. † Ac proinde, si rem pro Derelicto habitam in Domo etiam alterius realiter apprehendam, Domino ædium, propter Præventionem, in occupatione & Dominii adqvisitione præferor, *Joh. Harpprecht hic num. 4. Dn. Carpzov. p. 3.*
8. *c. 31. def. 17. num. 5.* † Qvanqvam enim Ingrediens fundum seu Domum alienam, Dominô invitô ac contradicente, injuriarum teneatur, *per text. in § fera igitur. 12. Instit. h. l. 3. §. 1. ff. de Adq. rer. dom. l. injuriarum. 13. §. ult. ff. de Injur. l. 2. §. Si qvis in mari. 9. ff. ne qvid in loc. publ. l. Divus. 16. Ubi Gloss. & Dd. ff. de Serv. rustic. prædior. l. per agrum. 11. Cod. de Servit. & Aq.* †
9. Nihilominus tamen Occupatio effectum suum sortitur, in Dominii occupatæ rei translatione, *Joh. Scheidew. ad §. fera igitur. 12. n. 7. Dn. Carpzov. p. 2. c. 53. def. 9. n. 6. & 7.* Nam Actus Ingressionis qvidem prohibitus est, non item Actus Occupationis. *Joh. Harppr. d. §. Fera. 12. n. 28.* †
10. Unde statuunt Dd. qvòd rem pro derelicto habitam auferens furti non teneatur, etiamsi habeat animum furandi, *per eos, qvos allegat Dn. Carpz. in Prax. Crimin. p. 2. q. 86. n. 4.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsiens. in causa Sebastian Spans / Schönburgischen Amtmanns zu Hartenstein / *M. Febr. Anno 1633.* P. P. Dieweil aber dennoch der Pfarrherr von solchem Pferde / so in seinem Hause gestanden / und von des Feindes Volcke darinnen verlassen worden / nichts gewust / des Bauren Sohn aber dasselbige zum ersten in des Pfarrers Hause angetroffen / occupiret / und in seine Gewehr bekommen / etc. So verbleibet es ihme eigenthümlichen billig / und der Pfarrherr hat sich darwider mit seinem Einwenden beständiger Weise nicht zu behelffen. V. R. W.

ECLOG.

ECLOG. XXI.

Ex §. Alia sanè causa. XLVIII.

Res in aqvis vel aliàs repertæ, si Dominus eas non repetat, ex tertia parte Inventori, reliqva Magistratui cedunt.

SUMMARIA.

1. *Ex Consvetudine Siciliæ, Angliæ & Italiæ Naufragorum bona Magistratui cedunt.*
2. *Eamq; olim & Germania tenuit.*
3. *Sed iniquissima est.*
4. *Et ob id Lege publicâ cessare jussa.*
5. *Ejusq; iniquitatem agnoscunt Regna & Principatus moratiores.*
6. *Et Jure Gentium haud qvaqvam defenditur.*
7. *Idem est in iis, qvæ jacta sunt navis levandæ ergò.*
8. *Ratio.*
9. *Responsio ad L.43.§.11.ff. de furt.*
10. *Hæc talia ergò ex aqvis extracta Dominis sine refusione pretii sunt restituenda.*
11. *Licet præstari debeat merces & impensa facta extrahentibus.*
12. *Limitatio.*
13. *Consilium pro Inventoribus, ne in suspicionem incidant furti.*
14. *Inventa res publicè indicata, si non inveniat Dominum, cui cedat?*
15. *Qvid de Jure Saxonico obtineat.*

1. EX Consvetudine Siciliæ, Angliæ & Italiæ, naufragorum bona inter Regalia referri & Magistratibus reservari tradit *Lucas de Penna in l. 1. C. de Naufrag. Bruning. de Variar. Universitat. speciеb. Conel.53.* 2. † Idq; olim etiam in Germania usitatum fuisse testatur *Kirchner. de Republ. Disp.17. Coroll.7. A. Gail.1. Obs.18. num.6.* † Verum, qvia hujusmodi 3. Consvetudo iniqvissima est, *Hillig. ad Donell. lib.4. cap.14. lit. C. Lauther. de Censib. cap. 11. num. 11. & seqq. Philipp.* Knippschild *de Jurib. & privileg. Civitat. Imperial. lib. 2. cap.10. num.62. Bruning. d. l Johan. Brunnemann. in Cod. suo tit. de Naufrag.*

frug. ad l. si qvando. 1. 4 † Ideoqve non tantùm in *d. l. un.* ab Imperatore Friderico, sed & à Carolo V. in der P. H. G. O. *Art. 218.* penitus sublata est, imò, ex dispositione Juris Canonici, qvi ex Naufragiis emolumentum capiunt, ipso factô sunt excommunicati, *c. excommunicati. 3. X. de Raptor.* Unde *Gail. d. l.* se meminisse, mandata sine clausula in Camera Imperiali, *in causa Senatus Hamburgensis contra Duces Holsatiæ*, decreta fuisse contra hujusmodi Consvetudines, testatur.
5 † Et dictam dictæ Consvetudinis Barbaræ iniqvitatem agnoscunt etiam hodiè Dania, Schlesvvigum & Holsatia, nec ex miserorum Mercatorum bonis ditari volunt. *Joh. Stypman, Contin. de Jure Nautar. p. 5. c. 5. n. 5.* Lömbuch *lib. 3. c. 63.* Sicut nec Pomerania, secundum Land- *Privilegia* §. dem handthierenden Kauffmann.
6 † Ut ita falsum sit, qvod qvidam jactitant, omnium Gentium Jure dictam Consvetudinem receptam esse. Veluti pluribus novissimè deducit Johannes Marqvardus *de Jure Mercatorum & Commercior. lib. 2. cap. 4. num. 13. & seqq.*
7 † Hæc omnia eâdem prorsus ratione, qvæ sese exerit in rebus LEVANDÆ NAVIS CAUSA EJECTIS; de qvibus Imperator hic, inqvit; Palam est, res, qvæ in Tempestate levandæ navis causa ejiciuntur, non eô animô ejici, qvòd qvis eas habere nolit. † 8
Nempe Actus abjiciendi hic non est directus in Dominii amissionem, *Henr. Hahn ad Wesenb. parat. ff. de L. Rhod. de jact. num. 5. pag. 550. & seqq. in part. 1.* † Ubi tex- 9
tum in *l. 43. §. 11. ff. de Furt.* qvi contrariari videtur, restringit ad res ejusmodi projectas, qvas projiciens novit statim perituras: Cujusmodi sunt Libri & res similes, qvæ humorem Aqvæ diu non ferunt. † Qvæ igitur in tempe- 10
state vel inundationis tempore ex aqvis extrahuntur, vel alias etiam inveniuntur, veris Dominis, si compareant, gratis sunt restituenda, *l. falsa creditor. 43. §. si jactum ex nave. 11. ff. de Furt.* † Nisi qvis 11
missus sit per Dominum ad rem qværendam: Tunc enim pro labore debetur Inventori pretium, & id, qvod expendit in qværendo, *Bartol. in d. l. 43. §. qvi alienum. ff. de Furt. Christoph. Zobel. p. 2. Diff. 61. num. 6.* † nisi & hoc in casu 12
Dominus licentiam rem qværendi, ac insimul retinendi inventori concessisset, *Zob. d. l. n. 4.* † Qva- 13
re, ad omne periculum effugiendum, & ne furti argui possit Inventor, juxta *d. l. falsus creditor. 43. §. qvi alienum. ff. de Furt. c. si qvid invenisti. & c. multi sunt. cau.*

14.

14. quæst. 5. Landr. *lib. 2. art. 37.* si Dominus rei inventæ ignoretur, consultum est illi, ut is in Templo per Ministrum Ecclesiæ, vel publicum Præconem, vel libellum proclamari faciat; se invenisse, & vero Domino redditurum, *per text. in d. l. 43. §. proinde videamus. 8. sub fin. ff. de Furt.* Landr. *lib. 2. art. 37. vers.* das soll er außbieten. *Christoph. Zobel. p. 2. diff. 61. num. 5. Johann. Petr. Molignat. de Jur. retent. q. 243. per tot. Matth. Berlich. p. 2.*
14 *concl. 66. num. 27.* † Sin autem non constet de Domino post Proclamationem publicam, Inventor pauper inventa retinebit; Dives verò honestius agit, ea in manus Pauperum aliósve pios usus erogando, *arg. Auth. omnes ergo. C. Commun. de success. c. nemo qui rapit. 14. q. 5. Johann. Schneidew. h. Matth. Coler. p. 1. Decis. 149 num. 3. Molignat. d. q. 243. Berlich. d. l. n. 20.* Prout aliàs Episcopi & Ecclesiasticæ Personæ tales res ad Ecclesias trahere gestiunt; ut notant *Dd. in d. c. si qvid invenisti. 14. Alberic. de Rosat in Dictionar. in verb. Invenire. vers. Qvid sit agendum. Zobel. d. l. n. 10.*
15. † Qvod Jus Saxonicum attinet, Edictum ad Sex Septimanas extenditur, & sive Dominus rei compareat, & probet proprietatem, sive non, Inventori tertia pars adjudicatur, ita tamen, ut in casu ultimô reliqvæ duæ Partes Magistratui cedant, Landrecht. *lib. 2. art. 37. Christoph. Zobel. d. l. n. 8. & n. 16. Coler. dict. Decis. 149. n. 4. Dn. Carpzov. p. 2. const. 3. def. 15. & p. 3. Constit. 31. def. 18. n. 8. & seqq.*

Ita pronuntiarunt Scabini Lipsiens. M. Jul. An. 1605. ad Consultationem Præfecti zu Saleg. Ist A. 1613. als sich den Sonnabend nach Pfingsten die Gewässere in Thüringen ergossen/ eine Lade/ darinnen etlich weiß Geräthe und andre Sachen gewesen/ ufm Saal-Strohm von zweyen Fischern aufgefangen/ und denen Gerichten zu Saleg zugestellet worden: Welche Lade/ auf Befehl der Fürstl. Stiffts-Regirung zu Zeitz zu zweyen unterschiedenen mahlen öffentlich von der Cantzel verkündiget worden/ ob sich iemand finden wolte/ deme dieselbige Lade zuständig. Ob sich nun wohl ein Weib hierzu angegeben/ und/ daß die Lade ihrer Schwester gewesen/ so im grossen Gewässer ertruncken/ und derer nechste Erbin sie sey/ vorbracht/ welches sie durch zwey Zeugen/ so sie abhören lassen/ erweisen wollen: Dieweil aber dennoch benennte Zeugen ihr nichts zum besten außgesaget/ so hat sie sich auch solcher Laden/ und was darinnen zu befinden/ auf das von ihr geführte Zeugnüß nicht anzumassen: Sondern es werden/ wofern

wofern sich nochmals kein ander und gewisser / dem solche Lade gebühret/ angeben wird / von mehr berührter Laden / und denen darinnen befindlichen Sachen zwey Theile dem Amte Saleg / und der dritte Theil den Fischern/ so dieselbe aufgefangen/ nach Sächsischen Rechten/ und derselben Rechtslehrer gemeinem Wahn / billig gefolget. V. R. W.

ECLOG. XXII.

Ex Tit. De Servitutib. Rusticor. & Urbanor. prædiorum. III. Princip.

Actus Servitutem qvi habet in fundo alieno, pecora etiam per illum agere potest.

SUMMARIA.

1. *Actus à via qvomodo differat.*
2. *An actum habens etiam pecora minora transigere possit?*
3. *Affirmatur ex L. 12. ff. de S. R. P.*
4. *Ratione probationis.*

1. Actus à Via ita videtur discerni, ut, qvi Viam habet, agendi etiam potestatem in genere habeat; Qvi verò Actum tantùm habet, solummodò Jumentum vel Vehiculum agendi habeat, *h. princ n. l. 1. §. Actus. ff. de Servitut. rustic. prædior. Bathol. Capoll. de Servit. rustic. prædior. c. 2. n. 1.*
2. † Unde qvi Servitutem Actus saltem habet in fundo alieno, videtur non posse pecora qvoqve, das kleine Viehe / per eam Viam ad Pascua agere. Sed, licet hæc materia Servitutum non parum intricata esse deprehendatur, demonstrante *Joh. Harppr. hic num. 61. & seqq.* † Ex *l. tamen 12. ff. de Servitut. rustic. prædior.* patet, 3.
sub Servitute Actus etiam comprehendi potestatem traducendi seu trahendi armenta, *Matth. Wesenb. ff. de Serv. rustic. præd. num. 1.*
†Qvam vocem Armentorum non 4.
ita strictè sumi posse crediderim, ut non simul etiam comprehendat vel admittat hoc in loco minorum gentium pecudes; Ne cui, qvod plus est, licet, ei, qvod minus est, non liceat, contra *l. non debet.*

7 † ut non nisi improbè, eam celare possit, *Panzschmann. d. q. 7. n. 26. Caspar. Anthon. Thessaur. lib. 2. qvæst. forens. q. 97. num. 2. Dn. Sigismund. Finckelth. obs. 51. num. 7. 11. & seqq. Dn.* Richter *Decis. 62. num. 21. & 32.* Ita pronuntiavit Facultas Juridica Lipsiensis M. Jun. Anno 1632. ad consultationem O. P. zu W. PP. Ob wohl die verstorbene Jungfrau A. E. von T. Ihre nechste Anverwandten / dero Adelichen Treu und Glauben hoch erinnert/ und Ihnen eingebunden haben wil / Ihrem Bräutigam die Handschrifft auff 3000. Thl. abfolgen zu lassen/ wie etwa in dem Instrumento publico verfasset seyn mag/ dessen Abschrifft Ihr uns doch nicht mit übersendet: Dennoch aber und dieweil / bey diesem letzten Willen weder 7. noch 5. Zeugen verhanden gewesen/ und also die Abfolgung weder auß einem zierlichen Testament/ noch als aus einer andern letzten Willens Verfassung gefodert werden kan/ auch die Erbe/ weil Sie angeregte Abfolgung oder Fideicommiss der 3000. Thaler von der Jungfrauen A. E. von T. selbst gegenwärtig nicht gehöret / mit dem dißfalls in Rechten zugelassenen Eyde nicht zu belegen: So ist auch diß Vermächtnis zu Rechte nicht beständig; Und seynd demnach die Erben solche 3000. Thaler der verstorbenen Jungfrauen hinterlassenem Bräutigam abfolgen zu lassen/ nicht verpflichtet. V. R. W.

† Sic qvoq; in hoc eodem puncto Fideicommissi, Libellus, qvod in eo præsentiæ heredis non fuerat facta mentio, rejectus est in Curia Electorali suprema, qvod Lipsiæ est, An. 1633. Term. Reminiscere, in causa D. I. H. Contr. C. G. viduam, & P. L. PP. Daß das unförmliche Libell nicht zuläßlich. Qvæ sententia postea in Appellationis instantia, Termino Martini Anno 1634. confirmata est, hisce formalibus. PP. Der Materialien 8

halber/

halber / erscheinet aus denen Acten und rechtlichen Einbringen so viel/ daß in voriger Instanz wohl gesprochen und übel appelliret: Derowegen diese Sache an denselben Richter zu remittiren, wie wir solche daßin remittiren und weisen. V.R.W.

ECLOG. CIV.

TIT. De Codicillis. XXV. §. Non tantùm I.

Clausula Codicillaris, Testamento adjecta, facit, ut id Jure Codicillorum subsistat, qvod, ex defectu solennium, in vim Testamenti valere neqvit.

SUMMARIA.

1. A Notariis plerumq; Clausula Codicillaris Testamentis adjici solet.
2. Formula ejus.
3. Effectus ejus.

1 IN confectione † Testamentorum solet plerumq; à Notariis CLAUSULA CODICILLARIS
2 adjici, hac fortè forma: † Si non valet Jure Testamenti, valeat Jure Codicillorum, & omni meliori modo, qvo melius valere potest, *Bartol. in l. 1. ff. de Codicill. Johan. Schneidew. h ad §. codicillis. 2. num. 15.* Germanicè: Woferne diß mein Testament / Ordnung und Geschäffte einiger Ursachen oder Mängel halben von Rechts wegen nicht/als ein zierlicher letzter Wille/ gelten oder kräfftig seyn solte / so soll es doch/als ein Testamentum Nuncupativum, Codicill, Fideicommissum, oder Donatio mortis causâ, oder eine andere Disposition, wie dieselbe zu rechte am kräfftigsten und beständigsten geordnet / und auffgerichtet werden kan oder mag / gelten oder kräfftig seyn / *Treutler. vol. 1. Disp. 13. th. 10. lit G. Dn.* Richter *Decis. 63. num. 2. & 3. Henr.* Hahn *ad Wesenb. tit. de Jure Codicill. num. 5. pag. 295. part. 2. Nicol. Reusner. de Codicill. cap. 23. num. 7. Dn. Carpzov. Decis. 155. num. 4. & 5.* De hac igitur Clausulâ merito soliciti sunt Testatores; † Cum, si Testamentum 3
fortè propter aliqvem defectum

non

ron valeat, ut Testamentum solenne, hæc clausula id operetur, ut valeat tamen Jure Codicilli vel Fideicommissi, vel alterius ultimæ voluntatis, *Dan. Moller. ad constit. Elector. 4.p.3. num.39. Dn. Carpzov.ibid.def 38 num.4. A Perez.C.de Codicill. num.8.* Et virtute hujus clausulæ, heres, ab intestato succedens, non solùm Legata præstare, sed etiam de restituenda hereditate iis, qvi Testamẽto minus solenni scripti sunt heredes, rogatus censetur, retentâ sibi qvartâ, *l.25.§.1.ff. Qvi testam. fac.poss.l.ult.§.1.ibid. Johan. Brunnemann.C.de Codicill. Job. Schneidew. ad §. Codicillis, 2. h. num.15. A.Gail.lib.2.Observ.practic. 113.per tot. Joh. Harppr. h. num. 26. Dn. Carpzov. d. loc. num.3.& d.p.3.c.8. def.19.num 3 Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 63. num.4. & seqq.* Ita responderunt Scabini Lipsienses M. Octobri Anno 1611. in causa Sebastiani à Nostitz. Ob ihr gleich eure mündige Jahre erreichet / und dannenhero die Pupillaris substitutio erloschen / euer Vater auch nach dem vierzehenden Jahr eures Alters niemand directò euch substituiren können: Dieweil aber dennoch in solchem eures Vatern letzten Willen die Clausula Codicillaris zu befinden / daß nemlichen / wo derselbe nicht als ein solenne Testamentum bestehen solte oder könte / dennoch als ein Codicill, oder ander beständiger letzter Wille / Ordnung oder Disposition, wie dieselbe / vermöge beschriebener oder derer Landüblichen Rechten und Gewohnheiten am kräfftigsten seyn könte oder solte / dahero dann / aus gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten zu vermuthẽ / das eures Vatern letzter Wille und Meynung gewesen / daß seine Verordnung / als eine Fideicommissaria institutio kräftig seyn und gelten soll ꝛc. So ist auch derselbe letzter Wille / als ein Fideicommissum zu rechte beständig / uñ mag aus denen in euer Frage angezogenẽ Ursachen / beständiger Weise nicht gefochten werden / V. R. W.

Nec non JCti Jenenses M. Majo Anno 1618. M. Alckens Heredibus zu Jehna. Als ihr uns des Ern M Alckens / Weiland Pfarrers zu Spreta sel. letzten Willens Abschrifft zugeschickt / uñ darüber unsre Rechtsbelernung gebethen. Demnach sprechen wir vor Recht: Ob wol derselbe / als ein Testamentum solenne in scriptis nicht beständig noch kräfftig ist: Dennoch / dieweil die Clausula Codicillaris darbey gesetzt / und der Testator mit eigner Hand unterschrieben / auch 6. Zeugẽ aus des Testatoris Munde selbsten angehöret und wol vernommen / daß in solcher Schrift sein letzter Wille und Testament begriffen sey / welche darauf alsobald

sobald mit eigner Hand unterschrieben: So ist dasselbe Testament so weit nicht zu hintertreiben / daß ihr solche Erbschafft ab inteſtato adiren und behalten köntet / sondern seyd / als Fiduciarii heredes des Teſtatoris Wittiben / was ihr verordnet / abzutreten und zu lassen schuldig / und seynd die euch legirten Aecker in qvartam Trebellianicam zu imputiren. V. R. W.

ECLOG. CV.

Ex eod §. 1.

Ab inteſtato Codicilli non niſi coram qvinqve teſtibus, præterqvam in cauſis privilegiatis, facti valent.

SUMMARIA.

1. *Etiam ab inteſtato Codicilli jure fiunt.*
2. *Coram qvinq; teſtibus.*
3. *In piis cauſis & tempore peſtis duo ſufficiunt.*
4. *Etiam in aliis ultimis voluntatibus.*
5. *Teſtamenti nomen generale eſt, omnes alias ultimas voluntates ſignificans.*

1 NOn tantùm † Teſtamento qvis Codicillos facere poteſt, ſed & ab inteſtato, *per text. h. n. l. ſi qvis, 3. l. conficiuntur. 8. ab inteſtato. 16 ff. de Jure Codicill. l. non idcirco. 4. C. h. tit. Ibid. Johann. Brunnemann.* Qvod in ſpecie comprobatum eſt in *Receſſ. Imper. Colonienſ. de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. §. und ſollen die *Notarien. verſ.* Aber in Codicillen ꝛc. *Dn. Carpzov. p. 3. c. 4. def. 35. num. 5. A. Perez. in C. de Codicill. num. 3.*
2 Qvare † nec clauſula Codicillaris teſtamento adjecta operationem ſuam habet, de qvâ *Ecloga præced. proxim.* diximus, nec teſtamentum ſuſtinetur, ſi qvinarius teſtium numerus non fuerit adhibitus. *Dn. Chriſtoph. Philipp.* Richter *Deciſ. 63 num. 21.* Exceptis † teſtamentis in cauſis privilegiatis, & ſic tempore peſtis conditis. 3 *Covarruv. p. 3. Rubr. de Teſtam. num. 21 Fr. Barry lib. 1. tit. 6. num. 2.* ubi duo ſufficiunt, ſaltem ex æqvitate, tam in foro Juris communis, qvàm Saxonici, *A. Gail. 2. obſ. 188. num. 18. Mynſing. 1. Obſervat. 96. Dn. Sigiſm. Finckelth. Sen. Obſ. 7. n. 8. per tex . in*

Constit. Elector. 4. p. 3. ibiq; Dn. Carpzov. p. 3. c. 4. def. 1. Johan. Brunnem. ad l. Casus. 8. C. de Testament. Dn. Richter *Decis 28. n. 23.* Cum igitur in tali casu ad testamentorum confectionem duo testes suffici-
4 unt, † qvidni id ad Donationes qvoqve Mortis causa, Legata atqve Codicillos extendi debet. Non solùm ex ratione identitatis, sed
5 etiam, qvia † Testamenti nomen generale est, ac Codicillos pariter & legata, aliasqve ultimas voluntates comprehendit, *l. Marcellus. 15. ff. de Mort. caus. donat. l. si qvis in gravi. 3. § si qvis Codicillos. 25. ff. de SC. Silanian. Dn. Carpzov. p. 3. c. 4. def. 3. n. 1. & seqq.*

Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. April. An. 1624. in causa Conradi Gärtners zu Wilsa. Hat Jonas Lebermann ein Testament gemacht/ und darinnen euch zum Universal-Erben eingesetzet/ darnebē die Clausulam Codicillarē außdrücklichen mit angehencket. Ob nun wohl sonsten vermöge derselben ein Testamentum auch vor 5. Zeugen/ als ein Codicill beständig/ und euch dannenhero Jure Fideicommissi die Erbschafft / iedoch nach Abzug Quartæ Trebellianicæ von den Erben ab intestato übergeben werden müste: So aber dennoch der Testator wegē seines minderjährigen Alters nicht testiren können/ oder aber solches in beyseyn gnugsamer Zeugē/ derer zum wenigsten fünffe seyn müssen / nicht gethan hätte rc. So möchte auch angeregte Verordnung/ als ein Codicill oder andrer letzter Wille nicht bestehen. V. R. W.

Ita Iidem M. Jul. Anno 1633. in causa Pauli Göpperts zu Mulda. Als ihr uns Copien eines letzten Willens/ b. e. f. zugesch. und e. f. d. s. w. Hat euer Eheweib Maria zu Mudisdorf/ als daselbst die gefährliche Seuche der Pestilentz überhand genommen/ in Gegenwart dreyer Zeugen ihren letzten Willen auffgerichtet / und darinnen euch / ihrem Ehemann all ihr Vermögen / ausser wenige aussenstehende Gelder/ vermacht/ unn euch zum Erben eingesetzet/ darauf sie hernach todes verfahren. N. m. i. d. beygefügten Copey v. e. f. Da nun die Testirerin selbsten zu der Zeit/ als sie das Testament gemacht / an der gefährlichē Seuche kranck gelegen/ aber doch ihre Behausung damit angestecket gewesen/ und unter denen Zeugē/ so dabey gewesen/ zum wenigstē zwey eydlich aussagen würden/ daß sie von der Testirerin ihren letzten Willen obgedachter massen angehöret hättē/ immassen sie dann/ weil von dem Notario kein Instrumentum darüber aufgerichtet worden / zu thun pflichtig sind. So wäre berührtes Testament als Tempore pestis ufgerichtet / zu Recht kräfftig und beständig: Und ihr

ihr wäret demnach euch der vermachten Güter propriâ autoritate anzumassen/ und derselben / als eures Eigenthums/zu gebrauchen wohl befugt. V.R.W.

Sic Facultas Juridica M. April. Anno 1627. ad consultationem C. H. A. S. viduæ zu Hornburg. PP. Woferne S. entweder selbst an der Pest kranck gelegen / oder in seiner Behausung solche Seuche regieret: Uf solchen Fall wäre diß Testament/ vor zweyen oder dreyen Zeugen aufgerichtet / wann gleich dieselbe Weibes-Personen wären / zu Recht vor beständig billig zu achten. V.R.W.

Itemqve Scabini Lipsienses M. Jul. Anno 1633. in causa Martini Schneckens zu Kempnitz. Hat euch Leonhard Meine/ als er an der gefährlichē Seuche der Pestilentz kranck gelegen / alle seine Güter durch eine Ubergabe ufn Todesfall vermacht und zugeignet. Ob nun wohl sonsten eine Donatio mortis causa, so wohl ein Codicill ūn Legatū vor zweyen Zeugen zur Pestzeit ufgerichtet/zu Rechte bestehen kan: Dieweil aber dennoch solches uf die Donationes omnium bonorum causâ mortis nicht zu ziehen/sondern dieselbe / vermöge Churfl. Sächs Constitution, nothwendig Gerichtlichen ufgerichtet werden müssen / so aber in gegenwärtigem Fall nicht geschehen. N.m. i. e. f. So ist dannenhero angeregte Donation, unangesehen / daß der Donator an der Pest gelegen / auch zwey Zeugen dabey gewesen / nicht kräfftig/noch beständig. V.R.W.

ECLOG. CVI.

Ex §. Codicillis autem. 2.

In Codicillis facta heredis institutio in vim fideicommissi valet.

SUMMARIA.

1. *Non est Testamentum, ubi nulla heredis institutio.*
2. *Heredis institutio est basis Testamenti.*
3. *Codicillus non est, in qvo heredis institutio.*
4. *Hereditas Codicillis directô dari neqvit.*
5. *Nec à Patre.*
6. *Nec piæ causæ in Codicillis directô relinqvi potest.*
7. *Non confundendum Jus Testamentorum & Codicillorum.*
8. *Codicilli ex Testamento confirmantur.*

9. In

9. In iis hereditas per Fideicommissum relinqvi potest.
10. Testator se referre potest ad heredis institutionem in Codicillis factam.
11. Si Testator saltem Legata & Fideicommissa relinquens, dispositionem eam Testamentum nominaverit sunt Codicilli.
12. Codicilli dicuntur Testamentum largâ significatione.
13. Actus non judicatur à nuda denominatione.
14. Fit fideicommissum heredis institutio in Codicillis, si modo recti sermonis ratio id admittat.

1 Testamentum † non est, in qvo heres non est institutus: Siqvidem heredis †
2 institutio basis & fundamentum Testamenti est, §. *ante heredis 28. Inst. de Legat.* Idq; ex heredis institutione vim accipit, *l. qvod per manus. 10. ult. ff. de Jure Codicill. l. 1. princ. ff. de Hered. institut.*
3 † Contrà nec Codicillus est, in qvo
4 heres est institutus. Qvia † Codicillis hereditas directô dari ne-
5 qvit, *h. §. n.* usq; adeò † ut nec parens liberis suis directò relinqvere hereditatem in Codicillis valeat, *l. Scævola. 76. ff. ad SC. Trebell. Nicol. Reusner. tract. de Codicill. Cap. 7.*
6 *num. 27.* Qvin, nec † piæ causæ directè hereditatem in Codicillis relinqvi posse, evincitur ex textu, *l. qvod per manus. 10. ff. Eod.* Ne
7 † confundantur Jus Testamentorum & Jus Codicillorum, ut inqvit Imperator, *h. §. n. Dn. Carpzov. Decis. illustr. 152. num. 2. 3. & 4. Joh.* Harpprecht. *h. n. 2. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *Decis. 64. num. 1. 2. & 3.* Et ne Testamentum, qvod vires per institutionem heredis accipit, Codicillis confirmari videatur, qvi † ipsi ex Testamento con- 8
firmantur, *l. 10. ff. de Jure Codicill. A. Perez. in Cod. Eod. tit. num. 7.*

Ita pronuntiarunt JCti Jenenses M. Septemb. An. 1616. ad qvæstionem Margarethen und Barbaren Rungen zu Neukirchen. Woferne N. in berührtem Codicill mehrgedachte seine Hausfrau zu einer gemeinen Erbin seiner Verlassenschaft directò instituiret: So ist solch Vermächtnis zu Recht unkräfftig; Und hat die Wittib / krafft solchen Codicillis / ihres Mannes Verlassenschafft sich nicht anzumassen / sondern lässet sich entweder mit dem dritten oder vierdten Theil / so ihr / nach der Willkühr oder beständig hergebrachten Gewonheit des Ortes sonsten ab intestato gebühret / billig begnügen. V. R. W.

Potest tamen † benè Hereditas 9
per Fideicommissum relinqvi, & in Codicillis declaratio Heredis fieri

fieri, *l. 77 ff. de Hered. instit.* Hinc qvoqve Testator potest declarare in Codicillis, ut Heres in Testamento scriptus hereditatem alteri restituat: Qvæ heredis institutio in Codicillis per indirectum & in vim Fideicommissi valet, *l. Hereditatem. 2. ibiq. Joh. Brunnemann. C. de Codicill.* Qvemadmo-
10 dum è contrario Testator † in Testamento se referre potest ad nominationẽ heredis factam in Codicillis, *l. Asse toto. ff. de Hered. instit. Graff. de Testam. § Codicill. Q. 1. Mantic. tract. de Conjectur. ult. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 10. Fr. Barry*
11 *de success. lib. 1. tit. 7.* Si enim † Testator tantùm Legata vel fideicõmissa reliqverit, Codicillus est, licet disponens istam suam voluntatem Testamentum nominarit, *l. 24. C de Testament. l. ult. ff. de Jure*
12 *Codicill. l. 7. C. Eod.* Qvia † Codicilli dicuntur Testamẽtum ex larga significatione. *Gloss. in l. 2. verbo: personales. C. Commun. de legat. Dn. Carpzov. lib 6 Resp. 20. num. 6.* Et
13 † qvalitas intentionem agentis demonstrat; atqve actus non indicatur à nudâ denominatione, sed rei formâ & effectu. *Joh. Harpprecht h. num. 11. & seq. Dn. Richter Decis. 64. num. 4. 7. & 8.* Obliqva-
14 tur igitur illa † institutio heredis, & trahitur ad fideicommissariam, ita ut legitimus heres, ab intestato veniens, cogatur restituere hereditatem fideicommissario, *l. Scævola. 76. ff. ad SC. Trebell. Dn. Carpzov. p. 3. c. 4. def. 35. num. 7. & 8.* Si modò ratio recti Sermonis id admittat. *Dan. Moller. lib. 3. semestr. 43. Dn. Richter Decis. 46. num. 4. & 5.* Ita respondit Facultas Juridica Würtzburgensis Christophoro Krebs / Consuli in civitate Schvveinfurtensi Mens. Jul. Anno 1617. Ob wohl Directa heredis institutio in Codicillis weder gegeben noch benommen werden mag / iedoch solches per indirectum & in obliqvum in vim fideicommissi, secundum communem Dd. opinionem, rechtlich geschehen kan. Derohalben / falls das Anno 1618. aufgerichtete Codicill solenni modô von der Testirerin selbst in eigner Person bey E. E. Rath zu Schweinfurt apud acta deponiret, und solches vor ihren letzten Willen zu halten gebethen / oder etliche Herren des Raths dieser Intention zu der Testirerin ins Haus geschicket worden / falls auch dergleichen letzter Will zu Schweinfurt / vigore Statuti, itzt gesetzter Gestalt corroboriret, und vor gültig gehalten / erkennen wir vor Recht / daß sie denn ferner dadurch die Erbschafft wohl benehmen können / auch solche dispofition in jure pro valida zu halten sey. V. R. W.

ECLOG. CVII.

Ex §. Codicillos etiam. final.

In Codicillis & Mulier & Legatarius testis esse potest.

SUMMARIA.

1. *Qvid significet nuda solennitatis ordinatio?*
2. *Testes in Codicillis non reqviruntur ad solennitatem ordinationis, sed probationis.*
3. *Mulieres possunt esse testes in iis.*
4. *Sufficiunt testes non-rogati in Codicillis.*
5. *Et aliis privilegiatis dispositionibus.*

1 QVando in hoc §. *fin.* dicitur, qvòd Codicilli † nullam solennitatẽ ordinationis desiderent, tum id denotatur, qvinq; tantùm, non plures ad eorum subsistentiam reqviri testes, *l. ult. C. de Jure Codicill.*
2 *ibid. Joh. Brunnemann.* Nec † hi ad formam ipsam sive ordinationis solennitatem, sed ad solennitatem tantùm probationis. *Matth. Wesenb. in parat. h. t. num. 5. ibid. Henr.* Hahn *pag. 299. p. 2. Oswald. Hillig. lib. 7. Donell. enucl. cap. 19. lit. E.*

Deinde & hoc subintelligitur,
3 ut † & Mulieres possint esse Testes
4 in Codicillis; Nec † rogatos eos esse oportet: sed sufficit, si fortuitò convenerint. *Prosper Farinac. de Testib. qvæst. 59. num. 67. Johann. Schneidew. in §. Testes. num. 3. Inst. de Testament. ordinand. Mascard. concl. 308. num. 6. & concl. 467. num. 7. Fr. Barry. d. tract. lib. 1. tit. 1. num. 10. Dilect. de Art. test. tit. 2. Caut. 3. Dn. Carpzov. p. 3. c. 1. def. 30. num. 2. & 5. const. 4. def. 36. num. 4. & 7. Dn.* Richter *Decis. 22. num. 27. Job. Brunnemann. ad l. fin. §. ult. C. de Codicill.* Idqve multis argumentis & autoritatibus in Legatis, Fideicommissis, donationibus mortis causa, Codicillis, aliisqve † ferè 5
omnibus privilegiatis Testamentis locum habere multis deducit *Prosp. Farinac. de Testib. q. 59. n. 67. Job.* Harpprecht *§. 3. & 4. n. 40. Inst. de Testament. ordinand.* Ita responderunt JCti Jenenses M. Jun. Anno 1616. ad reqvisitionem Felicitatis von Bünau / gebohrnen von Göttfart zu Tauroda; Ob ihr gleich euer Muhmen / Frauen Agnesen von Göttfarts sel. beschehene Donationem mortis causa dahero als zu Recht unkräfftig / umzustossen vermeinet /

meinet / daß (1.) sub Num. 1. der Qvittantz eine Vertröstung angehengt / wenn Sie die Eheleute sterben/und etwas verlassen würdē / solches also dann Philippen von Göttfart zukommen solte/ dahero weil solche Vertröstung nicht in einem Testamento oder ziemlichen Forma/ oder aufgerichten Instrumento begriffen/solche Verordnung pro donatione nicht passiren könte. Vors (2.) daß dieser Qvittung / darin der Donation außdrücklich gedacht wird/ kein einiger Zeuge adhibiret. Vors(3.)der Donatarius auch nicht gegenwärtig gewesen / und solch Beneficium nicht angenommen noch acceptiret. Vors (4.) weil kein Testament/oder ander letzter Wille/ deme das Legatum inseriret, wäre/ vorhanden. Vors(5.) die fünff abgehörten Zeugen von Frau Agnesen/ als Donatrizin hierzu nicht sonderlichē erfordert worden/sondern Philipp Göttfart die krancke Schwester zu besuchen abgefertiget worden / un dann vors(6.)auß ihrer Aussage / so viel erscheinen wolle/daß sie nicht mit einander zugleich und auff einmahl/ sondern einzeln / unterschiedlich bey der kranckēSchwester gewesen:Dennoch aber / weil die fünff abgehörte Zeugē/ daß sie solche beschehene Donation auß der Donatrizin Munde eigentlich gehöret/ klärlich bezeugen/ auch zu Vollkomenheit solcher Donation nicht nöthig/daß darüber ein Instrument oder andere Schrift verfertiget werde/*per l fin. C. de Donat. mort. caus.* Ingleichen nicht nothwendig erfodert wird/daß die Zeugen specialiter müssen erbethen werden/ Qvia nec hoc exprimitur in *d.l.fin.* sed saltem præsentia 5. testiū exigitur;deinde qvia nec in Codicillis rogatio testium reqviritur,*l.fin. C. de Codicill.* Hierüber auß den uns zugeschickten Zeugnissen nicht zu vernehmen / daß die Zeugen alle fünff nicht zugleich auf eine Zeit bey der Donatrice gewesen/ und dañ die Ubergaben uff den Todesfall / wann sie gleich nicht in gegenwart des Donatarii geschehen/ dennoch zu Recht in vim Fideicommissi gültig und beständig/ per *l. Miles ad fororem, pr.ff.de Legat.2.Hartman. Pist. q. 13. p. 1.* Als ist/eures Vorwendens ungeacht / berührte Donatio kräfftig und wird solcher allenthalben billig nachgegangen. V.R.W.

Sic similì Scabini Lipsienses, ad consultationē Mariæ, Peter Breitenbachs Eheweibes und Consortē, M. Jul. Anno 1632. Als ihr uns Copien eines letzten Willen/h.e. f.z.v. e. d f.w. Hat am 10. Decemb. des verwichenen 1631. Jahres Anna Hieronymi Krauthaupts nachgelassene Tochter/den Richter un 2. Gerichts-Schöppen/in Abwesenheit des Gerichts-Verwalters/ zu sich erfodern

lassen / und in derselbigen / und vier Weibes-Personen Gegenwart die Verordnung gemacht / daß nach ihrem absterbē euch ihrer drey Schwestern 100. fl. Geld/ein Mantel/zwey Kühe usf acht Schafe / und der Kirchen 1. Thaler auß ihrer Verlassenschaft/als prælegata, entrichtet und abgefolget werden solten. Ob nun wol solche Verordnung/als ein Testament zu Recht nicht beständig; do aber deñoch die/so dabey gewesen/oder zum wenigsten fünff Personen/ vermittels ihres leiblichen Eydes erhalten würdē/daß euch von der Verstorbenen obberührte prælegata gewiß und in Warheit verordnet worden/ N.m.i.d. b. v. e. f. So würden euch dieselben auß der Erbschaft billig abgestattet und gefolget. V. R. W.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

LIBER III. INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

ECLOG. I.

Ex TIT. De Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur. I. PRINC. §. 1. & 2.

Liberi omnibus aliis Consangvineis in successione præferuntur, si modò vivi in lucem edantur.

SUMMARIA.

1. Primus Ordo succedendi Descendentium in infinitum.
2. Descedentes cur dicantur?
3 Descendentes communi nomine appellantur Liberi.
4. Liberi propter naturalem affectionem & ordinem cæteris præferuntur.

5. Vivis

5. Vivis etiam Parentibus rerum Paternarum sunt Domini.
6. Natura & Parentum votum eos ad Parentum hereditatem vocat.
7. Paterna hereditas etiam non adita transmittitur ad qvoscunq; heredes.
8. Qvamdiu Liberi supersunt, excluduntur omnes alii.
9. Potior causa Descendentium qvàm Ascendentium.
10. Partus sit vivus, nec monstrosus.
11. Licet non perfectus: Etiam Sextô mense natus.
12. Perfectionis vox de perfectione partium sumi potest.

1 PRIMUS † ORDO SUCCEDENDI ab intestato est Descendentium *h. h. §. §. n. n.* in infinitum, ultrà Pronepotes, *§. ult. h. Ungepauer. Exercitat. Justin. 14. qvæst 9. Ambros. Schurer. tract. De hered. qvæ ab intest. defer. tit. 8. Reg. 1 ampliat. 5. Joh. Harppr. ad*
2 *pr. h. n. 68. & seqq.* Qvi ita † vocâtur, qvod sunt in Linea Descendenti respectu ejus, de cujus successione
3 agitur, *Vultej. ad pr. h. n. 19.* Qvi † communi nomine Liberi appellâtur, *l 10 § 9 ff de in Jus vocand. l. 220.*
4 *de V. S.* Hi enim † propter naturalem amoris affectionem, & Naturæ ordinem cæteris omnibus in
5 successione præferuntur; Cùm † & vivis adhuc Parentibus rerum Paternarum Domini qvodammodò censeantur, *§. sui autem. 3. h. t. l. fin. ff. de Bon. damnator. Nov. 118.*
6 *c. 1.* Ac † naturæ simul & Parentum commune votum eos ad Parentum hereditatem vocet, *l. scripto. 7. §. ult. ff. si tabb. testam. null. ex tab. l. cum ratio. 7. ff. de Bon. Damnator. Georg. Schultz. in Exposit. Arbor. consangvin. & affin. cap. 10. membr. 1. num. 5. pag. 257. & seq.* Licet mortem Patris ignorent. *arg. l. 8. C. de suis & legit.* Et ideò Paterna † hereditas, Liberis suis 7
delata, hoc habet speciale ex JURE SUITATIS, ut etiam non adita transmittatur in qvoscunqve heredes, etiam Extraneos, *l. 8 C. de suis & leg. ibid. Johann. Brunnemann. Mantic. lib. 5. tit. 5. num. 14. Gomez. variar. 1. c 9. num. 19. A. Gail. 2. obs. 131. num. 6. & seq. Simon. de Præt. lib. 3. int 1. dubit. 5. solut. 4. num. 6. Jacob. Schulth. ad Modestin. Pist. p. 4. q. 131. n. 13. Rauchbar. p. 2. q. 15 num. 7. Barry de Success. lib 12. tit. 1. num. 2.* † Qvamdiu igitur Liberi supersunt, tamdiu omnes alii Consangvinei excluduntur, *Dn. Christoph. Philipp.* 8
Richter *Decis. 76. num. 12. Et tract. de Success. ab intest. Sect. 1. num. 1. 2. & 3.* Etiam Ascendentes indifferen-

ferenter, *Joh. Schneidevv. ad princ.*
h sub Rubr. de Secund. ord. Succed.
n. 1. & 2. Dn. Benedict. Carpz. p. 3. c.
17. def. 3. num. 2. & 3. Semper enim
9 † Descendentium potior est causa,
qvàm Adscendentium, *l. 11. C. de*
suis & legit. ibiq. Joh. Brunnemann.
10 Hoc modò necessarium est, † ut
Partus vivus in lucem emerserit,
ad nullum declinans Monstrum
vel Prodigium, *l. Qvod certatum*
est 3. C. de Posth. hered. inst. l. qvid
dicitur. 12. ff. de lib. & posthum. A.
11 *Perez. in C. d. tit. num. 11.* Licet †
nondum Perfectus, ac Sextô forsan mense nascatur, *per text. express. in d. l. qvod dicitur. 12. §. 1. ibi: Si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen. ff. de Lib. & posth. Matth. Coler. pr. Decis. 258. n. 5. & 6. Dn. Carpzov. d. const. 17. def. 18. num. 3. & seqq. Matth. Wesenb. in parat. ff. Ad L. Cornel. de Sicar. num. 7. Giphan. & Joh. Brunnemann. ad d. L 3. A. Perez. C. d. t. num. 12.* Nec
12 obstat, qvod in *d. l. 3.* † Perfectionis
fit mentio, cùm ea de Perfectione partium possit intelligi, *Brunnemann. d. l. Jas. in d. l. 12. num. 11. & 12. Coler. d. Decis. 258. num. 6. Dn. Carpzov. d. l.* Ita judicarunt Scabini Lipsienses in causa Oßwald Mörings zu Lommatzsch, M. Octobr. Anno 1633. Hat Andreen Mörings hinterlassene Wittib ein Kind zur Welt gebohren. Ob nun wol solches nicht zeitig gewesen/ und die Mutter mit demselben länger nicht / denn im sechsten Monat schwanger gangen: Dieweil aber dennoch benientes Kind gelebet / und Eurem Bericht nach vor seinem Absterben / etzliche Seufftzerlein gethan etc. So ist auch seines zuvor verstorbenen Vatern und Groß-Vatern Erbschafft auff dasselbe Kind kommen/und es hat solche Erbschafft hernach / als es verstorben/ uf seine Mutter und ferner die Mutter uf Ihre Freunde bracht und verfället/und des Kindes Freunde vom Vater haben daran keine Foderung. V. R. W.

ECLOG. II.

Ex iisd. §§.

Adoptivi Liberi adoptivo & naturali Patri succedunt.

SUMMARIA.

1. Liberi sunt vel Naturales vel legitimi.
2. Isti ex justis Nuptiis procreantur.

3. Natu-

3. Naturales dicuntur, qvòd secundum naturam nascuntur.
4. Legitimi ex conjunctione Lege Divinâ & Humanâ approbatâ.
5. Adoptivi Lege tantùm fiunt, & habentur vice naturalium & legitimorum.
6. Ars, & Adoptio imitantur naturam.
7. Lex supplet defectum naturæ.
8. Adoptivi succedunt cum aliis Liberis legitimis.
9. Excipitur Feudum.
10. Succedunt etiam Patri naturali.
11. Jura cognationis & sangvinis Jure Civili non dissolvuntur.
12. Adoptivi ex Adventitiis acqvirunt Usumfructum Patri naturali.

1 LIBERI LEGITIMI † in duplici sunt differentia. Qvidam enim sunt naturales & legitimi simul, hoc
2 est, † ex Justis Nuptiis seu Legitimo Matrimonio procreati, *l. 3 & l. filium, 6. ff. de his, qvi sui vel alien. jur.*
3 Naturales † dicti, qvia secundum naturam ex Parentibus sunt nati;
4 Legitimi verò, † qvia ista Parentũ conjunctio, ex qva nati sunt, à Lege Divinâ & Humana, Juris tàm Civilis qvàm Canonici, approbata est, *Johann. Schneidevv. ad princ h. Rubr. de Success. filior. natural. & legitim. n. 1. Johan. Harppr. ad*
5 *d. pr. h. num. 58.* Qvidam † Liberorum sunt Legitimi tantùm, videl. ADOPTIVI: Qvi neqve ex Justis Nuptiis, neqve ex Conbubina Patris adoptantis procreati, sed Legis auctoritate potestateq; facti, & Liberis ex legitimo Matrimonio procreatis adsimilati sunt.

§. 8. Instit. de Adopt. atq; ad vicem Naturalium & Legitimorum habentur, *l. 5. C. Eod. Henric.* Hahn *ad Wesenb. in parat. d. tit. n. 6. pag. 120. part. 1.* Ut † enim plerumqve Ars 6
Naturam imitatur, ita & Adoptio *§. Minorem. 4. Instit. de Adopt.* per qvam † Lex, supplens defectum 7
naturæ, sterilitati Conjugii vel mortalitati deficientium Familiarum medetur, & pro Liberis naturalibus Legitimos suos reponit, *P. Heig. hic. cap. 5. num. 86. Joh. Harppr. ad pr. h. num. 245* In tantum, † ut cum reliqvis Liberis mo- 8
dò dictis, Jure Adoptionis durante, ab intestato (excepto † Feu- 9
do, *2. Feud. 26. c. 1. §. Adoptivus. Schrader. de Feud. p. 7. c. 5. num. 19.*) succedant Patri adoptivo, *h. §. n. 2. vers. nec interest §. sed hodiè. 2. S. de Adoption. l. pen. §. 1. C. Eod, ibid. Joh. Brunnemann. l. 5. C. de suis & legitim.* non verò aliis Patris consangvi-

sangvineis, nec hi ipsi, *d. l. pen. §. 1. C. de Adopt. ibid. Brunnemann. Ambros. Schurer. tr. de Success. ab intest. tit. 8. Reg. special. 8. ampliat. 14. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *tract. de Success. ab intest. sect. 1.*
10 *membr. 3.* Qvod ita † tamen accipiendum est, ut nimirum casu existente, patri suo naturali nihilominus succedant, *l. pen. §. pen. ibid. Brunnemann. C. de Adopt.* Cum
11 jura † cognationis & sangvinis nullo Jure Civili dirimi possint, *l. Jura Sangvinis ff. de R. J. Adamus Kellerus de Jure succedend. ab intest. tit. 25. num. 3.* Unde qvoqve bona
† adventitia Patri naturali acqvi- 12
runt qvoad Usumfructum, *§. 1. Inst. per qvas person. cuiq. acq. Joh. Brunnemann. d. l.* Præjudicium hac de re Scabinorum Lipsiensium *Schurerius d. l.* recenset tale:

PP. Daß des Verstorbenen angewündschter oder gewillkührter Sohn mit den andern seinen Kindern in des Vatern nachgelassenen Gütern gleich Erbtheil nehme. V. R. W.

ECLOG. III.

Ex vers. Nec non eos. d. §. 2.

Liberi naturales per subseqvens Matrimonium ita legitimantur, ut, etiam extra Electoratum deficiente Benedictione Sacerdotali, Parentibus succedant.

SUMMARIA.

1. Subseqvens Matrimonium omnem maculam excludit.
2. Ut inde nati Liberi nihil differant à Legitimis.
3. Succedunt cum iis, etiam in Feudis.
4. Matrimonium hoc retrotrahitur.
5. Sive ex Concubina sive aliunde procreentur Liberi.
6. Modò non ex Scorto publico.
7. Ante Benedictionem Sacerdotalem nati Parentibus succedunt.
8. Nuptias consensus facit.
9. Ευλογία non ad essentiam Matrimonii pertinet.
10. Hujusmodi Liberi ad dignitates admittendi.
11. Parentes puniuntur.
12. In Electoratu Sax. hujusm. Liberi Parentibus non succedunt.

Subse-

1 Subseqvens † post coitum intempestivum Matrimonium omnem maculam purgat, & efficit, ut Liberi ante illud nati pro verè Legitimis habeantur, *per text. h. n. Dn.* Richter *Decis. 80. num. 16.* omniaq; Jura Legitimorum adipiscantur, antiqvæ inge-
2 nuitati restituantur, nihilq; † differant à Legitimis, *Novell. 12. cap. ult. Nov. 74. c. 1. & 2. cap. tanta vis. X. Qui fil. sint legitim. A. Gail. lib.*
3 *2. Obs. 141.* Unde † cum aliis Liberis legitimè natis succedunt Parentibus, ex consensu omnium Dd. etiam in Feudis, *A. Gail. d. l. num. 2. Mynsing. 5. Obs. 42. num. 1. & seqq.* etiamsi investitura loqvatur de Filiis legitimè natis sive de Filiis ex corpore legitimè descendentibus: Vor sich und seine Ehelische gebohrne mänliche Leibes-Lehns-Erben. *Wesenb. de Feud cap. 6. num. 9. vers. inter Liberos. Georg. Schulz. in Synops. Jur. Feudal. cap 8. n. 44.*
4 propter † vim scil. Matrimonii, qvæ tanta est, ut id Jure retrahatur ad tempus Nativitatis, *Hartm. Pist part. 2. q. 41. num. 1. & seq. Dn. Carpz. p. 3. const. 28. def. 17. n. 4. & seq. nec non in Synops. feudal. Disp. 5. th. 34.* Et qvanqvam Subje-
5 ctum † HUJUS LEGITIMATIONIS de Jure Civili sunt tantùm Naturales ex Cōcubinâ nati, Jure tamen Canonico moribusq; nostris hoc latius extenditur, ut nimirum per subseqvens Matrimonium, ob Liberorum favorem, legitimentur, qvicunq; ante Nuptias ex iis Parentibus sunt progeniti, qvos inter tempore Nativitatis nullum erat impedimentum, ad Matrimonium legitimè contrahendum, *Molina. 2. Disp. 172. num. 3. Henr.* Hahn *ad Wesenb. parat. ff. de his, qvi sunt sui. num. 2. pag. 109. p. 1.* Si mater † modò non 6
fit publicum Scortum, sed alia Fœmina libera, qvam qvis impotentiâ Amoris victus compresserit, *Dn. Carpzov. Decis. 167. num. 4.* Qvibus † consectarium est, si ho- 7
diè contra Ordinationes Ecclesiasticas, ante ἱερολογίας, sive Benedictionis Sacerdotalis interventum, Sponsi coierint, & alter fortè decedat, tunc Liberi ex talibus Nuptiis nati non sunt illegitimi, sed Parentibus succedunt. Siqvidem † Nuptias consensus facit, *l.* 8
30. ff. de R. J. & hinc Anima Matrimonii dicitur, *in c. tua nos. X. de Sponsal.* Matrimoniiq; essentia integralis, *Raphaël Fulgos in l. 5. C de bon. qvæ liber. Panormit. consil. 1. n. 2. p. 1. Dn. Carpzov. p. 3. c. 14. def. 12. n. 3. & seqq.* Unde ipsi † Theologi 9
fatentur, Benedictionem Sacerdotalem non esse substantiale Matrimonii reqvisitum, *Dn. Gerhard. tom. 7. Locor. Theolog. §. 476.*

in Resp. ad argument. 3. sed potius ad Festivitatem, solennitatem & publicationem Matrimonii jamdum contracti pertinet, *Dn.* Richter *tract. de Success. ad intest. Sect. 1.*
10 *memb. 3. num. 10. & seqq.* Unde,† etiam Liberi ex hujusmodi coitu suscepti ad dignitates & honores admittuntur, *Johan. Lupus de Matrim. & legitimat. p. 2. num. 29. vers. Verum si morum honestas. M. Berlich*
11 *Decis. 299. num. 9.* Sanè † Parentes nihilominus in tali casu, propter neglectū Ordinationis Magistratus in der Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordn. *Artic. generał. 13. Et* Ehe-Ordnung. *punct. 4. princ.* à pœna stupri, qvæ carceris qvatuor saltem aut qvinq; dierum est, non eximantur, *Dn. Carpzov. p. 2. Prax. crimin. qvæst. 69. num. 49. & seq.* Secundùm istam doctrinam responderunt JCti Jenenses M. Februar. Anno 1633. ad qvæstionem Hermanni Sturms zu Leipzig hisce formalibus: Als Ihr uns berichtet/ welcher gestalt ein junger Gesell/ so weder Vater noch Mutter gehabt/ sondern seines Willens gelebet/ mit Namen Sempronius, sich mit eines Ehrlichen vornehmen Mannes hinterlassener Wittib/ Magdalenen/ in ein heimliches Eheverlöbnis eingelassen / und Ihr darauff einen güldenen Ring/ und Sie Ihme hinwiederum einen zum Mahlschatze gegeben. Es hätte sich aber zugetragen / daß gedachte beyde Personen / so gegen einander hefftig entzündet / sich zu einander gefunden / und der Liebe gepflogen / also daß binnen drey viertel Jahren die Magdalena ein Kind auf die Welt gebohren; Nach beschehener Beschwängerung sey Sempronius in sein Vaterland / mit dem Verlaß / daß Er allda seine liegende Güter verkauffen / das Geld zu der Magdalenen wenden / und nach verrichteten Sachen sich mit ehesten wieder zu Ihr begeben / und mit Ihr trauen lassen wolte / gezogen. Do aber seine Sachen fast zum Ende gebracht / und Er sich zur Reise geschickt gemacht / wäre Er in plötzliche Kranckheit gefallen / daß Er in wenig Tagen darüber Todes verfahren müssen / alles Euerem Berichte nach mit mehrem. Wann Ihr Euch dann über angeheffte Frage des Rechtens zu berichten gebethen / demnach sprechen wir vor Recht: Wofern es demselben allenthalben nach bewand / und Ihr könnet solches darthun und erweisen / so haben sich zwar die Verlobte durch Beyschlaffen vor der Trauung / wider Weltliche Obrigkeit Landes- oder Kirchen-Ordnung versündiget / und ist dahero die noch lebende Magdalena deßwegen / solcher Ordnung nach / und wie es des Orts herkommen / oder sonsten nach

Beschaf-

Beschaffenheit und Umständen dieses Falles / zu bestraffen. So viel aber das Kind und die Ehe an Ihr selbst und dero Wirckung anlanget / weil / vermöge unserer Käyserlichen Rechte (Denen dißfalls GOTTes Wort uñ das natürliche Recht gantz nicht zu wider / sondern allerseits gleichstimmig) die Eheschließ- und Versprechung / oder die Ehe selbsten uff Braut und Bräutigams / oder der Verlobeten Personen / do Sie ihrer mächtig / consens allein / als dem Hauptstück / keines weges aber uf der Priesterlichen Trau-Ehestifft- oder auch Heimführung bestehet / und beruhet: So ist auch / aus denen angezogenen und andern unsern wichtigen Gründen / solch Ehe-Versprechen und folgendes Beywohnen so weit eine kräfftige Ehe / daß das Kind vor Ehelich zu achten und zu halten / und dahero des Vaters Verlassenschaft uf dasselbe Erbgangs-weise gefallen. V. R. W.

Similiter judicarunt Scabini Lipsiens. M. Mart. Anno 1633. in ead. causa. Hat ein junger Geselle Sempronius, so keine Eltern gehabt / sich mit einer Wittiben in heimlich Ehegelöbnis eingelassen / und dieselbe alsobald fleischlich erkant und geschwängert / inmassen Sie denn ein Kind zur Welt gebohren. Ob nun wol gedachter Sempronius ehe und zuvor öffentliche Sponsalia vorgegangen / und die Ehe durch Priesterliche Copulation vollzogen worden / todes verfahren: Do aber dennoch die geschwängerte Wittib / daß Ihr die Ehe versprochen worden / darthun und erweisen möchte ꝛc. So wird das von Ihr erzeugte Kind vor ein Ehrlich Kind gehalten / und zu des Vatern Sempronii Verlassenschafft / als ein rechter Erbe / billig zugelassen. V. R. W.

12 Qvanqvam † hodiè in Electoratu Saxonico propter Decisiones Electorales novissimas aliud dicendum sit, nimirum Sponsis ante Benedictionem Sacerdotalem, vel anteqvam privata per publica Sponsalia repetierint, concumbentibus & alterutro interea morte occumbentibus, Liberos ex tali congressu procreatos ab omni Parentum successione secludi. *De quo jam supr LIB I. ECLOG. LXII. pluribus actum est.*

ECLOG. IV.

Ex eod. §.

Posthumus pro jam Nato habetur.

SUMMARIA.

1. Posthumi referuntur inter Suos.

2. Cum reliqvis Liberis succedunt in Allodialibus & Feudalibus.

3. Posthumi habentur pro jam Natis in utilibus.
4. In omnibus successionibus.
5. Sive soli, sive cum aliis.

1 INter † suos heredes non solùm nati, sed etiam Posthumi referuntur ii, qvi, si vivo Patre nati essent, in ejus potestate fuissēt, primumq; gradum obtinuissent, *h. §. n. in fin. & l. 3. ff. de Injust. rupt.*
2 *irrit. fact. Testament.* Unde † cum reliqvis Liberis tàm in Allodialibus, qvàm Feudalibus succedunt, LandR. *lib. 1. art. 30. &* LehnR. *c. 20. cum ibi notat. Georg.* Schultz *in Synops. Instit. h. lit. G. Dn. Christoph. Philipp.* Richter *tr. de success. ab intest. sect. 1. membr. 1. num. 9. Ambros. Schurer. tract. de Hered. qvæ ab intest. def. tit. 8. Reg. 1. special. ampliat.*
3 8. Ratio est: Qvia † Posthumi sive ii, qvi sunt in Utero, pro jam natis habentur, cùm de ipsorū commodo agitur, *l. qvi in Utero. 7. & l. 26. ff. de Stat. hom. l. vel si vivo. 7. ff. de suis & legit.* Idqve non solùm
4 † in Institutionibus heredum, imò in substitutionibus qvoqve procedit, *§. posthumorum. 2. Instit. de Exhered. liber. §. non solum autem. Instit. de Pupill. substit. ibid. Harppr. num 10.* Qvi favor, qvòd etiam ad successionem ab intestato, ex idētitate rationis, extendēdus sit, dubitandum non est, per *text. h. nostr.*
5 sive † soli sint, sive cū aliis Liberis Legitimis concurrant, *l. 4. C. de suis & legitim. l. qvi in utero. ff. de Statu hom. Job Brunnem. ad d. l. 4. Johan. Harppr. ad pr. h. n. 60. Dn. Carpz. p. 3. c. 18. def. 27. num. 3. & seq.* Ita judicarunt Scabini Lipsiens. M. Jul. An. 1634. ad reqvisitionem Qvæstoris zu Mühlberg: Ist ein Knabe/ Hans Hanisch genant / Todes verfahren/und hat seines Vatern Bruders / George Hanischens Töchterlein Marien an einem / und seiner Mutter Bruder Andreas Rollens Töchterlein/ so aber acht Tage/ nach seinem des Knabens Ableiben allererst zur Welt gebohren worden / am andern Theil / zusamt dem jenigen/ so Er von seinen Eltern ererbet/nach sich gelassen rc. So hat Er seine Verlassenschaft uf seines Vatern Brudern und der Mutter Bruder Töchterlein zu gleich bracht un verfället/ und des Vatern Bruders Töchterlein hat sich der Erbschafft alleine nicht anzumassen. V. R. W.

Ita qvoq; responderunt JCti Jenenses M. Januar. Anno 1625. ad consultationem Utterich Papsts zu Hardisleben. Ist Hans Benzig bey Euch vor 6. Wochen / ohne lebendige oder zur Welt gebohrne Leibes-Erben/Todes verblichen; Sein Ehe-

Eheweib aber Dorotheam / Eure Stieff-Tochter schwangers Leibes hinterlassen / welche vor wenig Tagen der Kindes-Geburth genesen/ und eine vollkömliche Leibes-Frucht zur Welt bracht. Do nun solch Kind / als es gebohren / sich am Leib / Armen und Beinen gereget/ und nach der Geburth eine Viertelstunde des Hertzens-Bewegung bey Ihme vermercket worden: So ist dasselbe noch vor lebendig erzeugt zu achten/ und hat mit der Väterlichen Verlassenschaft seine Mutter befället. V.R.W.

ECLOG. V.

Ex §. Interdum autem. IV.

Ab hostibus reversi Jure Postliminii succedunt.

SUMMARIA.

1. *Captivi tempore mortis Patris non sunt sui heredes.*
2. *Post mortem reversi fiunt sui heredes.*
3. *Limitationes.*
4. *Postliminii effectus.*
5. *Vi Juris Postliminii fingitur, apud hostes nunqvam fuisse.*
6. *Recuperat pristina Jura & qvæ medio tempore ei contigerunt.*
7. *Etsi à Fisco possideantur.*
8. *Excipitur possessio.*
9. *Fictio non habet locum in his, qvæ sunt facti.*

1 Licet † captivi ab hostibus tempore mortis Patris non sint sui heredes, nec in potestate ejus; Si tamen † post
2 mortem Patris reversi fuerint, sive hostiũ dimissione, sive vi, aut fallaciâ, sive virtute nostrorum militum, *l. 2. C. de Postl. reversf.* † si modò non animo redeundi ad hostes
3 venerint, *l. 26. ff. Eod. l. 5. §. 3. ff. h. t.* nec transfugæ fuerint, *l. fin. C. ibid. Job. Brunnemann. l. 19 §. 14. Ex qvib. caus. maj. Decian. lib. 7. c. 14. num. 6. Magon. Decis. 24.* sui heredes efficiuntur, & Patri succedunt. Qvod † Jus Postliminii efficit, *tex. b. n. l. 15. C. de Postlim. rev. ibid. Job. Brunnem.* 4
Qvia vi † hujus Juris fingitur filius- 5

 fami-

familias apud hostes nunqvam fuisse, sed in Patris potestate semper mansisse, *l. si ab hostibus, 5. ff. qvib. mod. jus patr. potest. solv. l. retrò. 16 ff. de Capt. & postl. reversf. Job.* Harpprecht *num. 1. Dn.* Richter *d. Sect. 1. memb. 1. n. 15. Ambros. Schurer. d. loc. ampliat. 9.* Recuperat
6 igitur † reversus pristina jura, & qvæ illi medio tempore Captivitatis contingere potuerũt. Itemq; ea, qvæ in agris, vel mancipiis vel
7 aliis rebus antea tenuit, etsi † à Fisco possideantur; nec timere habet alicujus contradictionis moram, cùm hoc solum reqvirendũ sit, utrum forsitan apud Barbaros voluntariò fuit, an coactus, *l. pen. ibiq. Job. Brunnem. C. de Postl. reversf. A. Perez. C. de Eod. num. 5.* Exceptis
8 iis, † qvæ sunt facti, ut Possessio, *l. 23. §. 1. ff. de Adqvir. possess.* Est namqve in Postliminio qvædam fictio † qvæ locum tantum habet 9
in iis, qvæ sunt Juris, non qvæ sunt facti. *Jacob. Hopper. de Art. Jur lib. 2. c. 11. A. Perez. d. loc. num. 6. Job. Brunnemann. ad l. pen. C. d. tit.*

Schurer. d. loc. hoc JCtorum Responsum allegat. Habet ihr und eure einwärtige Geschwister Euch aus eines Vatern Erbe und Gütern/ nach desselben absterben/ vererbtheilet / und eurem Abwesenden in der Türckey gefangnen/ und daselbst zu leibeignen Knechte verkaufftem Bruder seinen Theil nicht außgesetzet; Uñ aber nunmehr derselbe wieder heimkommen ꝛc. So seyd ihr samt euren Geschwistern ihme seinen gebührlichen väterlichen Erbtheil zu reichen/ zuzustellen uñ folgen zu lassen schuldig. Und möget Euch damit/ daß Er mit leibeigner Dienerschafft behafft gewest/ darwieder nicht schützen. V. R. W.

ECLOG. VI.

Ex §. Per contrarium. V.

In Crimine Læsæ Majestatis Confiscatio Bonorum non nocet Viduæ & reliqvis Creditoribus.

SUMMARIA.

1. In Crimine Læsæ Majestatis liberi fiunt infames.
2. Desinunt esse heredes.
3. Etiam qvoad Legitimam.
4. Fiscus hic succedit.

5. In-

5. In Allodialibus & Feudalibus.
6. In territorio Principis Læsi sitis.
7. Præcedat confiscationem sententia.
8. Confiscatio non nocet Viduæ & Creditoribus.
9 Bona non sunt, nisi deducto ære alieno.
10. Fiscus loco extranei habetur.
11. Satisfacit creditoribus pro viribus.
12. Obligatur ad onera.
13. Uxori ad dotem.
14. Et Statutariam, si eam eligat.
15. Statutaria succedit in locum Dotis.

Ultra pœnam corporalem Criminis Læsæ Majestatis seu Perduellionis rei, etiam Liberos † infamia paterna comitatur, *l. Quisqvis. 5. C. ad L. Jul. Majestat. c. Felicis § nulli præterea d. Pœn. in 6 tit. 24. Aur. Bullæ. Oswald. Hillig. in Donell. enucl. lib. 18. c. 8. lit. XX. in not.* Iidemqve definunt esse heredes Patris defuncti, *h. § n. l. 1. §. interdum ff. de suis & legit. hered.* à vivi verò Patris hereditate ipsô jure penitus excluduntur, † etiam qvoad Legitimam, *P. Theodoric. Disp. crim. 5. th. 6. lit. R. Hillig. d. tract. lib. 19. c. 4. lit. U. pag. 479.* eaqve Fisco † applicatur, *l. 3. § fin. ff. de Donat. l. 76. §. fin. ff. de Legat. 2. d. l. 5. C. Ad L. Jul. Maj. ibiq; Joh. Brunneman. ad princ. §. 1. & 2.* Sive bona † sint Feudalia sive Allodialia. *c. un 2. Feud. 86. text. in Aur. Bull. d. tit. 24. &* in der Peinl. Halsgerichts-Ordn. *art. 218 §.* Wann an etzlichen. Georg Schultz *in Synops. Feudal. c. 7. n. 170. Schurer. d. tract. tit. 17. Reg. 6. spec. ampliat. 9. Brunnemann. d. loc. Joh.* Harpprecht *h. num. 2. Dn. Carpzov. p 1. Prax. crim. q. 41. num. 98. & 99. Stephan. de Jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. membr. 1. n. 263. Philipp.* Knipschild *de Jurib. & privileg. civit. Imperial. lib. 2. c. 15. num. 24.* Intellectis † tamẽ iis tantummodò bonis, qvæ in territorio Principis læsi sita sunt, *arg. c. 2. de Constit. in 6. A. Perez. C. ad l. Jul. Maj. n. 12. & 13. A. Matth. tract. Crimin. tit. 2. c. 3.* Sententiam † tamen declaratoriam Confiscationem realem præcedere debere, omninò necesse est, *arg. l. fin. C. de accusat. l. 1. l. 14. C. Ex qvib. caus. infam. irrog. l. furti. 6. pr ff de his, qvi not. infam. l. cum Reis. 8. de pæn. Aur. Bulla. tit. 24 §.* Wir wollen auch rc. *Hieron. Gigas tr. de Crim. Læs. Maj. Rubr. de pæn. comm. crim.*

Crim. Læs. Majest. q. 25. num. 5. Henr. Bocer. tr. de Crim. læs. Majest. c. 3. n. 22. & tract. de Regalib. c. 3. n. 22. A. Peregrin. de Jure Fisci lib. 5. t. 1. num. 171. Dn. Carpzov. Prax. crim. p. 1. q. 41. num. 102. & seqq. Henric. Hahn ad Wesenb. parat. ff. Ad d. L. Jul. Maj. num. 7. A. Perez. C. ad L. Jul. Majest. num. 13. Bacchov. ad Treutl. vol 4. Disp 32. th 1. lit. G. Joh. Brunnemann. ad d. l 5. pr. C. ad L. Jul. Majest. Proinde Scabini Lipsienses M. Majo An. 1628. ab N.N. consulti, ita responderunt: P.P. Ob wol/uf vorgenommene Inqvisition sich allerhand starcke indicia ereignet/daß N.N. mit der Röm. Käys. Majest. öffentlichen Feinden und erklärten Aechter G. E. M. wider die Käyserliche Majestät/als Eu. Churf. Durchl. allergnädigsten Herren/ conspirirt, also daß/wañ er noch am Lebē/zu elision und Ablehnung derselbē/zu föderst aber zu Erkundigung der Warheit/er mit der schärffen Frage zu belegen gewesen. Dieweil aber deñoch bey seinem Leben der Inqvisition-Proceß wider ihn deswegen nicht formirt/noch er darüber mit seiner Nothdurfft uñ Defension, so vor allen Dingen/ uf sein Begehren hätte geschehen müssen/gehöret wordē ꝛc. Als hat auch / in Manglung anders Beweises und Außführung / die gesuchte Confiscatio bonorum und einziehung der Güter/nach Gelegenheit dißfals noch zur Zeit nicht statt. V. R. W.

Si verò ad Confiscationem † deveniendum est, id ita accipiendū, ut ea non noceat Viduæ & Creditoribus aliis condemnati. Non enim bona † cujusqvā esse intelligūtur, nisi qvę deductô ære alienô supersunt. *l. subsignatum de V. S.* & Fiscus † loco extranei successoris habetur, *l. 2. C. ad L. Jul. de V. l. 1. C. de bon. libert. l. eorum. 9. ff. ad L. Jul Majest.* qvi † creditoribus defuncti, pro viribus hereditatis satisfacere tenetur, *l. si marito in pr. ff. solut. matrim. l in facto. 60. §. 1. ff. de Condit. & demonstr. l. Statius. 48. § Cornelio ff de Jure fisci. l. cum fisco. ff ad SC. Trebell. Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 3. n. 25. & lib. 5. t. 1. num. 74. Farinac. Prax. crim. q. 25. n. 169. & seq.* Ita ut ad debita & † alia onera hereditaria, ad qvæ ipse condemnatus tenebatur, & ipse Fiscus teneatur, *Riga in l. ex facto. §. ex facto. n 5. ff. ad SC. Trebell. Covarruv. var. resolut. lib. 1. c. 16. num. 8. Farin. d. loc. n. 170. Peregrin. d. lib. 4. tit. 5. num 25. & seq. Philipp. Knipschild d. loc. Joh. Brunnemann. ad l. Tutoris. 2. ad L. Jul. de vi Publ.* Unde Uxor † in specie dotem ita salvam habet, ut eam à Fisco repetere possit, *l. ob maritorum. 2. C ne uxor pro marit. l. res Uxoris 24. C. de Donat. int. vir. & ux. l. qvisqvis. 5. §. Uxores. 5. C. ad*

L. Jul.

L. Jul. Majest. ibid. Joh. Brunneman.
14 *A. Gail. 2. obs. 86. num. 1.* Ex qvo †
seqvitur, qvòd etiam portionem statutariam salvâ habeat, si hanc eligere malit. *Gail. d. l n. 17. Matth. Berlich p. 3. concl. 27. num. 24.* qvip-
15 pe, † qvæ in locum Dotis succedit.
12. *Perdens pecuniam in Ludo eam condicere poteſt.*
13. *Niſi is fecerit, Municipium aut Magiſtratus.*
14. *Non niſi qvinqvaginta annorum præſcriptione obſtante.*
15. *Ludis modus poſitus in Electoratu Saxonico.*
16. *Pœnam ab Amico ſtipulari, poſſum de non ludendo.*
17. *Maleficium ne fiat, aſtringi qvis poteſt pœnâ promiſſâ.*
18. *Ex ea boni mores non læduntur, ſed conſervantur.*

1 STipulationes † turpes vel contra bonos mores non ope demùm exceptionis infirmantur, ſed ipsô Jure & per ſe nullius momenti ſunt, *b. § n. l. generaliter. 26. l. Stipulatio. 61. ff. de V. O.* &, per Conſeqvens, nec Obligatio nec actio inde oritur, *Arum. Diſp. 22. ad precip. LL. pandect. th. 9. Beſold. in Delibat. jur. ex lib. 43. ff qvæſt. 5. pag. 169.* † In- 2 tantùm, ut, etiamſi appoſitum ſit juramentum, nullas omninò vires Stipulatio recipiat, *l. Juris gentium 7. §. & generaliter. 16. ff. de Pact. c. Non eſt Obligatorum. 58. de R. J.*

in 6. Johan. Schneidevvin. h num. 3. † Hujusmodi namq; transgressio magis placet DEO qvàm Jurisjurandi observatio: juxta text. in *Nov. 51. in præf. post med.* Exemplū † turpis & inanis stipulationis est, 4 si qvis alteri, in casum mortis, Uxorem suam, cum ipsius consensu, polliceatur, qvam pœnâ potius dignam judicarunt Scabini Lipsienses Mens. Decemb. Anno 1662. ad Consultationem Caspar Dietrichs von Schönberg. Als Ihr uns speciem facti uñ einen Pacht-Contract in Originali mit Sig. ☉. & ☽. bemarckt/ b. 4. untersch. f. f. zugesch. v. e. d. s. w. Hat Euer Unterthaner Michael Schirmer zum Plancken-stein ein 73. Jähriger Mann / sein Gut daselbst dem in seinem Hause und an seinem Brote bisher gehabten Caspar Gießmannen auf gewisse Zeit/ wann Er darüber versterben/ und/ wie es mit seinem unmündigen Sohne gehalten werden solte/ verpachtet / und Euch solchen Pacht-Contract sub dato Planckenstein am Tage Johannis Anno 1662. zur Confirmation oder ratification überreichet: Ob nun wohl / was die bloss. Verpachtung des Guts betrift/ und/ so ferne sich dabey sonsten kein Bedencken ereiget/ von Euch/ als der Obrigkeit wohl confirmirt werden mag; Dieweil aber dennoch in dem überreichte Pacht-Contract zugleich diese Clausul enthalten: Und weil auch Verpachter sein Eheweib und Pachter sich dahin unterredet/ und versprochen haben / daß/ wann Verpachtere/ nach GOttes Willen / sterben möchten / so sol Pachter die hinterlassene Wittib heyrathen/ und sich mit Ihr ehlichen lassen/ maßen sie dann ein solches nachzukommen vor Verpachtern einander zugesaget/ uñ mit Hand und Mund versprochen/ dessen Sie allerseits/ bey Auf-setzung dieses Pachts geständig gewesen. Item, weil Sie nun einander Ehelichten/ so sol etc. Solch Pactum aber denen Göttlichen und Weltlichen Rechten/ auch guten Sitten zuwider/ N m. i. d. übergebnen Beylage, So wird auch dasselbe/ und was deme anhängig ist / auß dem Contract billig gelassen/ Michael Schirmer aber / sein Eheweib und Caspar Gißmann der jünger/ werden dieses ärgerlichen Beginnens halber/ andern zum Exempel und Abscheu/ an den Pranger/ und zwar Schirmer eine halbe stunde / sein Eheweib aber und Caspar Geißmann eine Stunde lang/ iedermänniglichen anzuschauen/ gestellet/ und iedes von denenselben hierüber um 1. Rthal. oder 5. Tage mit Gefängnüs in Straffe billig genommen. V. R. W.

Inter † turpes hujusmodi Stipulationes & Sponsiones referuntur 5 etiam illæ, qvæ fiunt in Ludis.

 Qvanqvam

6 Qvanqvam † enim Ludi honesti & artificiosi, qvi virtutis & ingenii excitandi vel acuendi causa suscipiuntur, non prohibeantur, modò dolus, fraus, vel circumventio non interveniat, *l 1 vers. absq; dolo. ult. verb. qvibus sine dolo. C. de Aleator.* nec qvæstụ vel lucri causâ instituantur, *l. 2. §. Ait Prætor. 5. cum l seq. ff de his qvi not. infam. l. 1. §. movet autem. 6. ff. de Postul. l. mina 4. C. de Episc. aud. l. consensu. 8. Vir qvoq;. § 3. C. de Repud.* ut sunt: Hastæ certamen, Lucta, *l. 2. §. 1. ff. de Aleator.* Pila, Ludus latrunculorum, seu Furunculorum, (das Schachtspiel/) *Jul. Clar. §. Ludus. l. 5. Sentent. num. 3.* Ut & certamina eqvestria & militaria (Turniren/Ringelrennen/) unà cum illis qvinqve, qvos Justinianus enumerat *in l. fin. C. de Aleator.* pro illicitis & vetitis non habeantur, *A. Rauchb. p. 2. q 25. n. 3. 5. 7. A. Perez. C. de Aleator. n. 5.* Ludi tamen † illiciti, cujusmodi sunt Ludi Fortunæ, qvi toti ab ancipiti & incerto Fortunæ eventu dependent, nec non Ludi misti, qvi partim Fortunâ, partim Ingeniô, artificiô & exercitatione constant, ut Tessarum, Talorum, Taxillorum, Chartarum pictarum, *P. Gregor. lib. 39. Synt. c. 3. n. 11. A. Rauchbar. d. q. 25. n. 23. Henr. Habn. ad Wesenb. ff. de Aleatorib. n. 1. p. 462. in p. 1.* Qvi Ludi omnes † Aleæ nomine veniunt, *Radulph. Forner. lib. Rerum qvotidianarum. 2. c. 28. Cujac. in parat. C. de Aleator. A. Perez. C. Eod. num. 1. Johan. Brunnemann. ad l. 3. C. de Aleatorib.* ac in tantùm † prohibiti sunt, ut etiam hujusmodi Ludos, nisi fortè recreationis gratiâ suscipiantur, exercentes, arbitrariâ pœnâ affici possint, *Jacob Menoch. de Arbitr. Jud. qvæst. lib. 1. q 86. num. 8. Dn. Carpz p. 3 prax. crimin. q. 134. n. 18. & seqq ut & num. 34.* Cùm † jurgia, rixæ, homicidia, blasphemiæ, & alia hujusmodi exinde enascâtur, *l. fin. C. de Aleator. Daniel. Scuterius tract. de Alea. lib. 2. c. 2. & seqq. Dn. Sigismund. Finckelth. Sen. Obs. 33. num. 30. A. Perez. l. l. num. 3. & 7.* Qvare † omnis pro debito in Ludo contracto denegatur Actio, ita, ut † perdens pecuniam à lucrante eam condicere, tanqvam indebitum, possit, *l. 1. C. de Aleator. Jul. Clar. d §. Ludus, num. 7. A. Rauchbar p. 2 q. 25. P. Gregor. d. c. 3. num. 13.* Landr. *lib. 1. art. 6. Gl. ff.* Weichbild. *art. 101. Chilian.* König. *in Processu c. 57. num. 1. Matth. Coler. Decis. 173. num. 5. Dn. Carpz. d. q. 134. num. 32. & seqq. Matth. Wesenb. in parat. ff. de Aleator. num. 4. ibid. Henr. Habn. in notat. pag. 463. p. 1. Oswald. Hillig. in Donell. enucl. lib. 14. c. 25. lit. H. in not. A. Perez. d. l.*

Margin numbers (right column): 7 (at "Ludi tamen"), 8 (at "Qvi Ludi omnes"), 9 (at "tantùm prohibiti"), 10 (at "Cùm jurgia"), 11 (at "omnis pro debito"), 12 (at "perdens pecuniam").

d. l. num. 4. Joh. Brunnem. ad d. l. 3. C. de Aleatorib. Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses Mens. Decembr. Anno 1662. ad Consultationem Martin Pilners / Not. Publ. Cæsar. Haben unlängsten zwey Kauff-Leute Titius und Mævius, mit einander in Dreßden gespielet / und hat daselbst Titius dem Mævio 6606. Rthl. abgewonnen/weßwegen auch / weil kein baar Geld bey dem Mævio vorhanden gewesen/Mævius dem Titio eine Obligation außgehändiget; Es hat aber/ nach außgehändigter Obligation, Mævius den Titium beschuldiget/als ob Er Ihm diese obligation mit Gewalt und gezücktem Brot-Messer hätte abgezwungen / auch / durch ungleiches Angeben / es dahin gebracht / daß Titio Arest angekündiget worden / dergestalt und also / daß Er so lange darinnen verbleiben solte / biß Er die Obligation deponiret oder außgehändiget. Ob nun wohl Titius fürwendet/daß weder Er noch Mævius in Churfürstl. Sächs. Landen angesessen/zu dem wäre Er weder geständig noch überführet / daß Er dem Mævio die Obligation obgedachter massen abgedrungen/und dahero mit Arest so blosser Dinge nicht beleget/ oder zur Edition der Obligation, ehe Er die darinn enthaltene Summa fodere/ angehalten werden könne: Dieweil aber dennoch Titius nicht in Abrede/ daß Er mit dem Mævio gespielet/bey solchen Spiel ihme 6606. Rthl. abgewonnen/ und darüber eine Obligation erhalten; Dergleichen Spielen aber in hiesigen Landen Inhalts der Churfürstlichen Sächs. Landes-Ordnung außdrücklich und bey Strafe ohne Unterschied verbothen/ welches zu übertreten denen Außländern so wenig / als den Einwohnern/vergünstiget/dahero dann obgedachte Obligation zur Ungebühr außgestellet/und gantz unkräfftig/ꝛc. So ist auch der Titius dem Mævio die Obligation hinwiederum außzuantworten verbunden; Und mag / ehe und bevorn solches geschehen/ oder dessentwegen Mævius dem Titio genugsame Caution bestellet/des angelegten Arests nicht erlassen werden. V. R. W.

Siq; † pecunia Ludo amissa non repetatur ab eo, qvi perdidit, ejúsve heredibus, à Municipio, & demùm à Fisco, non obstante, † nisi qvinqvaginta annorum præscriptione, repeti potest, *l. 1. C. de Aleatorib. ibiq; Johann. Brunneman. A. Perez. C. Eod. tit. num. 4.* Serenissimus Saxoniæ † Elector in nupera Resolutione Gravaminum Provincialium de Anno 1661. Rub. Policey-Ordn. tit. Vom Spiel. 8. Ludis hisce verbis frenum injicere voluit: Es ist nicht unbekant/ wie mancher durch vielfältiges Spielen 13 14 15

Qqqq iij und

un doppeln in Abfall seiner Nahrung kommen/ sich beneben den Seinigen an den Bettelstab gebracht/ und Ihrer viel wohl gar darüber ermordet worden. Nun stellen wir zwar ehrliche/ oder künstliche Spiel/ welche zur Tugend anzuleiten/oder den Verstand zu schärfen/ im Rechten vergönnet/ wann nur dieselben nicht Gewinst halber angestellet/ oder sonst kein Betrug darunter/ wie dan auch ehrliche Wetten/ so außer dem Spiel geschehen/ an ihren Ort: Alleine die andern Spiele/ so bloß auf dem Glück/ oder zugleich ufm Glück und Nachsinnen beruhen/ als da seynd Bretspiel/ Karten und dergleichen/ sollen keinem/ so unter 18. Jahren ist/ verstattet/ den andern aber so weit nachgelassen werden/ wann dieselben ohne Versäumnüß der Nahrung un zu einer Ergetzung geschehen/ oder um ein liederliches Geld zu einer Mahlzeit und ehrlichen Zusammenkunfft/ ohne alle Schelt-Worte und Gottes-Lästerung gespielet würde. Jedoch daß einer von Adel über einen Thaler/ ein vornehmer Mann/ so Bürgerlichen Standes ist/ über 12. Gr. und ein Handwercks-Mann über 4. Gr. ein Bauer aber über 1. Gr. auf einmahl nicht verspiele/ solches auch in einem Monat über einmahl nicht geschehe; Sintemahl ein ieder seine Nahrung mit fleißiger Arbeit/ nicht aber mit Spielen/ und andern zulässlichen Mitteln zu suchen/ schuldig: Welcher nun hierwider handeln oder solches in seiner Behausung nachgeben wird/ der sol iedesmahl 10. Thl. zur Strafe/ (davon .. Thl. deme, so es in Erfahrung bracht/ gebühret) entrichten/ oder/ do Er es nicht im Vermögen/ acht oder mehr Tage lang in gefänglicher Hafft enthalten werden &c.

Etiamsi itaq; Ludendi pruritus eo usq; in Jure coërcitus sit, ut nec Pœnæ Stipulatio in Ludis vetitis locum habeat, *per supra adduct. hic & ECLOG. XLVIII. huj. lib. Henr. Hahn. d. n. 1. ibid.: quo excluduntur Ludi Pœnæ &c.* Ad † pœnam tamen, de non ludendo, stipulando, amico obligari qvis potest, *Wesenb. d. l. in fin. Petr. Santern. tr. de Assecurat. & Sponsion. p. 3. in fin.* ut ut Stipulantis non intersit, si alter ludat. Qvia † maleficium ne fiat, adstringi qvis potest pœnâ promissâ, *Facit. l. 121. §. Mulier. 1 ibid. Bartol. & Dd. ff. de V. O. Henricus Hahn. ad Wesenb. d. tit. num. 4 pag. 463. p. 1.* † Ex hac enim stipulatione boni mores non læduntur, sed conservantur, *Benevenut. Straccha tract. de Sponsion. §. Hic etiam. num. 1. pagin. 400. Pfeil. Consil 36.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Jul. Anno 1657. ad Consultationem Johann Pösters Huffschmiedes zu Pegau, A. e. a. v. g. f f w.

16
17
18

Ist

Ist Jacob Ehrlich / Bürger und Viertelsmeister zu Pegau/ seider dem Brande daselbst/ in die 11. Jahr bey Euch zu Hause gewesen/ welcher sich dermassen aufs Karten-Spiel geleget/ daß Er eine gantze Nacht/ und bis in die Helffte des folgenden Tages gespielet/ auch manchmahl nicht wenig verspielet; Worüber Er dann mit guten Freunden in heftigē Zanck und Streit gerathen: Inmassen Er einsmahls in Eurem Hause/ als ihr Bier geschencket/ mit Eurer guten Freunden und Gewercken einem sich hefftig geärgert/ uñ bis aufs schlagen gezancket. Als Er auch Anno 1651. dermahleins ziemlich unglücklich gespielet/ und es Ihm folgenden Morgen im Kopffe herum gegangen/ hat Er sich gegen Euch in eurer Stuben in Beysein zweyer Bürger verlauten lassen/ wann Ihme doch iemand sein Spielen abkauffte/ und ein weniges/ wanns gleich kaum ein Ducaten wäre/ davor gebe/ so wolte Er es verreden/ nimmermehr wieder zu spielen/ und dargegen sich auf ein hohes verobligiren/ damit Er daran gedencken/ und das Spielen unterwegens lassen müste: Gestalt er auch alsobald 50. Rthal. nahmhafft gemachet/ daß Er derselben verlustig seyn/ und sie/ wann er wieder spielen würde/ dem/ der Ihm dasselbe um einen Ducaten abkauffte baar bezahlen wolte. Weil Er dann Euer Gevatter/ Hausgenoß und guter Freund deßwegen Ihr mit Ihme recht Mitleiden/ daß Er so offt mit grossem Schaden spielete/ getragē/ euch auch besorgen müsset/ daß/ wann Ihr Bier schenckete/ oder gute Freunde bey Euch hättet/ Er mit Ihnen zu spielē/ zu zancken/ und allerhand Ungelegenheit bey Euch zu machen/ nicht nachlassen würde/ einen Ducaten zu gebē/ Euch anerbothen; Hingegen solte Er wissen/ do Er hierwieder handeln/ uñ wieder spielen würde/ daß Ihr die vō Ihme selbsten euch/ auß gutem freyē uñ ungezwungenem Willē und nüchtern Munde/ versprochene und eingesetzte 50. Rthl nicht lassen/ sondern Er sie bey Euch gewiß zu zahlen verbunden seyn solte/ Euch vernehmen lassen; Worauf Er in Gegenwart zweyer ehrlicher Bürger Ja gesaget/ und mit Hand und Mund/ auch Annehmung des von Euch erlegten Ducatens bestätiget. Dieweil Er nun solcher seiner Zusage zwar etzliche Jahr indenck gewesen/ und sich des Spielens in etwas enthalten/ so hat Er doch/ nachdeme Er ihme vorm Jahre selbsten ein Hauß gebauet/ uñ von Euch weg gezogen/ inzwischen etzliche mahl sich wieder das Karten-Spielens um sein eigen Geld unterfangen. Ob Er nun wohl/ wie Er hierüber so wohl von euch/ als andern zu Rede gesetzet/ vorgewendet/ wäre er doch nicht mehr in Eurem Hause/ uñ

sey

sey der Contract weiter nicht/ als so lang Er darinnen seyn würde / eingangen und geschlossen: Dieweil aber dennoch mit Euch purè und ohne Bedingung contrahiret/ und in dergleichen Fällen/ do einer bey Strafe/ des Spielens sich zu enthalten/ anheischig worden / die gesetzte Strafe aufn widrigen Fall/ dem Gegentheil zu rechte anheim fället/ und erstattet werden muß/ V. R. m. i. e. f. So ist auch gemeldter Jacob ehrlich Euch die versprochene 50. Rthl. verfallen/ und zu entrichten schuldig. V. R. W.

ECLOG. LX.

Ex TIT. DE FIDEJUSSORIBUS. XXI.
§. In omnibus. 1.

Fidejussor, intercedens pro Minore aut Muliere, sine Curatore contrahente, efficaciter obligatur.

SUMMARIA.

1. *Fidejussores omni Obligationi accedunt.*
2. *Etiam Servi.*
3. *Fidejussor pro Servo tenetur Domino & extraneo.*
4. *Pupillus sine Tutore promittens naturaliter obligatur, sed actione pulsari neqvit.*
5. *Fidejussor pro eo intercedens etiam Civiliter obligatur.*
6. *Non durior, sed firmior est Obligatio Fidejussoris qvàm Pupilli.*
7. *Fidejussor non in Majus, fortius tamen obligari potest.*
8. *Pro naturaliter obligato intercedens donasse præsumitur.*
9. *In Foro Saxonico Obligatio Mulieris sine Curatore facta ipso Jure nulla est.*
10. *In hoc Foro Mulier comparatur Minori.*
11. *Naturaliter obligatur.*
12. *Fidejussor, pro ea intercedens, efficaciter obligatur.*

1 IN † omnibus Obligationibus, nô tantùm Civilibus, sed & Naturalibus, Fidejussores adsumi possunt; † adeò, ut pro Servo
2
qvoq;, qvi naturaliter obligatur, *l. qvod attinet. 32. ff. de R. J.* Fidejussor adjici possit, *h. §. n.* † ut 3
teneatur tàm Domino, qvàm extraneo,

traneo, qvi Fidejuſſorem à Servo
accepit; *l. 35. & l. 7. §. 3. ff. de Fide-*
juſſor. A. Perez. C. Eod. num. 11.
4 † Qvoties igitur Fidejuſſor pro De-
bitore tantùm naturaliter obli-
gato (ut puta, pro Pupillo, ſine
Tutoris autoritate promittente,
Dd. in l. pupillus. 189. ff. de R. J. Va-
5 *lent. Franc. tract. de Fidejuſſor. c. 3.*
in princ.) intercesſit, † etiam Civi-
liter obligatur, & efficaciter poteſt
conveniri, qvamvis Principalis
Debitor actione pulſari non poſ-
ſit. *l. 16. §. 3. l. 25. l. ubicunq; 60. ff.*
de Fidejuſſ. l. ſi pupillus. 127. ff. de V.
O. l. 1. in fin. ff. de Novat. Oſvvald.
Hillig. in Donell. enucl. lib. 12. c. 22.
lit. P. Matth. Weſenb. in parat. ff. de
Fidejuſſ. num. 4. Henr. Hahn. ibid. n.
5. §. tamen poteſt efficacius. p. 657. in
part. 2. A. Perez. in C. tit. de Fidejuſ-
ſor. num. 11.

6 Nec † inde concludi poteſt,
qvòd, contra *§. Fidejuſſores. 5. Inſt.*
h. & l. Gracè. 8. §. 7. l. hi, qvi acceſ-
ſionis. 34. ff. h. t. durius obligetur
Fidejuſſor, qvàm principalis; Cùm
tantummodo firmior ſit Fide-
juſſoris obligatio, *Rittersh. h.*
pag. 455. Johann. Harppr. h. num. 5.
Johan. Schneidevv. h. num. 3. Licet
7 enim idem † non in majus, arctius
tamen & fortius obligari poteſt,
Vultej. Juriſpr. Roman. lib. 1. cap. 39.
num. 46. Oſvvald. Hillig. in Donell.
lib. 15. c. 48. lit. J. Sibiqve iſte hoc
imputet, cùm potuerit abſtinere à
Fidejusſione; Dum igitur pro † 8
naturaliter obligato intercesſit,
qvem Jure conveniri non poſſe,
noverat, aut noſſe debuerat, ani-
mô donandi id feciſſe præſumitur,
l. 32. ff. de Pact. A. Perez. d. n. 11. Hinc
conſeqvitur, licet † Obligatio Mu- 9
lieris in Foro Saxonico, ubi eadem
† Minori comparatur, *Hieron.* 10
Pantzſchman. p. 2. q. 5. num. 16. &
n. 87. Aut. Conſult. Saxon. p. 1. q. 40.
tom. 1. Dan. Moller. ad Conſtit. Ele-
ctor. 15. p. 2. num. 99. Zanger. de
Except. p. 3. c. 1. n. 96. A. Rauchbar.
q. 32. n. 51. & ſeqq. p. 1. & p. 2. q. 22.
num. 24. & Contractus, cum eâ ſi-
ne Curatore celebratus, ſtatim ab
initio ipſo Jure nullus ac irritus
eſt, *Coler. p. 1. Deciſ. 67. n. 21. Zobel.*
in addit. ad Gloſſ. Germ. Landr. *lib.*
1. art. 46. n. 3. valida non ſit, *Dan.*
Moller. ad Conſt. Elector. 15. p. 2. n. 59.
& ſeqq. A. Hering. de Fidejuſſor. c. 10.
num. 3. † Qvia tamen ea natura- 11
liter ſaltem obligatur, ex conſenſu
nimirum, qvi, licet nudus, natura-
lem tamen Obligationem parit,
l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de
Solut. Fidejuſſor pro ipſa inter-
cedens, licet Curatorem ea non
adhibuerit, cum efficacia obliga-
tur, *Dan. Moller. ad d. Conſtit. 15. n.*
59. & ſeq. A. Hering. d. cap. 10. num.

3. Dn. Carpz. p. 2. c. 15. def. 7. n. 1. & seq. Atq; ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Jun. Anno 1623. in causa Michael Hendels zu Merkersdorff. Habt Ihr Euch für Eures Nachbars Eheweib/als Sie mit Johann Zänckern einen Haus-Kauf geschlossen/gegen denselben in Bürgschafft eingelassen. Ob Sie nun wohl bey solcher Handlung keinen Kriegischen Vormunden gehabt/ uñ also vor Ihre Person sich beständiger Weise nicht verpflichten können / rc. So ist doch/dessen ungeacht/ die von Euch bestellte Bürgschaft zu Rechte kräftig und beständig / und möget Ihr dannenhero von Johann Zenckern wohl belanget werdē. V. R. W.

ECLOG. LXI.

Ex §. Fidejussor. 2.

Heredes Fidejussorum obligantur, etiamsi eorum in Fidejussione haut facta fuerit mentio.

SUMMARIA.

1. Heredes Fidejussorum non tenentur in casu Furti, Rapinæ & Ludi.
2. Nisi locupletiores inde facti, aut ipsimet spopondissent.
3. Extra hos casus Jure Saxonico, æquè ut de Jure Civili tenentur.
4. Omnis Obligatio ex Contractu ad heredes transit.
5. Stipulationes dandi & faciendi complectuntur heredes tacitè.
6. Licet eorum in Instrumento non fuerit facta mentio.
7. Et Fidejussor per taxativam se obligaverit.
8. Taxativæ voces quæ?
9. Taxativa excludit omnes alias Personas.

1 HEredes Fidejussorum de Jure Saxonico † nisi ipsimet fidejusserint, nō obligari, videtur disponere Landr. *lib. 1. art. 6.* Verum textus ille loqvitur de casu speciali, de Furto, scil. Rapina, vel eo, qvod ludo deperditum est; prout ex verbis initialibus, *d. Art. 6. cum Gloss. latin. ad text. latin. ib. & ad text. German. ibid. lit. A.* satis apparet. † Ea enim non tenetur Heres solvere, nisi vel hereditas inde aucta fuisset, vel ipse pro restitutione 2

tione spopondisset, *Matth. Coler. p. 1. Decis. 30. num. 5. Valent. Franc. de Fidejuss. cap. 5. num. 72.* Extra
3 hosce † casus in Foro etiam Saxonico Jus Civile seqvimur, qvod Heredes Fidejussorum horum factum obligare indubiè statuit, *per text. b. n. l. 4. §. ult. cum l. seq. ff. de Fidejuss.* per rationem generalem;
4 qvòd † omnis Obligatio ex Contractu ad heredes transmittitur, *l. Ex contractibus. 49. ff. de O. & A. l. hoc Jure. 152. §. ult. ff. de R. J. §. Non autem omnes 1. Inst. de Perpet. & tempor. Action. l. un. C. ut action. & ab hered. & contr. hered. incip. A. Perez. C. de Fidejuss. n. 13.*
5 Et hoc est † regulare tùm in Stipulationibus dandi, tùm faciendi, ut tacitè heredes complectantur, *l. 13. C. de Contrah. Stipul. Val. Franc. de Fidejuss. cap. 5. n. 70. M. Pist. vol. 1. consil. 1. q. 2. num. 30. Coler. de Process. Execut. p. 1. c. 10. n. 312. Besold. Conf. 35. num. 1. Gödd. de Stipulat. c. 9. concl. 7. per tot. Hillig. in Don. lib. 12. c. 17. lit. K. A. Gail. lib. 2. Observ. 2. num. 10. A. Perez. d. l. n. 13. Johann. Brunnemann. ad d. l. 13.*
6 *C. de Contrah. Stipulat.* † Nec interest, an heredum in Instrumento Fidejussionis facta fuerit mentio, nec ne; perinde enim est, *Johan. Schneid. h. n. 1. & seq. Valent. Franc. tract. de Fidejuss. c. 5. n. 63. & seq. A. Hering. de Fidejuss. cap. 20. §. 1. n. 21. Dn. Christoph. Philipp.* Richter. *Decis. 55. n. 12. & seq. & Decis. 99. n. 28.*

Utq; hâc de re omnis tollatur dubitatio in Foro Saxonico, Elector Augustus per *Constitutionem 20. p. 2.* disertè constituit, Obligationem Fidejussoriam sine distinctione transire ad heredes, verb. Ob gleich der Erben in der Verschreibung nicht gedacht/ꝛc. *Ubi Dan. Moller. num. 2. & Dn. Carpzov. Def. 1. num. 7. & 8.* † ita, ut heredes nihilominus obligentur, licet Fide- 7
jussor per taxativam † SOLUS, 8
TANTUM, DUNTAXAT &c. sese obligaverit, *per text. in l. si necessarias. 8. §. de vendendo. 4. ff. de Pignor. action. l. Stipulatio ista. 38. post princ. ff. de V. O.* † Nam 9
etiamsi Dictio taxativa omnes alias Personas extraneas excludat, non etiam heredes per eam excluduntur, *Nicol. Everhard. in topic. in Loc. à nat. dict. taxat. num. 5. A. Hering. de Fidejussor. cap. 20. §. 10. num. 54. Matth. Berlich. p. 2. conclus. 26. num. 19. Dn. Carpzov. ad d. Constit. 20. def. 2. num. 5. & seqq.* Ita responsum est à Scabinis Lipsiens. Mense Augusto, Anno 1585. ad Consultationem Caroli Dittels zu Lauchstedt. PP. Ob nun gleich in der Bürgschafft-Verschreibung die Bürgen alleine sich verpflichtet/ und der Erben außdrücklich nicht gedacht worden / da sieder auch der

eine Bürge mit Tode abgegangen; So ist dennoch seine gethane Verpflichtung dadurch nicht erloschē/ꝛc. Sondern es seynd seine Erben in Bürgschafft die Zahlung / nebenst den andern Mit-Bürgen/ zu Ihrem halben Theil / nochmahls zu leisten schuldig. V. R. W.

ECLOG. LXII.

Ex §. Si plures. 4.

Exceptio Divisionis opponi potest à Fidejussore qvi non nominatim huic beneficio renunciavit.

SUMMARIA.

1. *Etsi plures sint Fidejussores, singuli tamen in solidum obligantur.*
2. *Sunt Correi promittendi.*
3. *Qvorum qvilibet in solidum obligatur.*
4. *Fidejussorum qvilibet præteritô etiam Reô principali, in solidum conveniri potest.*
5. *Epistola Divi Hadriani qvæ?*
6. *Ejus beneficio Fidejussores saltem pro rata tenentur.*
7. *Si nimirum omnes sint solvendo tempore propositæ Divisionis.*
8. *Nisi renuntiaverint huic beneficio.*
9. *Clausula:* Einer / vor alle / und alle vor Einen / *non importat renuntiationem.*
10. *Verba dubia pro Promissore & contra Stipulatorem interpretanda.*
11. *Pro formâ posita ad ungvem observanda sunt, nec per æqvipollens adimplentur.*
12. *Fidejussoria Exceptiones sunt de naturâ actus.*
13. *Qvibus nunqvam, nisi expressè, renuntiatur.*

1 Etsi † plures idem debitum Fide suâ esse jusserint, singuli tamen in solidum, & non in partes viriles obligantur, sic ut Creditor à singulis, & à qvocunqve velit, totum suum debitum petere possit, *b. text. n. l. non rectè. 3. l. Reos. 23. C. de Fidejuss. A. Perez. C. de Fidejuss. num. 21.* Qvia † isti plures sunt Correi pro- 2
mittendi; qvorum hanc † esse con- 3
ditionem, ut singuli in solidum obligen-

obligentur, *supr. ex §. 1. de Duob.*
4 *reis Stipul.* percepimus. Qvin † imò
Creditor, etiam Reô principali
præteritô, à Fidejussoribus soli-
dum petere potest, *h. §. n. l. si man-*
davero. 22. §. Interdum. 2. ff. Man-
dati. l. Jure nostro. 5. l. liberum. 16.
cum seq. & l. 19. 20. atq; 23. C. de Fide-
jussor. A. Perez. d. n. 21.

Qvæ, ut ut regulariter & Jure
Summô ita sese habeant, *Oswald.*
Hillig. in Donell. enucl. lib. 15. c. 48.
Lit. Q. Succurritur tamen Fide-
5 jussoribus † per Epistolam Impe-
ratoris Hadriani, *h. text. n.* vel juxta
verba *l. si testamento. 49. §. 1. in*
fin. ff. de Fidejuss. Antonini Pii, qvi
Hadriani Patris sui adoptivi no-
men fortè assumsit, *Jacob. Cujac.*
in l. 49. lib. 24. Qvæstion. Papinia-
6 *nar.* † cujus beneficio saltem pro
rata tenentur, *h. text. n. l. inter. 26.*
ff. de Fidejuss. l. ult. C. de Constit.
pecun. Johann. Schneidevv. h. num.
7 *16. & seq.* Si † nimirum omnes
sint solvendo tempore propositæ
Divisionis, *h. text. n. §. Ideoq;. l. 3.*
§. 1. C. h. t. A. Perez. C. de Fidejuss.
num. 28. Johann. Brunnem. ad l. 3. C.
8 *h. t.* Nisi † eidem expresse & no-
minatim renuntiaverint. Nec e-
nim verba promissionis; Se in so-
9 lidum, † unum pro omnibus, & o-
mnes pro uno satisfacturos, (daß
sie sämtlich und sonderlich / einer vor
alle / und alle vor einen mit ungeschie-
dener und ungetheilter Hand haften
wollen: rc.) specialem Beneficii
Divisionis renuntiationem im-
portant: Cùm dubia sint & nimis
generalia, nihilqve aliud innuant,
ac qvod Imperator dicit, ante Epi-
stolam Divi Hadriani factam, o-
mnes Fidejussores in solidum ob-
ligatos fuisse. Unde tamen colli-
gi neqvit, beneficium dictum pro-
pterea locum non habere. Acce-
dit, qvòd in † Stipulationibus ver- 10
ba dubia pro Promissore potius,
& contra Stipulatorem interpre-
tanda veniant, *l. qvicqvid astrin-*
gendæ. 99. ff. de V. O. l. veteribus. ff.
de Pact. Dan. Moller. p. 2. const. E-
lector. Sax. 17. A. Perez. C. de Fide-
juss. num. 29. Johan. Brunnemann.
ad d. l. 3. C. de Fidejuss. Qvando
igitur in *d. Constitutione Saxon.*
Electorali 17. in hunc effectum, ut
Fidejussor in solidum obligetur,
non generalem renuntiationem
sufficere, dicitur sed expressam &
specificam reqviri; (daß in solchen
Fällen eine außdrückliche und speci-
ficirte renuntiation erfodert wer-
de / und zu diesem Ende keine gene-
ral-Renuntiation, wann gleich die-
selben auf die Wohlthaten / so
den Bürgen in Rechten gebühren /
in gemein gerichtet / nicht statt
haben sol) ea Constitutionis

verba aliqvid singulare operari
11 oportet, &, qvia pro forma † posita sunt, ad ungvem observari debent, nec per æqvipollens adimpleri possunt, *Jason. in l. Qvidsi nominatim. 1. num. 18. ff. de Liber. & posth. Dn. Carpz. p 2. const. 17. def. 6. num. 1. & 2. & def. 9. num. 18. & seqq. nec non Decis. 252. n. 3. & seqq.*
12 Sunt † namqve Fidejussoriæ exce-
13 ptiones de natura actus, qvibus † propterea nunqvam videtur renuntiatum, nisi id specialiter factum fuerit, *A. Faber. in Cod. lib. 8. tit. 22. def. 31. num. 3. Dn. Carpz. lib. 2. Resp. 73. num. 13.*

Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Aug. Anno 1627. in causâ Hermanni Schabers zu Dreßden. Habet Ihr Euch wegen 300. Fl. vor N. N. gegen N. N. in Bürgschafft/ als ein Selbstschuldener eingelassen. Ob nun wohl in den Dreßdnischen Statuten versehen / daß die jenigen / so sich in dergleichen Bürgschafft / als Selbschuldige eingelassen / præcisè und ohne allen Behelf die Zahlung leisten sollen / dannenhero der Creditor, unangesehen Euer principal-Solvendo ist / von Euch die Zahlung erzwingen wil: Dieweil Ihr aber dennoch dem Beneficio Excussionis gebührlichen nicht renunciret hättet: rc. So möchtet Ihr auch/weil gleichwohl gemeldtes Statutum itztgedachtes Beneficium Excussionis außdrücklichen nicht außschleust / ehe und zuvor der Principal-Debitor gebührlichen excutiret/die Zahlung zu thun/wider Euren Willen nicht angehalten werden. V. R. W.

ECLOG. LXIII.

Ex d. §. 4. vers. Sed si ab uno,

Fidejussori, solventi solidum, absqve actionum cessione nulla alia competit Actio adversus Confidejussores.

SUMMARIA.

1. *Fidejussor, qvod amplius suâ parte solvit, à Creditore repetere potest.*
2. *Nec à Confidejussoribus.*
3. *Inter Fidejussores nulla contrahitur Obligatio.*
4. *Negotiorum gestorum Actio datur utiliter gerenti.*
5. *Fidejussori hac non datur.*

1. Per

6. *Per accidens gerit negotium Confidejussoris.*
7. *Fidejussor conventus exceptione cedendarum actionum, se tueri potest.*
8. *Cessio fieri debet contra Confidejussorem pro rata, & contra Debitorem, cum traditione Instrumentorum.*
9. *Traditio Obligationis necessaria.*
10. *Creditor amissionem Obligationis nec Juramentô nec aliter probare potest.*
11. *Fidejussor non habens Obligationis Instrumentum, non habet regressum adversus Debitorem principalem.*
12. *Exceptio Cedendarum etiam post Solutionem jam factam locum habet.*
13. *Per Solutionem extingvitur Actio.*
14. *Saltem accessoria, non principalis.*
15. *Cedendarum Actio competit, etiamsi ei sit renuntiatum.*

QVòd Correis debendi, totum solventibus debitum, competat actio adversus reliqvos Correos pro ratâ, etiam absq; cessione Jurium consecutâ à Creditore, *supr. ECL. LII. h. lib.* tetigimus.
1 Hoc † ipsum autem denegatur Fidejussoribus; nec enim Fidejussor, qvod amplius parte suâ solvit, à Creditore, tanqvam indebitum, repetere potest; Imputare enim sibi debet, qvòd Exceptionem Epistolæ Divi Hadriani non opposuerit, &, ut pro parte tantùm in se daretur actio, non desideraverit, *per h. text. n. l. ut Fidejussor 39. l. si testamento. 49. §. 1. vers. qvasi duo ff. de Fidejuss. A. Hering. tract. de Fidejuss. c. 27. p. 2. num. 84. & seq. Franc. tract. eod. c. 5. n. 443. Joh. Harppr. h. n. 7.*
2 Nec † etiam à Côfidejussoribus idem impetrare potest, *arg. h. text. & d. l. 39. ff. h. t. & l. cum. alter. 11. C. Eod.* Qvia inter Fidejussores † 3 nulla contrahitur Obligatio, ac proinde nulla competere potest actio, *d. l. 11.* Et qvamvis regulariter huic, † qvi alterius negotium 4 utiliter gessit, aut solvit debitum, negotiorum gestorum actio detur, *l. 2. l. si Pupilli. 6. §. 1. cum seq. ff. de Negot. gest.* Illa tamen Fidejussori † adversus Confidejussorem, 5 hoc in casu meritò denegatur; Qvoniam non principaliter contemplatione Confidejussoris sui solvit, sed ut Principalem Debitorem, juxta qvod stipulatus est, & seipsum liberaret, *Joh. Schneidew. h. num. 22. Matth. Berlich. p. 2. concl. 22. num. 76. ibiq; relati.* Qvamvis † enim qvodammodo 6 ipsius Confidejussoris negotium gerere

genere videatur, per accidens tamen, & per consequentiam tantū hoc fit, ideoqve id non attendendum, *arg. l. 6. §. 1. ff. de Negot. gest. Joh. Brunnemann. ad d. l. 11. C. de Fidejuss.*
7 † Imò, nec opus est utili actione Fidejussori, cùm ei aliô beneficiô, CEDENDARUM nim. ACTIONUM, consultum sit, *H. Pist. Obs. 157. num. 4. & seqq.* Conventus enim, tueri se hac Exceptione potest, ne, anteqvam cedantur sibi à Creditore actiones, con-
8 tra † Fidejussores pro rata & contra Debitorem Principalem, cum traditione Instrumenti Obligationis, ad solvendum compellatur, *l. cum is. 36. l. Fidejussoribus. 17. ff. de Fidejuss. l. creditori. 2. l. cum alter. 11. C. h. t. l. ult. C. ad Exhibend. H. Pist. l. 1. qv. 48. num. 1. Dan. Moller. lib. 3. Semestr. 15. P. Heig. p. 1. qv. 38. num. 53. M. Berlich. Decis. 10. per tot. & Decis. 207. num. 5. 15. & 16. Gödd. tr. de Stipulat. p. 9. concl. 5. n. 114. & seqq. Hering. de Fidejuss. c. 27. p. 3. n. 6. Joh. à Sande de Cessionibus. c. 6. num. 32. Dn. Carpzov. p. 2. c. 17. def. 15. & Decis. 25. num. 24. Joh. Brunnemann. ad d. l. 2. & l. 11. C. de Fide-*
9 *juss.* Et qvidem † traditio Obliga-
10 tionis adeò necessaria est, ut, † etiamsi Creditor amissionem Juramentô vel aliter probare velit, ad solutionem Debitor compelli
11 neqveat; Siqvidem † ea deficiente regressum adversus Debitorem Principalem habere non potest, *A. Gail. lib. 2. Obser. 37. num. 2. Matth. Berlich. d. Decis. 10. num. 7. & seqq.* Unde in Aula Altenburgensi d. 21. April. Anno 1618. in causa Burgkersrodischen Actorn an einem/ der von Thuna andern Theils/ ita pronuntiatum est: Das nunmehr auß den Acten so viel erscheinet/daß Beklagte / ehe und zuvor Jhnen die Haupt-Verschreibung außgeantwortet wird/ ferner den Klägern etwas wegen dieser Bürgschafft außzuzahlen nicht schuldig. V. R. W.

Et à Scabinis Lipsiensibus ad Consultationem derer von Thuna Mense Septembr. Anno 1617. P. P. Ob Sie nun wohl erbötig / daß Sie solches Endlichen erhalten/und euch eine Qvittung/ Revers und Cession zustellen wollen/ und vermöge klarer beschriebener Rechte/ und derselben Lehrer Meynung / amissio Instrumenti oder Chirographi, durch des Creditoris Eyd wenn Er schweret//daß Er die Verschreibung nicht habe / noch einem andern gegeben oder bey einem andern mit seinem Wissen und Willen zu befinden / erwiesen werden kan: Dennoch aber und dieweil solches in einem solchem Fall statt hat / wann ein Instrumentum nur zu dem Ende wider gefodert wird / damit der Debitor seiner Obligation entnommen werde /

Jhr

Ihr aber Ihme in gegenwärtigem Fall die Hauptverschreibung nicht/ als Principal-Debitores, sondern in Bürgschafft/ und nicht nur zu dem Ende/ damit Ihr von denen von Burckersroda Euch liberiren möchtet/ sondern vielmehr damit Ihr Euren Regress wider Eurer Vorfahren Debitores Principales, und nunmehr derselben Erben haben/ und Euch eures Schadens bey Ihnen erholen köntet/ welches aber in diesem Falle beständiger Weise nicht geschehen kan/ wenn den Principal-Debitorn, und sonderlich nunmehr deren Erben/ so in probabili ignorantia versiren/ die Haupt-Verschreibung nicht vorgeleget würde ꝛc. So seyd Ihr auch/ ehe und zuvor Euch von denen von Burckersroda/ Ihrer eigenen Zusage und Verpflichtung nach/ die Haupt-Verschreibung/ neben einer beständigen Cession, außgeantwortet/ die 1600. Gülden zu zahlen nicht schuldig. V. R. W.

Similiter in eadem causa Mens. Octobr. Anno 1617. Scabini Jenenses responderunt: PP. Ob wohl sonsten der Gläubiger mit seinem Ende/ daß die Schuld-Verschreibung verlohren/ zuläßlich/ und der Schuldner/ wegen der verlohrnen Verschreibung/ wider die gefoderte Zahlung sich nicht aufhalten kan: dennoch dieweil ihr in Bürgschafft und nicht für euch den Rest der 1600 Gülden denen von Burckersroda zu erlegen verpflichtet seyd/ und solche Hauptverschreibung zu dem Ende begehret/ Euch euers Schadens bey den jenigen zuerholen/ für welche ihr/ in mangelung derselben verschreibung nicht gelangen möget ꝛc. So seyd ihr/ biß so lange mehr angezogne Verschreibung/ neben der versprochenen Cession Euch eingehändiget/ den Hinderstand der 1600. Gülden zu zahlen nicht schuldig. V. R. W.

Hæcq; † exceptio etiam post Solutionem jam factam, ex communi Dd. Sententia, adhuc locum habet. 12
† Licet enim per solutionem extingvatur Actio, id tamen † de Accessoria & Fidejussoria saltem intelligendum est, non etiam de Principali, & inde proveniente actione, qvam Creditor etiamnum cedere valet, *l. & magis. 5. ff. de Solut. l. Papinianus. 28. ff. Mand. P. Heig. d. q. 38. n. 24. Dn Carpzov. d. Const. 17. def. 16. & lib. 2. Resp. 70. num. 3. & seq. Joh. Harppr. h. num. 60. & seq.* 13 14
† ut ut Fidejussor huic exceptioni expresse renuntiavisset: Cùm in eum tantùm finem, ne eâdem Executio retardetur, renuntiatio facta videatur, *P. Heig. q. 38. num. 40. per l. in Creditore. 38. ff. de Evict. Joh. Zanger. de Except. p. 2. c. 16. num. 43. Dn. Carpz. ad d. Constit. 17. def. 17. num. 7. & seqq. & lib. 2. Resp. 70. num. 10. & seqq.* nec 15

non Decis. 251. num. 26. & seq. Ita respondérunt Scabini Lipsienses M. Mart. Anno 1631. ad reqvisitionem Caspari Schellers zu Reblingen. Habt Ihr Euch vor Andreas Barzen / wegen 1000. Fl. nebens noch andern zweyen Personen in Bürgschafft eingelassen / und als der Schuldner säumig gewesen / und der Creditor auf Euch / als einen Bürgen gedrungen / habet Ihr ohne Zuthun der beyden Mitt-Bürgen die Zahlung berührter 1000. Fl. alleine geleistet. Ob euch nun wohl beniemter Creditor, bey beschehener Zahlung / seine Action nicht cediret und abgetreten / Euch auch sonsten gedachte Eure Mit-Bürgen hinwiederum pro rata zu belangen / einige andere Actio zu rechte nicht zustatten kömt: Do Ihr aber dennoch bey dem Creditore, um Cession der Ihme zustehenden Action, nochmahls gebührlichen ansuchen würdet rc. So wäre Er / unangesehen / die Zahlung von Euch vorlängst geschehen / Ihr auch dem Beneficio cedendarum actionum bey gethanen Bürgschafft außdrücklichen renunciret / solche Action Euch zu cediren schuldig / und Ihr hättet Euch nochmahln / derselben wider Eure Mit-Bürgen / oder auch wider den Principal-Debitorn, gebührlichen zu gebrauchen wohl Fug. V. R. W.

ECLOG. LXIV.

Ex Eod. §. 4.

Fidejussor indemnitatis gaudet beneficio Excussionis, licet ei renuntiaverit.

SUMMARIA.

1. *Beneficium ordinis competit Fidejussoribus.*
2. *Quocunq; tempore.*
3. *Effectus hujus beneficii est Excussio principalis.*
4. *Excussio fit ad saccum usq; & penum, non nisi unicâ veste relictâ.*
5. *Etiam in processu executivo.*
6. *Licet Fidejussor se obligasset, ut Principalem:* als einen Selbschuldiger.
7. *Verba hujusmodi nil, nisi enixam voluntatem solvendi significant pro Debitore, non solvendo demum existente.*
8. *Renunciatio specialis tollit hanc exceptionem.*
9. *Constitutum, ut Fidejussio, pro Intercessione habendum.*

10. Gaudet

10. *Gaudet beneficio ordinis.*
11. *Fidejussori Indemnitatis* Schadloß-Bürgen/ Rückbürgen *renuntiatio nil nocet.*
12. *Quis talis?*
13. *Indemnis qvis habendus est, tùm demùm, cùm apparet, qvantum Creditor à Debitore & ejus Fidejussoribus conseqvi non possit.*
14. *Renuntiatio Fidejussoris Indemnitatis erronea habetur.*
15. *Nec juranta qvicqvam operatur.*

PRoximè *præcedenti Eclogâ* diximus, Fidejussores ita obligatos esse Creditori, ut is Principali Debitore prætеritô, statim Fidejussores convenire
1 possit. Consultum tamen † & hac in parte est Fidejussoribus, eisqve beneficium Ordinis sive Excussio-
2 nis (sive † eô ante, an post litis contestationem, vel etiam post sententiam in ipsa executione uti velint, *Job. Zang. de Exc. p. 2. c. 15. n. 3. & seq. Matth. Berlich. p. 1. concl. 84. num. 23. Henr. Habn. ad Wesenb. paratit. ff. de Fidejuss. num. 5. §. ante litis contestationem pag. 661. in*
3 *part. 2*) indultum; cujus † vi prius Debitor Principalis conveniendus,
4 & usq; ad saccum † & operam, non nisi unicâ ipsi veste, qvâ Corpus tegat, ne nudus incedat, relictâ, excutiendus. *Nov. 4. c. 1. Auth. hoc si Debitor. C. de Pignorib. & hypothec. ibid. Sichard. Mynsing. cent. 2. Obs. 15. Vincent. Carocius de Excuss. bonor. q. 1. num. 1 Ant. Fab. p. 1. de Error. pragmat. Decad. 5. error. 8.*

Qvod etiam † in processu Execu- 5
tivo locum habet, per ea, qvæ tradit *Job. Zanger. de Except. p. 3. c. 26. num. 93. & 94. M. Berlich. p. 1. concl. 57. num. 23. & 24 Dn. Carpz. p. 2. c. 18. Def. 4 per tot.* Etiamsi Fidejussor † se tanqvam Principalem (als 6
einen Selbstschuldigen) obligasset;
Cùm verbis hisce † nil aliud agat, 7
qvàm, ut ostendat animum enixũ pro Reo solvendi, tum scil. qvando Debitor non est solvendo, *arg. l. non rectè. 3. C. de Fidejuss. text. in Constit. Elector. Aug. 18. p. 2. Ibid. Dn. Carpzov. Def. 2. num. 2. 3. & 4. Job. Schneidew. b. num. 13. Bacchov. in not. ad Treutl. vol. 2. Disp. 28. th. 5. lit. C. Dn Sigism. Finckelth. Sen. Obs. 107. num. 10. Georg. Frantzk. Exercit. Jurid. 10. q. 8. n. 10. Henr. Habn ad Wesenb. paratit. ff. de Fidejuss. d. n. 5. §. aut excussis. pag. 660. in part. 2.* Si modò † renuntiatio specialis 8
non accesserit, *d. Constit. Elect. 18.* qvæ exceptionem Excusionis omninò perimit, *Valent. Franc. de Fidejuss. cap. 5. num. 169. A. Gail. 2.*

 Obs.

Obser. 27. num. 13. Caroc. de Excuss. bonor. p. 2. qv. 14. num. 8. Matth. Coler. de Process. Execut. p. 1. c. 10. n. 450. Ita in simili (in Constituto
9 † vid. qvod non secus, ac Fidejussio, pro Intercessione habendum est, *arg. l. 1. & tot. tit. ff. ad SC. Vellej. A. Faber. in Cod. lib. 8. tit. 27.*
10 *def. 1. num. 2.* ac ob † Id beneficio ordinis gaudet, *ex d. Nov. 4. & Auth. Præsente C. de Fidejuss. Johan. Schneidevv. b. n. 29. Dan. Moller. b. num. 4. A. Gail. lib. 2. Obs. 28. n. 1. Hering. de Fidejuss. c. 27. p. 1. n. 126.*) responderunt Scabini Lipsienses, Mens. Mart. 1627. in causa Martini Sudels zu Breißigk. Ob Ihr wohl gegen einen/ von welchem Eure Frage meldet/ Euch verpflichtet/ und eines andern Schuld ex constituto uff Euch genommen / da aber dennoch derselbe zu zahlen hätte/ und mit außdrücklichen Worten zwischen Euch keine Novation getroffen/ noch vorige Obligation aufgehoben worden wäre &c. So möget Ihr / ehe und zuvor der Principal-Debitor gebührlichen excutiret/ beständiger Weise nicht belanget werden/ sondern Ihr hättet Euch mit dem Beneficio Excussionis, ungeacht / daß allerseits Contrahenten der Abhandlung und geschlossenem Contract, treulich / sonder arge List und ohne Gefährde/ nachzukommen versprochen/ wohl zu behelffen. V. R. W.

Imò nec Renuntiatio † dicta 11
Fidejussori, si tantùm de indemni servando Creditore stipulatus fuerit (qvi vocatur † FIDEJUSSOR 12
INDEMNITATIS, ein Schadloß- oder Rück-Bürge) qvicqvam nocere potest. Qvia, ut Debitor Principalis vel ejus Fidejussores alii, prius excutiantur, qvàm Fidejussor Indemnitatis, id ex aperta natura verborum Contractus & hujus promissionis Indemnitatis provenit; † Siqvidem ante omnia 13
constare debet, an aliqvid & qvantum à Debitore ipso vel Fidejussoribus ejus conseqvi Creditor possit? Si nihil, ut tum in Subsidium & in defectum primæ Obligationis ad qvam se conditionaliter devinxit, talis Fidejussor conveniatur, & Indemnitatis promissio locum habeat, *l. Decem. 116. ff. de V. O. l. si stipulatus. 13. §. 1. ff. de Fidejuss. A. Gail. 2. Obs. 27. num. 13. Valent. Franc. de Fidejuss. c. 5. num. 169. M. Berlich. p. 2. Concl. 22. n. 34. & 35. Dn. Sigism. Finckelth. Obs. 107. n. 5. & seq.* qvod speciale est in tali Fidejussore, naturâ Obligationis magis, qvàm Beneficio Fidejussionis receptum, *Dn. Carpz. p. 2. c. 17. def. 7. n. 1. & 2.* Qvando † igitur talis Fidejussor beneficio ex- 14
cussionis renuntiat, contra naturam hoc est hujus confessionis, & renuntiatio illa videtur esse erronea

ronea & Contradictionem implicare, *M. Wesenb. Conf. 10. num. 31. Hering. de Fidejuss. c. 27. p. 1. num. 142. Joh. Brunnemann. ad l. Omissis. 17. C. de Fidejussor.*
15 † Unde nec juratam renuntiationem hanc exceptionem impedire tradunt *Emanuel Suarez. in Thesaur. recept. Sent. verb. Fidejuss. Indemnitatis. n. 138. Coler. de Process. Execut. p. 1. c. 10. num. 451. Dn. Carpz. Decis. 14. n. 7. Henr. Habn. ad Wesenb. parat. tit. de Fidejussor. num. 5. §. Aut excussis, pag. 661. in part. 2.* Ita respondit Curia Provincial. Wittemberg. an J. S. Schößern zu M. PP. Wann gleich F. B. des Beneficii Excussionis sich begeben: Dennoch aber und dieweil seine Verpflichtung vor eine Schadloß-Bürgschafft zu achten / derer Natur und Eigenschaft mit sich bringet/ daß der Schadloß-Bürge nicht ehe / es könne dann der Bürge/ vor den Er sich verschrieben / seines Schadens sich sonsten nicht erholen; Welche Eigenschaft eine Schadloß-Bürgschafft durch dergleichen Verzicht/ als welche derselben nicht zuwider/ nicht verleuret: So mögen F. B. Erben/ ehe und zuvorn L. von H. den Principal-Debitorn und Neben-Bürgen excutiret / und so viel beybringet/ daß Er bey denenselben seines Schadens nicht zu erhohlen/ etwas zu zahlen/ wider Ihren Willen / nicht angehalten werden. V. R. W.

Similiter Faculeas Juridica Lipsiensis M. Majo Anno 1633. an J. S. B. Schößern zu M. PP. Ob wohl F. B. die Schuld der 550. Thl. als seine eigne/ uf sich genommen / sich als ein Selbstschuldiger unterschrieben/auch die Zahlung zu thun/ adelich und erbarlich versprochen / und deme von A. alle seine Güter/beweg- und unbeweglich cum clausula Constituti Possessorii verpfändet/ insonderheit des Beneficii Excussionis und anderer Rechts-Wohlthathen sich außdrücklich begeben: Dennoch aber und dieweil die Principal-Intention des von A. und F. B. auß der Obligation de dato 20. Junii 1606. dieses zu vernehmen/ daß F. B. ein Schadloß-Bürge seyn soll: Nemlich / daß L. von A. wann Er von dem Principal-Debitorn/ und andern Nebenbürgen nicht befriediget würde/Er also dann ohne Schaden seyn/und von Ihm F. B. die Zahlung adelich und erbarlich erlangen solle; Und nach bewehrter Rechts-Lehrer Meinung / ein Schadloß-Bürge/ wann Er sich gleich der Exception Excussionis begeben/ iedoch denn erst belanget werden kan/ wann der Principal-Schuldener / und andre Neben-Bürgen nicht zu zahlen haben / dieweil

die Verzeihung der Exception Excussionis der Natur uñ Eigenschaft einer Schadlos-Verschreibung zu entgegen / welche durch widrige Exceptiones und andre untüchtige Clausuln / nicht aufgehoben werden kan: So ist der von A. zuförderst den Principal-Debitorn, und die Neben-Bürgen / derer ieder in solidum haftet / in Anspruch zu nehmen / und / wann Er seine völlige Zahlung / nach beschehener vorgegangener Excussion nicht habhaft werden kan / alsdenn seinen Regreß zu F. B. Wittib und Erben / wegen entstandenen Schadens / als Schadlos-Bürgen zu belangen schuldig. V. R. W.

Item Scabini Lipsienses M. Majo Anno 1621. ad Consultationem Matthæi Dißlers zu Oßlau. Hat sich Martin Wegner für seinē Nachbar / uf 200. Fl. gegen Euch in Bürgschafft eingelassen / dergestalt / daß wann der Principal-Schuldner nicht zahlen würde / noch Ihr von ihme befriediget werden möchtet / er dafür hafften / und Euch Schadloß halten wolte. Ob Er nun wol dabey aller Rechtlichen Wohlthaten / so den Bürgen zu statten kommen mögen / insonderheit auch derer / so eine Special-Renuntiation erfodern / außdrücklichen sich verziehen und begebē; Dieweil aber dennoch nicht zu befinden daß in solcher Renuntiation einiges Beneficii in specie und mit außdrücklichen Worten / inmassen die Churfü stl. Sächs. Constitution erfodert / gedacht worden / rc. So hat bemeldter Bürge / wann Er auch gleich dem Beneficio excussionis außdrücklichen renunciret hätte / gestalten Sachen nach / weil Er ein Rück- und Schadloß-Bürge ist / dessen ungeacht / mit der Excussion sich nochmahln wohl zu behelffen. V. R. W.

Nec non Decanus & cæteri Assessores Scabinatus Jenensis ad d. J. S. B. Schössern zu M. PP. Daß bey solcher Sachen Beschaffenheit / und Vermöge der Verschreibung / F. B. Obligation vor eine blosse Fidejussio Indemnitatis, oder Schadlos-Bürgschaft zu halten / und dahero der von A. ehe und zuvor Er die B. als Schadlos-Bürgens Wittib und Erben de damno belanget / nicht allein den Principal-Schuldner / sondern auch die Neben-Bürgen / der ieder in solidum haftet / und von welchen Er die gantze Summ / oder doch zum wenigsten nach abgezogenen des von A. Antheils / das übrige alles vollständig und in solidum erlangen kan / zu excutiren schuldig / und ehe solches geschicht / ist Er des Schadlos-Bürgens F. B. Wittibe in solidum wegen der gantzen Sum cum effectu zu belangen / gantz nicht befugt. V. R. W.

ECLOG.

ECLOG. LXV.

Ex §. Fidejussores. 5.

Fidejussores non possunt in plus obligari, qvàm Principales Debitores.

SUMMARIA.

1. *Fidejussor potest obligari in minus, qvàm debetur.*
2. *Si non in aliam rem dirigatur Obligatio, qvàm qua Principali Debitori credita.*
3. *In plus obligari neqvit.*
4. *Plus dicitur, vel tempore, vel re, vel locô, vel causâ.*
5. *Fidejussorum Obligatio est Accessio.*
6. *Non potest esse plus in accessorio, qvàm in principali.*
7. *Pactum contrarium est contra bonos mores.*
8. *Valet tamen Obligatio hæc pro concurrente parte.*
9. *A communi opinione, qvando æqvitate nititur, recedendum non est.*
10. *In omnibus Obligationibus, saltem, qvod plus est, invalidatur.*
11. *Majori summa inest minor.*
12. *Semper in summis id, qvod minus est sponderi videtur.*

1 IN minus † qvidem, sive in leviorem causam, qvàm Principalis Debitor, Fidejussores obligari posse, omni caret dubiô, 2 *per text. h. n.* dum † modò non in aliam rem, qvàm qvæ Principali credita est, Obligatio dirigatur, *l. si im Fidejussorem. 42 ff. h. t. Job.* 3 *Harppr. h. num 12.* † Ita tamen ob-4 ligari non possunt, ut plus vel † tempore, vel re, vel locô, vel causâ, debeant, qvàm debet is, pro qvo obligantur, *h. text. n. l. si ult. tra. 22. ibi Job. Brunneman. C. de Fidejuss.* Rationem reddit hic Imperator: Qvia Obligatio eorum est accessio Principalis Obligationis; Non autem † plus in accessoria 5 obligatione esse potest, qvàm in Principali re. Nam † ratione ejus, 6 qvod excedit, esset accessorium sine Principali, contra Regulam *in l. 129. & l. cum principalis. 178. ff. de R. J. c. Accessorium. 42. Eod. tit. in 6.* Nec hic † qvicqvam prodest 7 pactum: Nam receptum, in majorem qvantitatem, qvàm Debi-8 tor debet, Fidejussorem obligari non

non posse, *l. 8. §. 7. ff. h. t.* adeoq; istud pactum contra bonos mores est, *Johan. Brunnemann. ad d. l. 22. C. h. t. Gödd. in Comment. de Contrah. & commit. stipul. c. 6. Conclus. 24. num. 433 Johann. Crispin. in not h. lit. B. Joachim. Mynsing. ad h. §. n. lit. C. A. Perez. C. de Fidejuss. num. 15.* Cæterùm etiamsi Dd. non infimi Scamni in eó subsistât, hoc in casu totam Fidejussionem inutilem esse, qvos magnô numerô recenset & refutat *Johan. Harpprecht. h. n. 13. & seqq.* Contrariam
8 † tamen sententiam, qvòd tantùm pro excedente qvantitate invalida sit Obligatio, pro parte verò concurrente valeat, benigniorem & probabiliorem esse statuit ibid. *per d. l. si ultim. 22. C. de Fidejuss. l. 33. ff. Mandat. l. 11. §. 1. ff. de Constitut. pecun. Gomez. 2. variar. Resolut. 13. num. 2. A. Hering. de Fidejuss. c. 24 num. 65. & seqq. Hilliger. in Donell. enucl. lib. 15. c. 48. lit. I. Arnoldus Vinnius lib. 2. Jurispr. Contract. c. 6. ad Lit. L. pag. 189. Lycklama lib. 6. Membran. Eclog. 16. Henr. Hahn. ad Wesenb. parat. h. tit. num. 1. §. vel gracè. §. illud. pag. 657. p. 2. Johann. Brunnemann. ad d. l. 22. sub fin. Ant. Perez. C. Eod. num. 16.*

Eiq; adminiculatur communis Dd. opinio, teste *Dn. Carpzov. p. 2.*
9 *Constit. 19. defin. 9. num. 2.* † à qvâ, cùm & æqvitate nitatur, in Judicando recedendum non est: Præsertim, † cùm & in aliis Obligatio- 10
Similiter Curia Electoralis Wittebergensis respondit. P. P. Do seyd ihr A. B. Tochter/ und dero Eltern eine öffentliche Abbitte vor Gerichte zu thun schuldig/ und darneben willkühtlich mit Gefängnüß oder einer ziemlichen Geld-Buße/ euren Vermögen nach/zu bestraffen. V. R. W.

ECLOG. LXXXV.

Ex §. Is qui exeqvitur. 8.

Mandatarius excedens fines mandati conveniri potest à mandante ad damni restitutionem.

SUMMARIA.

1. *Officium Mandatarii est, mandatum diligenter & bonâ fide exeqvi.*
2. *Et formam præscriptam ac fines accuratè custodire.*
3. *Mandatarius fines excedens, aliud, qvàm mandatum est, facere intelligitur.*
4. *Nec inde ulla datur actio, & nihil actum est.*
5. *Mandatum nullis finibus circumscriptum, ad præsumtam Mandantis voluntatem & utilitatem reducendum est.*
6. *Bona fides non definitum definit.*
7. *Ex mandato melior mandantis causa, nunqvam deterior fieri potest.*
8. *Mandati actio non datur, nisi pro eo, qvod mandatô continetur.*
9. *Absq; mandato utiliter gerens negotium alienum, actione Negotiorum gestorum gaudet.*
10. *Nisi obstet expressa prohibitio Domini.*
11. *Jussus numerare pecuniam in Nundinis Lipsiensibus solitô tempore* zu gewöhnlicher Zahlungs-Zeit / *si solvat statim prima vel secunda Nundinarum Die, mandato satisfecit.*
12. *Mandatum, ad unum negotium datum, extenditur ad alia, sine qvibus illud rectè expediri neqvit.*
13. *Imperium mixtum à Jurisdictione est diversissimum.*
14. *Jurisdictio sine Imperio explicari & exerceri neqvit.*

15. Cui

15. Cui concessa est Jurisdictio, illi etiam Imperium mixtum concessum est.
16. Mandatarius Mandatum excedens tenetur Mandanti ad damnum resarciendum.
17. Non præstat casum fortuitum.
18. In Procuratore ad litem requiritur exactissima diligentia.
19. Excedens fines mandati non celebrat mandatum.

1 OFficium † Mandatarii in
eo consistit, ut mandatũ
semel susceptum diligenter
& bonâ fide impleat
*l. Si mandavero. 22. §. ult. l. Si
fundum. 33. in fin. l. si creditor. 60. §.*
2 *ult. ff. Mand.* ejusq; † formam præscriptam
& fines accuratè custodiat,
*h. §. n. l. cum mandati. 12. C.
Eod. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 28.*
3 *def. 6. num. 16.* Namq; † si fines excesserit,
non id, qvod mandatum
est, sed aliud facere videtur, *l. diligenter
5. in pr. & l. rogatus. 33. circa
fin. ff. h. t. Alth. lib. 1. Dicaolog.
c. 38. n. 21. p. 295. Joh. Harppr. h. n. 1.*
4 Unde † si mandavi, ut fundum
meum venderes Titio centum florenis,
sed tu vendis Sejo, vel vendis
pro qvinqvaginta Florenis, dominium
translatum non est, nec
exinde ulla datur actio, imò nihil
actum est, *l. diligenter. 5 ff. Mand.
l. cum mandati. 12. C. Eod. ibiq; Joh.
Brunnemann. A. Perez. C. Eod. num.*
5 *13.* † Si autem mandatum nullis
sit finibus circumscriptum, id reducendum
est ad præsumtam
mandantis voluntatem ejusq; utilitatem,
ne qvidvis agere licet,
sed † bona fides non definitum 6
definit, *per l. 35. l. 46. l. 60. §. ultim.
h. t. Vultej. ad h. §. n. n. 2. Oswald.
Hilliger. in donell. enucl. lib. 13. c. 12.
lit. A. in nos.* Qvod autem † ita 7
strictè accipiendum non est, ut ne
in meliorem qvidem partem mandati
fines excedi posse putes; qvia
in causa mandati illud vertitur, ut
melior interdum, deterior autem
nunqvam, causa mandantis fieri
possit, text. *in l. Præterea. 3. princ.
ff. Mand. Joh. Harppr. d. l. Tiraqv.
in l. Si unqvam. verb. Libertis. num.
59. C. de Revoc. donat. Molina de
J. & J. tract. 2. Disput. 552. Fachine.
lib. 9. controv 93. Mantic. lib. 7. de
Tacit. & ambig. convent. tit. 14. &
seq. Scaccia de Commerc. §. 2. Gloss. 5.
num. 370. Joh. Brunnemann. ad d. l.
12. C. h. t.* Et licet etiam hoc in
casu mandati actio locum non habeat
(† cum non detur, nisi pro 8
eo, qvod mandato continetur) † 9
qvia tamen utiliter gessit negotium
Domini absqve mandato, actione
negotiorum gestorum ei ex
æqvitate subvenitur, *l. 2. & 45. ff.*

10 *de Negot. gest.* † nisi & tali in casu obstet Domini prohibitio specialis, *l. ult. C. de Negot. gest. Mynf. & Baro. ad §. h. n. Castrens. ad d. l. ult. A. Perez. C. Mand. num. 13. & 14. Joh. Brunnemann. ad d. l. ult. C. h. t.* Ex qvo fundamento, qvod
11 jussus † numerare alicui pecuniã, in Nundinis Lipsiensibus solito tempore, (zu gewöhnlicher Zahlungs-Zeit) mandato satisfecerit, si statim prima vel secunda Nundinarum die solverit, defendit *Dn. Carpzov. Decis. 132. num. 15.* Prout ita responderunt Scabini Lipsienses M. Decemb. Anno 1647. ad reqvisitionem NN. zu Leipzig. Hat A. auf B. einen Wechsel gezogen von 500. Rthl. und mit außdrücklichem und umschriebenem Befehlich in dem deßwegen außgefertigten Wechsel-Briefe außgedrücket/ solche 500. Rthl. im Leipziger Ostermarckte zu bezahlen/ zu gewöhnlicher Zahlungs-Zeit/ darauf B. im Ostermarckte noch die erste Woche/ ehe und zuvor die Zahl-Woche eingetreten/ solche 500. Rthl. an D. bezahlet/ welcher aber alsobald den ersten Tag in der Zahl-Wochen Banqverotiret/ und dahero Zweiffel entstehet/ ob sich A. nicht dieser 500. Rth. bey B. zu erholen. Ob nun wol A. für sich anziehet/ daß dem bekandten Stylo nach/ unter Handels-Leuten die Wechsel-Zahlung/ und also die gewöhnliche Zahlungs-Zeit nicht falle außer der Zahl-Wochen/ davon sie den Namen hat/ und B dem Befehlich nachgehen/ und ohne des A Vorwissen die Zahlung vor solcher Zeit nicht leisten sollen: Dieweil aber dennoch die Worte/ der gewöhnlichen Zahlungs-Zeit so genau auf die Zahl-Wochen nicht zu ziehen/ als ob vor derselben keine Zahlung geschehen könne/ sondern sie vielmehr also zu verstehen/ daß niemand wider seinen Willen vor der Zahl-Woche zur Zahlung könne gedrungen und angehalten werden; So ist B. die einmahl an D. bezahlete 500. Rthl. dem A. wieder zu erstatten nicht schuldig. Es wäre dann/ daß B. einen Vortheil oder Gewinst betrüglicher Weise durch solche ungesäumte Bezahlung gesucht zu haben/ von A. könte überwiesen werden/ auf solchen Fall hätte sich A. an B. billig zu erholen. V. R. W.

Deinde qvoq; † Mandatum, ad 12 unum negotium datum, trahitur etiam ad alia, sine qvibus negotium demandatum commodè expediri, & ad exitum rectè perduci neqvit, *arg. l. 2. ff. de Jurisdict. l. ad rem mobilem. 56. ibid. Dd. ff. de Procurat. l. illud. 7. & ibid. Bartol. ff. de adqvir. vel omitt. hered. Matth. Wesenb. in Parat. ff. Mand. num. 6.*

Hinc

13 Hinc etsi Imperium † mixtum à
Jurisdictione est diversissimum,
14 qvia tamen Jurisdictio † sine Im-
perio explicari & exerceri neqvit,
15 idcircò si † cui fortè in literis inve-
stituræ mandatur Jurisdictio, ei-
dem qvoq; censetur mandatum
Imperium mixtum imò ut nostri
loqvuntur & communiter, in Foro
præsertim Saxonico, statuunt, Alta
& Bassa Jurisdictio, *l. fin. ff. de Of-
fic. ej. cui mand. est Jurisdict. Johan.
Harppr. d. l. n. 14. 15. & 16. Jacob. Me-
noch. lib. 3. Præsumt. 97. n. 39. Matth.
Coler. de Process. Execut. p. 2. c. 1.
num. 156. Dn. Carpz. p. 2. Const. 40.
def. 6. num. 2. & seqq.* nec non in
*Prax. crim. part. 3. quæst. 109. num.
89. & seqq. Timqv. de Retract. con-
vent. §. 2. Gloss. 1. n. 8.* Unde Scabi-
ni Lipsienses M. Nov. Ao. 1597. ad
consultationem Erasmi Voigtens
zu Torgau ita responderunt. PP.
Seynd nun vorgedachtem Ober-
Forstmeister auch die Gerichte uff
vorerwehnten Gütern geliehen wor-
den ꝛc. So ist Er/ oder nunmehr sei-
ne Erben/ sich zugleich der Ober- und
Erb-Gerichte zu gebrauchen wol be-
fugt. V. R. W.

16 Contrà, si † cum detrimento
Mandantis excessus à Mandatario
fiat, tum utiq; ejus nomine man-
danti tenetur, & ab eo ad damnum
illatum resarciendum conveniri
potest, *d. l. præterea. 3. princ. ff.
Mand.* in tantum, ut non saltem de
levi culpa, sed etiam de levissimâ
teneatur; Solo † casu improviso 17
seu fortuito excepto, *l. à Procu-
ratore 13. C. Mand. Connan. lib. 7.
t. 14. num. 7. Donell. lib. 13. c. 11. ibiq.
Hilliger. lit. E. A. Perez. C. Mand.
num. 9. Johan. Brunnemann. ad d. l.
13. C. h. t.* Qvi tamen eum textum
tantum de Procuratore † ad litem, 18
in qvo exactissima diligentia re-
qviritur, intelligit, *Mozz. de Mand.
num. 26 Joh. Harppr. h. num. 21. &
seqq. Matth. Wesenbec. in Parat. ff.
Mand. num. 10. ibiq. Henr. Hahn. in
notat. pag. 602. in part. 1. Dn. Carp-
zov. p. 2. c. 20. def. 11. num. 5. & seq.*
Nec qvoad excessum ullum con-
trà mandantem regressum habet,
l. 12. C. h. t. † Qvi enim fines Man- 19
dati excedit, non celebrat manda-
tum, *l. 3. §. fin. l. 45. 33. ff. Eod. Henr.
Hahn d. tit. p. 603. p. 1.* Ita responde-
runt Scabini Lipsiens. M. Januar.
Anno 1636. in causa Christophori
Löbels C. Thomas Möckeln zu
Schwartzberg PP. Es ist aber Tho-
mas Möckel/ weil Er seinem eignen
Bekäntnüs nach/ das Geld nicht in
die Glastrumpen/ immassen Er be-
fehlicht gewesen / sondern in einen
Kaen mit Korn gestecket / und also
die fines mandati mercklichen über-
schritten / Christoph Löbeln den
Schaden zu erstatten schuldig. V.
R. W.

ECLOG. LXXXVI.

Ex §. eod. 8.

Proxeneta, excedens fines mandati, obligat Mandantem.

SUMMARIA.

1. Mandati fines excedens tenetur & mandanti, & contrahenti secum ad interesse.
2. Mandans potest contractum cum tertio ultra fines initum rescindere.
3. Imò traditione jam factâ rem suam vindicare.
4. Nisi emtor offerat interesse.
5. Ille tertius agit ad interesse contra mandatarium, mandatum excedentem.
6. Ei tertio non datur regressus adversus Mandantem.
7. Fallit si præsumtivè jussit, ubi exemplis res declaratur.
8. Mandatum factum Institori, morte mandantis non extingvitur.
9. Idem in Proxeneta, dem Mäckler.
10. Per Proxenetam etiam inter Personas incertas obligatio contrahitur.

1. SI mandatarius fines mandati excesserit, † non solùm ipsi mandanti, per modo adducta, sed & contrahenti secum ad interesse tenetur. Si enim mandans acta & gesta mandatarii ultra
2. fines mandati ratificare nolit, † & fortè contractum cum tertio ab eo initum rescindat, prout ipsi licitum est, *arg. §. Sin autem. 3. Inst. de Satisdat. l. cum mandati. 12. C. Mand. l. si pretium. 19. C. de Procur-*
3. *rat.* in tantum, ut, † non obstante traditione jam facta, rem suam vindicare mandator possit, *l. 1. §. Celsus. 3. ff. Except. rei vend.* nisi † 4.
fortè per emtorem indemnis servetur, offerendo scil. qvod deest pretio, *l. diligenter. 5. § Servo quod. 4. ff Mand. Joh. Schneidew. h. n. 3. in f. Oswald. Hillig. in Donell. emucl. lib. 12. c. 12. lit. B. Joh. Harpp. h. num. 2. & seqq.* tum certe ex contractu ille † tertius, contra 5.
Mandatarium qvidem ad interesse ad exemplum falsi Procuratoris, agere potest, *l. si commissa. 13. l. in stipulatione. 19. ff. Rem ratam hab. Mynsf. cent. 5. obs. 49. num. 3. Joh. Harppr. ad d. §. 3. num. 9. D. Carpz. p. 2.*

p. 2. c. 20. def. 12. n. 4. & seqq. Prout Scabini Lipsienses M. August. Ao. 1581. in causa Michaelis Heidenreichs zu Leipzig ita responderunt. PP. Hat nun der Verkäuffer dabey fürgegeben / als wenn Er von bemeldten seinen Freunden das Haus seines Gefallens zu verkauffen plenariè gevollmächtiget/und/wie Ihr begehret habet / der Vormunden Consens hierzu nicht benöthiget wäre; Welches sich aber hernach anders befunden/uñ haben seine Freunde den Kauf nicht halten wollen / derowegen Ihr Ihnen noch 100. Fl. zugeben müssen rc. So ist gedachter Mandatarius euer Verkäuffer Euch deßwegen ad interesse verbunden/ und dasselbe zuerstatten schuldig. V. R. W.

6 Non autem † huic tertio datur regressus etiam adversus mandantem qvoad excessum, sed res habetur, qvasi vendita vel alienata non esset, *l. 1. §. Celsus. 3. ff. de Except. rei vend. Dn. Carpz. p. 2. Decis. 130. num. 4. & seq.*

7 Qvod † verum est in terminis nudi mandati, ex qvo nihil negotii intercessit inter mandantem & cum Mandatario contrahentem. Si verò inter eos aliquid actum fuerit, vel fidem Mandatario habere, illum tertium Mandator vel præsumtivè jusserit E. Gr. Si pro Procuratore Principalis satis dedit, *l. nulla dubitatio. 23. C. de Procurat. A. Gabriel. lib. 2. Comm. Conclus. tit. de Procur. concl. 2. num. 11. Trentacinq. lib. 2. tit. de Procurat. Res. 10. num. 8. A. Gail. 1. Observ. 109. Treutler. vol. 1. Disp. 9. th. 10. lit. F.* tum utiq; ex facto mandatarii tenetur Mandator. Idem ostendit exemplum *in l. Cuicunq. 5. §. Idem Labeo ait. 9 ff. de Instit. action.* Sic †Mandatum factum Institori morte Mandantis non extingvitur, *l. 17. §. 3. ff. de Instit. act. Trentac. d. l. num. 5. Mantic. d. t. 23. n 39. Gabriel. d. l. n. 20. Johann. Brunnemann. ad l. Mandatum. 15. C. Mand.* 8 Eadem † ratio in Proxeneta (dem Mäckler) obtinet. 9 Nam vel saltem ex usu Commerciorum, & more inter Mercatores recepto id juris videtur introductum, ut † per Proxenetam, etiam inter personas incertas, negotium ac conventio contrahatur, 10 *arg. l. si Proxeneta. 2. ff. de Proxeneticis. l. cuicunq. 5. §. Idem Labeo ait 9. ff. de Instit. action. Dn. Carpzov. Decis. 130. n. 10. & seq.* Qvare Scabini Lipsiens. M. Octob. Anno 1647. ad reqvisitionem Tobiæ Singers zu Freyberg/ ita pronuntiarunt: Hat Titius der Semproniæ, einer öffentlichen Mäcklerinn und Trebel-Frauen / welche manchmal Gold und Silber großen

Werths andern Leuten / jedoch ohne Benennung des Debitoris, zu versetzen pfleget / eine Schuld-Verschreibung über 800. Fl. so auf ihn/ als Creditorn gerichtet / dergestalt übergeben / daß Sie Ihme 40. Fl. auf eine gewisse Zeit borgen / und dagegen selbige Verschreibung unterpfändlichen versetzen solte. Sempronia hat bey der Cornelia hierauf 90. Fl. geborget / und Titio mehr nicht als begehrte 40. Fl. überbracht / das übrige aber vor sich behalten / welches so wohl Titio, als Corneliæ, unwissend. Nach diesem ist Sempronia hinweg kommen / dahero nunmehr Cornelia vom Titio 90. Fl. vor voll fodert/und bezahlet seyn wil. Ob nun wohl Titius vorwendet/ daß Er der Semproniæ mehr nicht als 40. Fl. zu erborgen anbefohlen und empfangen: Dieweil Er aber dennoch die Semproniam, derer Gelegenheit und Zustandes sich zuförderst zu erkundigen / Ihme obgelegen/abgeschicket/und dahero Ursache gegeben/ daß die Cornelia derofelben getrauet/auch in keiner Abrede numehr ist / daß die Sempronia 90. Fl. aufgenommen ꝛc. So ist Titius der Corneliæ die 90. Fl. völlig zu bezahlen schuldig: Es ist Ihme aber/der übrigen 50. Fl. halber/an der Sempronia sich wieder zu erholen/unbenommen/ V. R. W.

ECLOG. LXXXVII.

Ex 9. 10. 11.

Mandans, super causâ in Judicium jam deductâ invitô etiam Mandatariô, transigere potest.

SUMMARIA.

1. *Mandatum dissolvitur morte vel Mandantis vel Mandatarii.*
2. *Item revocatione mandati, vel renuntiatione.*
3. *Mandantis, si mandatarii non ceperit interesse.*
4. *Quando mandatarii interesse dicatur.*
5. *Ex intempestiva renuntiatione Mandans tenetur Mandatario ad interesse.*
6. *Nisi justâ intercedente causâ; Et quænam illa?*
7. *Mandanti mandatum revocare licet, etiam lite jam contestatâ.*
8. *Lite contestatâ Procurator dicitur factus Dominus litis; Quod quomodo intelligendum explicatur.*

9. Procura-

9. Procurator non est Dominus causæ ipsius, sed lis manet aliena.
10. Etiam Procurator in rem suam non desinit esse Procurator.
11. Mandatarius in judicio omnia agit nomine constituentis.
12. Eidemq; omnia acquirit.

1 Mandatum † dissolvitur morte alterutrius, sive Mandantis sive Mandatarii. *§. Item adhuc 10. h. Matth. Wesenb. in parat. ff. h. t. num. 9. Johan. Schneidew. ad §. 10. h. num. 3. & seqq. A. Perez. C. Mandat. num. 26.* etiam † revocatione seu
2 renuntiatione Mandatarii, *§. Mandatum 11. h.* vel Mandantis, † re scil.
3 adhuc integrâ, id est, anteqvam Mandatarii cœperit interesse. *arg. l. si procuritorem 8. §. Mandati ff. h. tit. Joh. Schneidew. ad §. 9. h. num. 2. A. Perez. d. t. num. 24. & 25:* † Si
4 nim. vel planè executo sit, vel exeqvi cœperit Mandatū, vel sumtus aliqvos ejus rei nomine impenderit. His etenim casibus ita Contraria Mandati Actio est acqvisita Mandatario, ut eam nulla Mandatoris revocatio auferre qveat. *h. §. nost. 9. l. si mandassem. 15. ff. Mandati. l. Mandatum. 15. C. Eod. ibiqve Joh. Brunnem. Joh. Harpprecht. ad d. §. 9. num. 3. & seq. Wesenb. in parat. ff. h. t. num. 9. ibiq; Henr. Hanr. pag. 600. p. 1. Cardin. Mantic. lib. 7. de Tac. & ambig. consent. tit. 23. & num. 23. & 28.*

Similiter & Mandatario † intempestiva renuntiatio non prodest, 5
sed propter eam ad id, qvod interest Mandatoris, tenetur. Nisi justa † intempestivè renuntiandi in- 6
tercedat causa; Puta, Adversæ valetudinis, Religionis, exilii, Capitaliū inimicitiarū, Captivitatis &c. *l. sanè 23. cum duabus seqq. l. si qvis 27. §. qui mandatum 2. ff. eod. l. post litem. 17. cum 8. seqq. ff. de Procurator. Joh. Schneidew. ad §. 11. h. num. 2. Arnold. Vinnius lib. 2. Jurisprudent. contract. cap. 18. p. 83. Johan. Harppr. ad d. §. 9. & 10. h. Matth. Wesenb. d. n. 9. ibiq; Hahn. pag. 600. A. Peretz. C. Mand. in fin. Joh. Brunnem. ad l. Procuratoribus. 22. C. de Procurator.* Comprimis verò Mandanti † pro lubitu Mandatum re- 7
vocare & super negotio litis transigere licet, etiamsi lis jam in Judiciū deducta & contestata sit. Qvo facto † Mandatarius seu Procurator dicitur factus Dominus litis. 8
c. 1. §. 1. X. de Procurat. l. nulla. 23. C. Eod. ibiq; Joh. Brunnemann. Etenim saltem pro litis Domino habetur. Non † est autem Dominus causæ 9
ipsius, sed lis manet aliena: Qvæ si

si propria fieret Procuratoris, hoc ipso desineret ille esse procurator, qvi tamen non desinit, ne tum-
10 qvidem, † cum in rem suam Procurator est. *l. alienam 18. C. de Procurator. l. 26. §. ult. ff. Ex qvib. ca. maj. Dn. Carpz. Decis. 246. num. 19.*
11 Scilicet qvicqvid † Mandatarius agit in Judicio, id nomine Principalis sui constituentis agit, ejusqve persona, intentio & voluntas potissimum in considera-
12 tionem venit, † qvi etiam commodum atqve incommodum ex actione intentatâ cedit. Nulla ergò ratione Mandatarius Principalem suum, cum parte adversa, se etiam inscio & invito, transigere litemqve componere, impedire potest. *Dn. Carpzov. dict. loc. num. 9. & seqq.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Jul. Anno 1649. ad reqvisitionem Georgii Haserlandes. Hat ein Creditor seinem Procuratori eine solche Vollmacht gegeben / daß er wider den Debitorn der Schuld halber nicht alleine agiren / sondern auch die Schuld / als sein Eigenthum / erheben und darüber qvittiren möge. Worauf selbiger Procurator, weil er auch vor sich selbsten eine Schuld-Forderung bey dem Debitorn gehabt / eine solche Vergleichung getroffen / daß ihme so wohl seine eigene / als des Principaln-Gelder außgezahlet werden sollen. Als sichs aber begeben / das Creditor und Principal mit dem Debitor transigiret, und von ihme seine Forderung erlanget / ist nichts destoweniger der Mandatarius diese Gelder vom Debitore noch einsten einzufordern gemeynet. Ob er sich nun wohl deswegen auf seine Vergleich beruffen wil / darnebenst ferner anführet / daß er Dominus litis worden / un mit niemand anders / als mit ihme dißfalls zu handeln gewesen. So hätte er annoch seine Gebühr un aufgewandte Unkostē zu fodern: Dieweil aber dennoch / eurem Berichte nach / in angezognen Vergleich außdrücklichen gedacht wird / daß er nomine alieno, und vermöge der von euch ihme aufgetragnen Vollmacht / Eure Gelder gefodert / wodurch in continenti sein Vorgeben hinweg fället / ihr auch einmahl / wie das andre Dominus causæ verblieben / deme in guten mit dem principal-Debitorn zu tractiren und transigiren unbenommen / er ferner seiner Gebühr und Unkosten / auf vorgehende liqvidation und Bescheinigung sich bey euch zuerholen / rc. So seyd ihr diesem nach deß Procuratoris Fürgeben ungeachtet / das eurige bey dem Principal-Debitorn einzuheben / und der Debitor solches auch zu zahlen wohl befugt gewesen / und werdet ihr demnach alle beyde wider den Gevollmächtigten deßwegen billig geschützet / V. R. W.

ECLOG.

ECLOG. LXXXVIII.

Ex §. In summa. FIN.

Advocatus seu Procurator finitò licet processu ante elapsum totum contractus tempus, integrum tamen salarium petere potest.

SUMMARIA.

1. De forma Mandati est τὸ Gratuitum.
2. Mandatum pendet ex amicitia.
3. Mandatum, cui merces accedit, non est Mandatum, sed locatio.
4. Merces pro exæqvatione laboris promittitur.
5. Si merces ab initio detur extra subjectum locari solitum, contractus fit innominatus.
6. Mandatario aut Procuratori potest constitui honorarium, seu Salarium.
7. Qvod est gratuita opera ultronea remuneratio.
8. Salarium non potest peti Actione Mandati, sed extra ordinem.
9. Donatio, si aliô beneficiô pensetur, non desinit esse Donatio.
10 Salarium incertæ pollicitationis peti neqvit.
11. Salarium non promissum, denuo peti potest, si negotium sit per se laboriosum.
12. Advocati & Procuratores intelliguntur commodi causâ præstare officium.
13 Petere possunt Salarium extra ordinem.
14 Integrum Salarium debetur Advocato, Medico Doctori, Professori, & aliis Salariatis, etiamsi vel ipse vel clientulus ante annum moriatur, vel translatum sit, vel aliud honestum impedimentum accesserit.

1 DE forma † Mandati est, τὸ
Gratuitum. *h. §. n. Matth.
Wesenb. in Parat. ff h. tit. n. 6.
Henr. Hahn ibid. in notat.*
2 *num 3. pag. 598. p. 1.* Pendet † enim
ex amicitia & humanitatis officio
3 *l. 1. §. ult. ff. Mand.* Qvare, † si Mandatum non sit gratuitum, sed ei
merces accedat, non est mandatum (cum † ea pro exæqvatione & 4
compensatione laboris promittatur) sed erit vel locatio-conductio, *h. §. n. A. Perez. in C. h. t. n. 1.* Si
nim. sint subjecta idonea & facta
locari solida *Joh. Brunnemann. ad
l. 1. C. Mand.* Si verò merces † ab 5
initio datur extra ejusmodi subjectum negotium qvod contrabi-

tur, contractus est innominatus;
Do, ut facias, vel Do, ut des. *l. 5. §.*
2. ff. de Præscript. verb. Bacchov. in
not. b. & in Treutl. vol. 1. D. 27. th. 1.
lit. E. Henr. Hahn. ad Wesenb. parat.
d. num. 3.

Cæterum, licet Merces manda-
tario aut Procuratori non detur,
6 potest † tamen constitui Honora-
rium, *l. 6. h. t.* vel, ut in *l. 7. ff. h. t.*
appellatur, Salarium. Non enim
constituitur hoc ab initio Contra-
ctus, ut vera Merces, sed, tanqvam
7 † gratuitæ operæ ultronea remu-
neratio, extrinsecus accedit. *Do-*
nell. lib. 13. Comment. c. 10. Nec est
hic peculiaris contractus, ex qvo
Salarium debeatur, *Oswald. Hillig.*
8 *ad Eund. ibid. lit. F. in not.* unde †
nec Actione Mandati peti potest,
sed extra ordinem *l. 6. & l. 56. §. pen.*
ff. h. t. l. 1. C. Eod. ibiq; Joh. Brunne-
9 *mann. Henr. Hahn. d. l.* Sicut enim †
Donatio nulla est, promissâ mer-
cede; & tamen si alio beneficio
pensetur, non propterea desinit es-
se donatio, per *l. Aquilius Regulus.*
27. ff. de Donat. ita nec Mandatum
vitiatur, licet Mandatarius intuitu
remunerationis Mandatum susce-
perit, & ab initio de Remunera-
tione conventum fuerit. *Ludovic.*
Molin. Tom. 2. de J. & J. Disp. 548.
num. 2. & seq. Si modò certum
qvid convenerit: Nam salarium
10 † incertæ pollicitationis peti non
potest, *l. Ita stipulatus. 115. in pr. ff.*
de V. O. l. 17. C. h. tit. ibiq; Joh. Brun-
nemann. A. Perez. C. eod. n. 1.

Verum enim verò, licet ab ini-
tio, vel ex post-pacto sit promis-
sum Salarium vel nullum vel non-
certum, si tamen † Negotium per 11
se sit laboriosum; Salarium denuò
peti potest, extra ordinem. *l. 1. ibiq;*
Joh. Brunnemann. C. Mand. Florez.
Dietz. de Mena lib. 1. Q. 8. art. 1. n.
16. & seqq. Menoch. Cons. 228. num.
20. Augustin. Barbos. C. h. num. 4.
Qvod maximè † Advocatis & Pro- 12
curatoribus usu venit, qvi, ob qva-
litatem & conditionem personæ
suæ, dum intelliguntur commodi
causa officium hoc præstare, pe-
tere † possunt extra ordinem Sala- 13
rium. *l. Salarium. 7. ff. h. t. l. fin. C.*
Eod. l. 1. C. de Suffrag. l. 1. §. In ho-
norariis, cum seqq. ff. de Var. & extra
ord. cognit. Matth. Wesenbec. ff. h.
t. num. 12. ibiq; Henric. Hahn. in no-
tat. pag. 603. p. 1. Stephan. Gratian.
tom. 2. Discept. forens. c. 257. Johan.
Brunneman. ad l. Salarium. 17. C. de
Mandat.

Idq; ita verum † est, ut, si de cer- 14
to Salario conventum sit, fortè an-
nuo, Doctor, Mandatarius, Pro-
curator, Advocatus, Medicus, vel
qvi aliud ejusmodi officium gesse-
runt, finito Processu etiam ante
lapsum annum, vel qvod ipsemet
Advocatus sive Clientulus moria-

tur

tur, vel à litigantibus transactum sit integrū nihilominus Salarium petere posit: Siqvidem per Advocatum aut Officialem non stetit, qvo minus operas suas præstaret. *l. qvi operas ff. Locati l. pen. C. de Condict. ob caus. dator. A. Gail. lib. 1. obs. 44. Dn. Carpz. p. 1. const. 1. def. 34. n. 3. & seqq. & p. 2. const. 5. def. 10. num. 1. nec non constit. 51. def. 12. n. 4. & 5. A. Perez. C. de Condict. ob caus. Dator num. 6.* Ex qvo porrò concludunt Dd. generaliter, Qvòd si Theologus, Doctor, Consiliarius, Advocatus, Judex, aut Professor in Academia justâ ex causâ præpeditus, officium suum facere neqviverit, propterea tamen Salarium ei, ejusve heredibus, denegandum non sit, sed totaliter exsolvendum. *Mozz. in Tract. de Locat. & conduct. tit. de Accidental. locat. num. 43. A. Gail. lib. 1. obs. 44. num. 12. A. Rauchbar. p. 1. q. 25. Dn. Carpzov. Decis. 264. num. 13. Joh. Brunnemann. ad l. ult. C. de Condict. ob caus. dator. & ad l. post duos 16. C. de Advoc. diversi. judicior. A. Gail. lib. 1. obs. 44. num. 12.* Etiamsi statim sub initium anni mors subsecuta fuerit. *per text. in l. post duos. 15. C. de Advoc. divers. judic. l. 9. §. ult. l. 5. § ult. C. de Advocat. div. judicum. Florez. Dietz. lib. 1. q. 8. n. 58. A. Gail. d. obs. 44. num. 12. Johan. Brunnemann. ad d. l. 15. C. de Advoc. divers. judic. Oswald. Hillig. in Donell. l. 18. c. 3. lit. Kkk Bacchov. in Treutl. vol. 3. Disput. 8. th. 3. in fin.* Ita pronuntiarunt Scabini Lips. M. Jan. An. 1636. in causa Even/ David Schnuers Wittiben zu Groß-Stolpē. Als ihr uns Abschrifft einer Bestallung und etliche rechtliche Gesetze/ b. 2. unterſch. f. f. zugesch. v. E. D. S. W. und anf. auf die erste Frage V. R. Hat Michael Schnuer / als sein Sohn David Schnuer/ſeiner gewesener Ehemann von George Hänels Witiben und Tochter Curatorn und Tutorn/ wegen beschuldigten Todschlages / in einen Peinlichen Proceß gezogen worden/ mit D. Friedrich Gläsern eine Bestallung auffgerichtet/ und sich darinnen/wenn solcher Peinliche Proceß binnen Jahresfrist vom 25. Aprilis Anno 1633. anzurechnen / auf was Masse / Weise und Außschlag es auch geschehen möge / gäntzlich erörtert worden und seine Endschafft erreichen solte/ermeldtem Doctori Gläsern/in Betrachtung seiner allbereit gehabten Mühe/100. Thl. zu dieser Jahres-Bestallung oder Salario, und dann 10. Thaler zu Schreib- und Copial-Gebühren zu entrichten/ als selbst-schuldiger Principal, verpflichtet. Ob nun wohl der Sohn David Schnuer/ euer Ehemann/ 5. Monat/ nach aufgerichteter Bestallung verstorben/ So werden doch gestalten Sachen nach/ die 100. Thal.

verschriebene Jahres-Bestallungs-Gelder und 10. Thl. Copial-Gebühr D. Friedrich Gläsern vollständig billig abgestattet.

Z. a. und a. d. a. f. S. W. Daß solche Bestallungs-Gelder und Copial-Gebühren auß Michael Schnurens / Eures Schweher-Vatern Verlassenschafft zu entrichten/ und dessen hinterlassene Tochter/ wofeme Sie des Vatern Erbin worden/ solche pro rata zu ertragen schuldig. V. R. W.

ECLOG. LXXXIX.

Ex TIT. DE OBLIGATIONIBUS QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR. XXVIII.

§. Igitur 1.

Negotia absentis gerens tenetur ad rationum redditionem.

SUMMARIA.

1. *Negotiorum gestorum actio eis & in eos competit, qui aliena negotia gerunt sine mandato.*
2. *Non ex contractu, sed ex quasi contractu.*
3. *Ex negotiorum gestione obligantur Furiosus, infans, Hereditas jacens & c. locupletiores facti.*
4. *Ex quasi consensu.*
5. *Emphyteuta, agrorum desertorum culturam suscipiens, sive Dominus sive alius, ad rationem redditionum obligatur.*
6. *Privatio Emphyteuseos deserta post biennium demum locum habet, & quid causâ ante cognitâ.*
7. *Jus prohibet locupletari cum alterius jacturâ.*

HActenus de his, qui ex Mandato Domini negotia aliena gerenda suscipiunt. Contingit 1 autem ut eorum, qui, propter subitam forte festinationem, nulli demandatâ rerum suarum curâ, peregrè profecti sunt, negotia præsentes amici ultrò suscipiant, ne aut neglecta pereant, aut aliud detrimentum

mentum capiant, *h. text. n.* Qvia verò iniqvum esset, si vel is, qvi obtulisset se negotiis gerendis, nullam habiturus esset Actionem de eo, qvod utiliter de suo impendisset; vel is, cujus negotia fortè segniter gesta essent, adversus eum, qvi gessisset, nullo jure agere posset, ideoq; eo nomine Actiones constitutæ sunt, qvæ appellantur NEGOTIORUM GESTORUM, *h. §. nostr. l. 2. ff. de Negot. gest. l. si qvis absentis 5. ff. de O. & A. Johan. Harppr. h. num. 1. Matth. Wesenbec in parat. ff. de Negot. gest. num. 1.*

2 Non † sanè ex Contractu; cùm Negotiorum Gestor non potuit cum absente contraxisse, & multo minùs cum eo absens; qvia ignoravit, qvid domi ageretur, cum peregrè abesset, *l. 5. ff. de O. & A.* Qvia tamen æqvitate svadente obligatur, qvasi contraxisse

3 dicitur, *princ. h.* † Hinc Furiosus qvoq;, pupillus, & infans, nec non Hereditas jacens ex gestione negotiorum obligantur, qvatenus locupletiores facti sunt. Et hoc est, qvod voluit JCtus *in l. 46. ff. de O. & A.* Dictas personas obligari, cùm ex re venit obligatio, etsi consentire non possint: Siqvidem

4 non ex Consensu sed † ex qvasi-consensu hæc actio nascitur, *l. 5. §. 5. ff. Negot. gestor. l. 2. ibiq; Johan. Brunnemann. C. de Negot. gest. Ant. Perez. in C. Eod. num. 5.*

Qvando igitur, E. Gr. † Emphyteuta prædium Emphyteuticum deserit, subducendo se agrorum culturæ, nec alia possideat bona, de qvibus Canon annuus exigi qveat; tunc, qvia privatio † Emphyteuseos non statim locum habet, propterea, qvod vel biennium nondum est elapsum, vel, si etiam elapsum est, non nisi prævia causæ cognitione in processu plenariâ & sententiâ desuper latâ, ad privationem perveniri potest, per text. *in Constit. Electorali 38. part. 2. ibiq; Dan. Moller. num. 4. & Dn. Carpzov. def. 1. & 2. M. Berlich. p. 2. concl. 46. num. 5.* qvod absqve temporis intercapedine qvadam expediri neqvit, consultum est tum absenti Emphyteutæ tum ipsi Domino, ut vel ipse Dominus, vel qvivis alius, cum ipsius permissu, curam & administrationem in se suscipiat, per text. express. *in l. 8. C. de omni agr. desert.* Ac exinde nil sinistri Domino imputari potest, qvi colendo agros desertos tam proprium, qvàm alienum negotium utiliter administrare videtur, *Dn. Carpzov. Decis. 140. num. 15.* Qvia verò ex hujusmodi Negotiorum gestione absentis actio datur Domino rei gestæ adversus gesto-

 rem,

tem, adhoc, ut gestionis sive actus sui rationem reddat; qvodq; percepit lucri & commodi, hoc omne ei restituat, damnumqve, qvod negligentiâ ipsius seu culpâ, etiam levissimâ, si nimirum neglexit ea agere, qvæ alius fuisset gesturus, datum est, resarciat *h. text. n. l. 2. l. si negotia. 11. l. 17. l. 20. ff. de Negot. gest. l. tutori. 10. C. Eod. ibid. Joh. Brunnemann. Donell. lib. 15. Commentar. Jur. Civ. cap. 15. pag. 420. ibid. Oswald. Hilliger. in not. ad lit. F. Henric. Hahn. ad Matth. Wesenb. parat. ff. de negot. gest. num. 10. pag. 314. p. 1. Hunn. & Bacchov. ad Treutler. vol. 1. Disp. 10. th. 5. lit. C. & D. 4. Perez. C. de Negot. gest. n. 4.*

Ita qvoqve Dominus, si vel Emphyteuta intra biennium revertatur, vel saltem desertionis aut deteriorationis insignis convinci neqveat, adeoqve agros suos, restitutis expensis & meliorationibus à Cultore utiliter factis, recipiat, *d. l. 8. C. de Omni ag. desert. l. 10. l. 45. in fin. ff. Negot. gestor.* rationum redditioni non immeritò subjacet, *per supr. adducta.* Ne † videa-
7 tur locupletari velle cum alterius jacturâ & detrimento, contra Juris prohibitionem, *l. Nam hoc natum. 14. ff. de Condict. indeb. l. jure naturæ. 206. ff. de R. J.*

Atq; ita respondit Facultas Juridica Lipsiensis M. Octobr. Anno 1646. an die Dom-Probstey-Gerichte zu Osterfeld. Werden unterschiedene viel Personen gefunden/ die Ihre Erb-Zins-Güter und Lehnstücke/ auch wohl auß Vorsatz/ viel Jahr unbestellet haben liegen lassen/ und seynd dem Kriege und andern Handthierung nachgelauffen/ und haben weder Erbzins/ Steuer/ Contribution, noch andre Gefälle von solchen Ihren unbestelleten Gütern abrichten wollen/ wodurch die Last der schwehren Extra-ordinar-Contribution denen andern Nachbarn zugewachsen. Ob nun wohl sonsten ingemein einer des andern Güter sich nicht anzumassen; Dennach aber und dieweil in dergleichen Fällen zu Rechte diese Verordnung gethan/ das der Erb- und Lehn-Herr die verlassene Güter entweder selbsten anzunehmen/ oder andern/ auf vorgehende Vergleichung/ dergestalt/ daß Sie solche wieder anbauen und gebrauchen mögen; Jedoch aber/ daß Sie dieselbe/ woferne die Eigenthums-Herren sich wiederum finden möchten/ Ihnen gegen Erstattung des jenigen/ so darein gewendet oder verbessert worden/ wiederum abtreten sollen/ einzuräumen und zu übergeben wohl befugt; So verbleibet es auch darbey billig/ und wird demselben allerdinges nachgelebet. V. R. W.

ECLOG. XC.

Ex §. Tutores quoque. 4.

Tutor Salarium, nisi ex officio Judicis ordinatum, petere neqvit.

SUMMARIA.

1. *Contra Tutorem datur directa Actio, ut rationem reddat, & reliqua restituat.*
2. *Contraria Tutori de his, quæ ei ob tutelam gestam absunt.*
3. *Etiam absq; Decreto erogata.*
4. *Qvod à Tutore erogatur potius Justitiâ, qvàm alienâ autoritate firmatur.*
5. *Tutor propriis sumtibus res Pupilli administrare non tenetur.*
6. *Tutor lucrum sentire ex Tutela non debet, nec damnum.*
7. *Gratuitam operam pupillis præstat.*
8. *Turpiter sumitur pro officio, qvod debet esse gratuitum.*
9. *Judex ex officio qvandoq; Tutori Salarium constituit: Et qvando?*
10. *Idem in Advocatis, & aliis, qvi pro Salario suas operas elocare solent.*

1 Qvemadmodum † Directa datur Actio contra Tutorem, ut administrationis suæ rationem reddat, *§. ult. supr. de Attilian. tut. l. 1. princ. §. Officio. 3. & §. fin. ff. de Tutel. & rationib. distrah.* atqve ut reliqua restituat, *l. non solum debitorem. 8. §. Is, qvi redderet. ff. de Liberat. legat. Jodoc. Dambouder. in Patrocin. pupill. tit. de Tut. & Curat. rat. cap. 2. num. 6. vers. Mihi tamen magis arridet. & num. 7. Tiber. Decian. lib. 4. Consf. 84. n. 21. vers. Qvia dico. & lib. 5. Consf. 42. Dn. Carpz. Decis. 94. n. 1. & seq.* Ita † Contraria 2 competit Actio Tutori de his, qvæ propter Tutelam ei absunt, dummodò ex officio pro Pupillo sumtus fecerit, vel obligatus sit, *h. §. n. l. si qvis absentis. 5. §. 1. ff. de O. & A. l. 1. l. 3. §. 1. & tot. tit. ff. de Contrar. tut. & util. act.* Etiamsi † Prætoris 3 Decretum, de dandis eis, non fuerit interpositum. Id namqve, † 4 qvod à Tutore vel Curatore ex necessitate officii & bona fide erogatur, potius Justitiâ, qvàm alienâ auctoritate firmatur, *l. sumtus. 3. C. de Admin. tutor. Garcia de Expens.*

Expens. c. 20. Ant. Perez. C. d. t. ut-
ii: hujusmodi expensæ omnes fa-
cultates Pupilli consumerent, *l. 3.
ff. de Contr. tutel. Johann. Brunne-
mann. ad d. l. 3. C. de Administ. tu-
tor. Guttierez. lib. 2. de Tutel. cap. 1.
num. 141.*
5 Nec enim † propriis sumptibus
Tutor res pupilli administrare te-
netur, *Ant. Faber. in Cod. lib. 5. tit.
36. def. 1. n. 2. H. Pistor. Observ. 124.
num. 2. Dn. Carpz. p. 2. const. 11. def.*
6 *40. num. 1.* Qvia ut † lucrum facere
ex Tutela tutor non debet, sic neq;
damnum sentire, *l. sed si qvis. 7.
ff. Testam. qvemadm. aper. l. qui ne-
gotiationem. 58. in fin. princ. ff. de
Admin. & peric. tutor. l. si qvis pu-
tans. 6. §. 2. ibi: neq; lucrum, neqve
damnum. ff. Commun. divid. Johan.*
7 *Harppr. h. num. 16.* Et † qvanqvam
Tutor operam gratuitam pupillis
præstare debet, *per text. in l. qvi
8 fine. 38. in f. ff. de Negot. gest.* † &
turpiter accipitur pro officio,
qvod debet esse gratuitum, *l. 33.
§. ult. ff. de Admin. tutor. H. Pist. d.
Obs. 124. n. 1. Jacob. Menoch. de Ar-*
9 *bitrar. judic. qvæst. cas. 512.* † Judex
tamen qvandoq; ei, ex certâ causâ
Salarium annuum, pro rerum &
negotiorum varietate & admini-
stratione laboriosâ, juxta tutoris
qvalitates & pupilli reditus ac Fa-
cultates constituere potest, per
*text. in l. à tutoribus. 33. §. 3. in fin.
ff. de Administr. tutor.* Puta, qvan-
do ex Officio necesse habet, ali-
qvò excurrere vel proficisci, *arg.
l. 1. §. Item sumtus. 9. ff. de Tutel. &
rat. distrahend.* vel qvando propter
administrationē negotia propria
ipsū relinqvere oportet, qvi aliàs
ex officio victum qværere solebat,
*arg. l. sed etsi. 11. §. 1. ibi: artificio suo.
ff. ad Exhibend.* Veluti, si Tutor Sar-
tor vestimenta sui pupilli sarciat;
vel si est agricola & propriis mani-
bus aut jumentis prædium pupilli
arat, vindemiam facit, triticum vel
poma colligit, &c. *Johann Gutier.
de Tutel. & Cur. p. 3. c. 2. num. 19. &
seqq. Munnoz. ab Escobar. de Ratio-
cin. 27. n. 54.* Etsi qvæ sunt aliæ justæ
causæ, qvas omnes, & qvantum
constituendum sit Salarium, Judi-
cis arbitrium moderabitur. *Jacob.
Menoch. de Arbitr. jud. qv. cas. 512.
num. 11. 12. 15. & 16. Nec non lib. 4.
Cons. 380. num. 24. ac Consil. 570. n.
4. Montan. tractat. de Tutel. cap. 23.
n. 19. & seqq. & cap. 40. num. 11. Joh.
Schneidew. ad §. Sed & propter pau-
pertatem. num. 4. Instit. de Excusat.
tutor. Matth. Wesenbec. in parat. ff.
de tutel. num. 4. circa fin. Matth.
Berlich. Decis. 134. Dn. Sigism. Fin-
ckelth. Sen. obs. 62. num. 24 & seqq.
Dn. Carpzov. d. def. 40. num. 6. Bar-
tol. ad d. l. 33. §. ult. Ant. Perez. C.
Si tut. vel Cur. non gess. n. 3.* Prout
ita pronuntiavit Facultas Juridica
Lipsiensis

Lipsiensis M. Maj. An. 1635. an M. P. in Vormundschafft A. G. unmündiger Kinder zu L. P. P. Ob wohl sonsten in gemein kein Vormund eine Jährliche Besoldung zu fodern berechtiget ist: Dennoch aber und dieweil ein Vormund vor seine sonderbare Mühe und Arbeit einen Jährlichen Recompens zu begehren wohl befugt/ sonderlich wann an fremden Orten der Unmündigen Schulden einzubringen / und also sein Gewerb und Handel zu versäumen / Er verursachet wird: So wird Euch auch dißfalls/weil Ihr von eurem Handel und Gewerb euren Unterhalt suchen und ertragen müsset/ eine Jährliche Ergetzligkeit / uff vorgehende Bescheinigung Eurer hierinn gehabten Mühe und Versäumnüß/nach eurer Mündlein/und dessen Erbschaft Zustand / uff Erkäntnüß der Obrigkeit verordnet / und nebenst den aufgewandten Unkosten / auf vorgehende Liqvidation und Richterliche Ermäßigũg billig abgestattet. V. R. W.

10 Qvod etiam extenditur ad Advocatos & alios, qvi suas operas pro Salario locare solent; Nam & illi Salaria pro operis, in causa pupillorum præstitis, petere possunt, ut in specie *tradit Vincent. de Franchis. p. 1. Decis. 122. num. 4.* qvem seqvitur *Munnoz. ab Escobar. d. c. 27. n. 52. & seq. M. Berlich. d. Decis. 134. num. 7.* Atq; ita respondit Facult. Jurid. Lipsiens. M. Aug. Anno 1624. ad reqvisitionem George Börners zu Leipzig. Ist an einem Orte ein ehrlicher Mann / so sich sonsten vom Advociren genehret/etlichen Unmündigen zum Vormunden verordnet worden. Als er nun seinen Pupillen Rechnung gethan/hat Er unter andern auch vor das jenige / was Er in denen Ihme aufgetragenen Vormundschaffts-Sachen abgefasset und gestellet/ ein leidliches / nemlich 200. und etliche Gulden specificè liqvidiret und angesetzet / welches aber einem von den Unmündigen / bey vorgehender Schluß-Rechnung nicht wil passiret werden. Ob nun wohl das Amt eines Vormunden also beschaffen / daß Er deßwegen von den Unmündigen keine Belohnung fodern kan: Dennoch aber und dieweil obberührte 200. und etliche Gulden bey den gewesenen Unmündigen von dem Vormunden / nicht als einem Vormunden / sondern als einem Advocaten gefodert worden/ Er auch deßwegen andre Sachen versäumet/und dergleichen Gebühr sonsten einem fremden hätte bezahlet werden müssen; So seynd auch obberührte Unmündigen Ihrem gewesenen Vormunden / die in Rechnung angesetzte leidliche Advocaten-Gebühre passiren zu lassen uñ gut zu machen schuldig. V. R. W.

ECLOG. XCI.

Ex §. Item, si inter. 3. cum seq.

Inter heredes minorennes, absqve causa sufficiente & Decreto Magistratus, non potest fieri divisio rerum immobilium, nisi cohæres Majorennis ad divisionem provocet.

SUMMARIA.

1. In communione existens, multa incommoda pati cogitur.
2. Pro magna reputatur injuria, ei, qvi de rebus suis aliqvid invitus facere cogitur.
3. Divisio sola communionem dissolvit.
4. Nemo in communione stare cogitur.
5. Fallit in Bonis immobilibus minorum.
6. Qvæ non nisi certis accidentibus alienari qveunt.
7. Divisio alienationis vicem obtinet.
8. Qvænam illa reqvisita, recensentur.
9. Decretum in alienatione Bonorum minoris negligi non debet, etiamsi alienatio aliàs esset utilis.
10. Subhastatio etiam reqviritur.
11. Eâ neglectâ alienatio est irrita.
12. Fallit si major provocet minorem ad divisionem.

1 Multa † qvis, in communione cum alio; existens, incommoda pati tenetur; Imò † pro magna reputatur injuria ei, qvi de rebus suis aliqvid invitus facere cogitur, *l. Falso. 3, C. Comm. divid. l. dudum. 14. C. de Contrah. emt.* Malo igitur huic non aliter, qvàm 3 † per Divisionem, qvæ sola Communionem dissolvit, subveniri potest, *l. pen. C. Comm. divid. l. divisionis. 45. ff. de Pact. A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 1. def. 10. num. 2.* Licet autem nemo † regulariter invitus in communione permanere cogatur, *l. si non sortem 26. §. Si centum. 4. vers. Nemo enim invitus. ff. de Condict. indeb. l. fin. C. Commun. dividun. ibiq. Johann. Brunnemann.* 4

nemann. Johann. Schneidew. ad §. Quadam actiones. Rubr. de Action. commun. divid. num. 17. & seqq. In-
5 *stit. de Actionib.* id tamen † in Bonis minorum immobilibus limitationem insignem patitur; Utpo-
6 te, qvæ, † nisi certis accedentibus solennibus, ut alienari, ita dividi prohibentur, *l. si pupillorum. 7. ff. de Reb. eor. qui sub tut. l. inter omnes penult. C. de Præd. & al. reb.*
7 *minor.* † Siqvidem Divisio alienationis & Emtionis vicem obtinet, *l. 1. C. Comm. utriusq. judic. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 27. def. 4. n. 9. Dn. Carpzov. p. 3. const. 15. def. 44. num. 1. 2. & 3.*
8 Solennia † autem illa ad tria potissimum capita rediguntur. *in l. 12. C. de Præd. & al. reb. min.* Reqviritur nempe (1) Justa alienandi causa, (2) Causæ istius cognitio sufficiens, & (3) Decretum atqve Autoritas Magistratus. *l. 22. C. de Administr. tutor. l. 1. l. 10. 11. 12. & tot. tit. ff. de Præd. minor. Dn. Carpzov. lib. 5. Resp. 68. num. 3. & seqq. & n. 6. & 7. ut & Resp. 72. num. 2. 3. & 4. nec non Decis. 121. num. 3. ac Decis. 195. num. 3. Dn. Christoph. Philipp. Richter. Decis. 13. num. 11. & seqq. A. Perez. C. de Præd. & al. reb. min. num. 6. Matth. Wesenbec. in paratit. ff. de reb. eor. qui sub tut. num. 4. ibid. Henr. Hahn. p. 245. p. 2.* Ubi, qvomodo cognitio causæ sit instituenda, luculenter edocet ex *Octavio Simoncello tract. de Decret. lib. 1. tit. 1. num. 17. & seqq. Videatur qvoq; A. Gail. 2. obs. 72. n. 6. Klock. vol. 2. cons. 51. num. 15. Menoch. lib. 2. arb. quæst. cas. 171. num. 6. & seqq. Mont. de Tutel. c. 33. n. 6. & seqq. Joh. Brunnemann. ad l. 5. C. de Præd. & al. reb. minor.* Hocqve † Decretum 9
negligi non debet, etiamsi alienatio utilis esset Minori, veluti, si vendatur Fundus sterilis, vel Saxosus, ex qvo nulli proveniunt fructus, aut Molendinum in Ripa fluminis constructum, qvod multis impensis expositum est. *Pinell. l. 1. p. 3. num. 28. C. de Bon. mater. Hieron. Treutler. vol. 2. Disp. 8. th. 6. lit. H.* Nam licet utilis videatur istarum rerum alienatio, pertinet tamen ad officium Judicis examinare, an expediat istis carere. *l. 5. § 14. l. pen. ff. de bon. eor. qui sub tut. Matth. de Afflict. Decis. 87. Fachin. lib. 3. Controv. c. 3. A. Perez. C. de Præd. & al. reb. num. 3.* Sub qvâ causæ cognitione etiam † SUBHASTATIO- 10
NEM iidem comprehendunt, ceu partem cognitionis necessariam: Cum non modò Judex de necessitate Venditionis, sed etiam de vero pretio, pro qvo bona sint distrahenda, cognoscere, ac per consequentiam bona subhastari facere debet, *Dn. Carpzov. d. Resp. 72. n. 17. & seqq.* Qvod in tantum obti-

11 net, ut † si vel hæc neglecta fuerit, alienatio, ceu non facta, sit irrita. *l. 7. §. 8. ff. de Minor. l. in civile. 4. C. de Bon. aut. Judic. possid. Afflict. Decis. 249. num. 2. Menoch. d. l. num. 27. Guttierez de Tut. p. 2. c. 5. n. 5. Montan. d. l. num 60. Matth. Coler. de Process. execut. p. 3. c. 9. num. 107. Dn. Carpz. d. Resp. 72. num. 8. & seqq. & d. Decis. 121. n. 3. Ludovic. Morot. Consil. 58. num. 10. Ludovic. Postius de Subhastatione Inspect. 4. num. 1. & seqq cum ibid. magno cumulo allega-*
12 *tis.* Cæterum † hæc insigniter fallunt, si unus vel alter Cohæres sit Majorennis, & ad Divisionem provocet: Tunc enim absq; Decreto subhastatione ac alia etiam causæ cognitione atq; solennitate, Divisionem rectè & firmiter, adscitis modo Minorum Tutoribus & Curatoribus, institui, dubitandum non est, per text. clarissimum in *l. pen. C. de Præd. vel al. reb. minor. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 27. def. 11. n. 1. Matth. Wesenb. in parat. ff. de reb. eor. qui sub tut. n. 4. Dn. Carpz. p. 3. const. 15. def. 44. num. 4. & seq. & lib. 5. Resp. 78. num. 8. Trentacinq. lib. 2. Resolut. tit. de Minor. Resolut. 9. n. 23. A. Perez. C. de Præd. & al. reb. min. num. 5. Joh. Brunnemann. ad l. 1. C. de Præd. & al. reb. minor. Octav. Simonell. tr. de Decret. lib. 3. tit. 8. Henr.* Hahn *ad Wesenb. parat. ff. de Reb. eor. qui n. 3. pag. 344. p. 2.* Unde Scabini Lipsienses M. Novembr. Anno 1660. (ut ante sæpius) in causa Gottfried Groschners und Consorten zu Eylenberg. PP. Ist Johann Köhler Anno 1657 verstorben/ und dringet itzo dessen Wittib auf die Veräuser- und Vertheilung der Försterischen unbeweglichē Güter. Ob nun wohl nicht undienlich/wann dieselben / zu besserer Erforschung eines rechtmässigen pretii öffentlich subhastirt und außgeruffen werden; Dieweil aber dennoch die Wittib/als Majorennis ad divisionem provociret / in welchem Fall/ nach bewehrter Rechts-Lehrer Meynung/kein Decret noch Subhastation von nöthen/R. m. i. e. f. So wird die Theilung und Veräuserung ernannter Güter auch ohne Subhastation, billig angenommen; Und mögen dieselben/ ohne der Wittiben Einwilligung / denen Unmündigen zum besten/biß zu ihrer Mündigkeit/ bey so gestalten Sachen/nicht erhalten werden. V. R. W.

ECLOG. XCII.

Ex §. Item si. 6. & seqq.

Pietatis intuitu indebitè soluta condici non possunt.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Indebitum ignorantiâ sive Juris sive facti solutum repeti potest.*
2. *Fallit in causis, in qvibus inficiando lis crescit: ubi exempla.*
3. *Fallit itidem in piis causis.*
4. *Vitricus præsumitur aluisse privignum animo repetendi.*
5. *Inter Vitricum & privignum nulla intercedit necessitudo, sed tantùm Affinitas.*
6. *Affinitatis intuitu nulla præstantur alimenta.*
7. *Nisi animô donandi.*
8. *Qvi animus ex conjecturis probatur; Ubi Exempla.*
9. *Mulier, Minor, Agricola & similes, solutum non fuisse indebitum, probationem in adversarium transferunt.*

1 INdebitum † Ignorantiâ sive Juris sive Facti solutum repeti posse, *supr. ECLOG. XXXIX. h. lib. III.* vidimus; Accidit tamen interdum, ut indebitum, per errorem solutum, repeti non possit, qvod comprehenditur sub earum
2 causarum nomine, † ex qvibus inficiando lis crescit; veluti in Actione ex L. Aqvilia, *§. n. fin.* nec non Deposito, ob ruinam, incendium naufragium. *l. 1. ff. Deposit. §. Sed*
3 *furti 26. Inst. de Action.* † Qvibus additur id, qvod ex Legatis & Fidei commissis piis causis indebitè solvitur, *d. §. fin. n. Oswald. Hilliger. in Donell. enucl. lib. 14. cap. 15. lit. A.* Unde generalem Dd. formant conclusionem; Pauperibus Ecclesiæ, Studiosis, & generaliter ad Pias causas ex errore solutum, repeti non posse, *Henr. Hahn. ad Matth. Wesenb. in parat. ff. de Condict. indeb. num. 7. p. 517. part. 1.* Pietatis enim causa hic vertitur, ex qva solutum repeti non potest, inqvit in simili JCtus in *l. cum is. 32. §. pen. ff. d. t. l. 17. §. 4. ff. de Religios. & sumt. funer. Timqvell. de Privileg. pia caus. 119. Schneidew. h. num. fin. Borchold. in fin. ibid. Hieronym. Treutl. vol. 1. Disp. 22. th. 10. lit. E. A. Perez. in Cod. de Condict. indeb. n. 7.*

Qvamobrem † etiamsi in dubio 4
Vitricus præsumatur aluisse Privignum animo repetendi, atq; idcircò repetere possit alimenta eidem præstita, *l. si paterno. 15. vers. Qvod si repetiturus C. de Negot. gest.* † cum 5
inter Vitricum & Privignum nulla intercedat necessitudo, vel talis conjunctio, qvæ ex jure naturali seu sangvinis proveniat, sed tantū Affinitas. *§. Affinitatis. 6. Instit. de Nupt. l. neminis 17. C. de Nupt.* cujus † intuitu nulla præstantur alimen- 6

ta *Coler. de Aliment. l. 1. c. 4. n. 24. & c. 12. num. 23. ut & lib. 3. c. 5. n. 22. Surd. de Aliment. tit. 6. q. 11. num. 4. Jacob. Menoch. de Arbitrar. Jud. qvæst. Cas. 88. n. 13. Dn. Sigismund. Finckelthaus. Sen. obs. 10. def. 25. n. 3.*
7 *& seqq.* † Si tamen constet de donandi animo, *d. l. si paterno. 15. C.*
8 *de Negot. gest.* † qvi etiam conjecturis & præsumtionibus, desumtis ex qvalitate privigni & vitrici, probatur, *Bartol in d. l. 15. & Salycet. ibid.* pro Judicis arbitrio, qvæ nim. sufficiens habeatur conjectura ad præsumendum vel Donationem vel Repetitionem. *l. 1. ff. de Jure deliber. Corner. vol. 1. Consil. 265. in fin* verbi gratiâ, si in servitio Vitrici fuisset: Tunc utiq; repetitioni locus non est, cum Pietatis intuitu Officium hoc præstitisse intelligatur. *per text. in d. l. 15. C. de Neg. gest. ibid. Johan. Brunnemann. Baechov. ad Treuel. vol. 1. Disp. 10. th. 3. lit. C. Dn. Finckelthaus. d. Obs. 10. num. 8. Dn. Carpz. ad d. constit. 10. defin. 26. num. 2.* † Prout etiam
9 Mulier, Minor, Agricola, & aliæ similes personæ solventes, probationem in eum transferunt, qvem arguunt indebitum recepisse, *l. 25. §. 1. ff. de Usur. A. Perez. C. de Condict. indeb. num. 22. Johann. Brunnemann. ad l. 1. C. Eod.* Ita responderunt Scabini Lipsienses M. Februar. Anno 1660. ad consultationem Johann Andreen Vogels zu Dreßden:

Nec non Facultas Juridica Lipsiensis M. Octob. An. 1646. ad reqvisitionem H. H. zu H. P. P. wollet ihr ferner berichtet seyn / ob nicht dieser Notarius, wegen seiner verübten Delation, zum Abtrag aller erlittenen Schäden und Unkosten / wie auch ad interesse, euch verbunden sey / auch deßwegen von euch belanget werden könte. Ob nun wol die allgemeinen Rechte dahin ziele / daß falsche Delatores ihre delationes gebührlichen zu erweisen und darzuthun schuldig / oder in dessen Entstehung zum Abtrag / Schäden und Unkosten angehalten / auch arbitrariè gestrafft werden können: Dennoch aber und dieweil aus etlichen Vermuthungen und blossen variationen allein ein bezüchtigtes Falsum nicht stracks zur Gnüge beybracht und erwiesen wird; der Notarius auch bey diesem Fall sich des gefasten Verdachtes durch seinen geleisteten wircklichen Eyd und abgelegtes Zeugnüß entlediget / und dißfalls sein Gewissen gereiniget hat: So kan auch derselbe / ehe und zuvor der beygemessenene Mein-Eyd wider ihn / ander Gestalt / wie recht / dargethan und ausgeführet wird / alle Schäden / Unkosten und interesse euch abzutragen nicht angehalten / noch deßwegen belanget werden. V. R. W.

ECLOG. XXI.

Ex eod. Princ.

Injuriarum Actio cessat contra eum, qvi probare potest, vel jurat, se non habuisse animum injuriandi.

SUMMARIA.

1. Omne Verbum injuriosum præsumitur prolatum animô injuriandi.
2. Talia sunt subjecta, qualia prædicata demonstrant & contrà.
3. Objectum sui naturâ & moribus non injuriosum, ut injuria, saltem conjecturis probandum est.

4. Idem de verbis indifferentibus.
5. Proferens verba injuriosa, ad probationem, se ea animo injuriandi non protulisse, admittendus est.
6. Probatio semper est fortior præsumtione.
7. Hic non exactæ probationes, sed conjecturæ sufficiunt.
8. His deficientibus Reus ad Juramentum purgationis admittitur.
9. Quæ in Conscientia & intellectu consistunt, per assertionem cum Juramento rectè probantur.
10. Si modò præsumtio subsit.
11. Præsumtione non munitum Juramentum purgatorium locum non habet.
12. Judex in deferendo hoc Juramento circumspectus sit.

1 Omne † verbū injuriosum animo injuriandi prolatum seu objectum præsumitur, nisi contrarium
2 doceatur: Talia † qvippe sunt subjecta, qvalia prædicata demonstrant, & è contrario, *arg. l. Stipulatio ista. 38. §. hi qvi. 6. ff. de V. O. l. si non convitii. 5. ibid. Gloß. super verb. Probare potes. & Dd. Commun. C. de Injur. ibid. Joh. Brunnemann. Joh. Harppr. h. num. 7. Clarus in §. Injuria. num. 12.* Si modò verba prolata per se sint injuriosa, *l. 15. §. 5. ff. h. t. Farinac. Q. 105. n. 118. Menoch. lib. 5. præsumt. 3. num. 47. Mascard. Concl. 903. num. 3. A. Gail. 2. Obs. 106. num. 1.* Qvare si
3 illud, qvod illatum † aut objectum est, suâ naturâ aut moribus per se injuriosum non est, tum actor animum injuriosum, saltem per conjecturas, probare compellitur, *l. 2. l. ante omnia. 23. ff. de Probat. arg. l. non omnes. 5. §. à Barbaris. 6. ff. de Re milit. Arithme. Disput. 4. Colleg. Crimin. sub Assert. 3. Joh. Harppr. d. l. num. 9. M. Berlich. d. p. 5. concl. 60. num. 5. & 6. Du. Carpzov. lib. 2 Resp. 66. num. 3.* Qvod † etiam de verbis indifferentibus, qvæ nim. injuriam importare possunt, aut non, prænuntiandum est, *Cravetta. tom. 1. Consil. 9. n. 20. cum seq. Hieron. Mangon. Decis. 9. n. 17. Prosper. Farinac. lib. 3. Prax. crimin. tit. 12. q. 105. n. 118. Joh. Schneidew. ad §. ult. h. num. 3. vers. Si verò & dictum. Matth. Berlich. d. Concl. 60. num. 6. A. Perez. C. de Injur. num. 1.* 4

E contrario, † si proferens verba injuriosa, se, ea verba animo injuriandi non locutum, probare cupiat, omninò admittendus est; 5
Siqvidem † probatio semper fortior est præsumtione, eamqve vincit, *Aymon. Cravett. cons. 35. num. 5.* 6

& Conf. 146. num. 7. Octav. Cacheran. Decis. 101. num. 33. & seqq.

7 † Ubi itidem non exactæ & plenæ probationes reqviruntur, sed conjecturæ sufficiunt. V. gr. ex Amicitiâ, joco, &c. *Dan. Moller. ad Constit. Elector. 42. p. 4. num. 30. & seqq. ibi §. Dn. Carpzov. def. 9. num. 2. & 3. Et lib. 2. Resp. 66. num. 8. & seqq. Matth. Berlich. d. Concl. 60. num. 9. Joh. Harppr. h. num. 10. Heig. p. 2. q. 31. num. 39. Christina. Vol. 4. Decis. 202. num. 2. & seqq.*

8 † Qvod si Reus ejusmodi probatione destituatur, ad Juramentum purgationis admitti potest; Siqvi-
9 dem † ea, qvæ in conscientiâ atq; intellectu consistunt, per assertionem cum juramento rectè probantur, *Cap. cum in tua. 6. §. ult. Qui matrim. accus. poss. c. Pastoralis. in fin. de Except. Ordin. Process. Judic. Saxon. tit. 19. §.* Wann nun einer 2c *verf.* Also auch 2c. *A. Gail. lib. 2. Obs. 106. num. 5. Joh. Schneidew. ad §. ult. h. num. 3. Joh. Harpprecht. h. num. 11. & seq. Dn. Carpzov. p. 4. Const. 42. def. 9. num. 4. & seqq. & lib. 2. Resp. 66. num. 11. & seqq.* Si modò assertionem † suam
10 Reus, se scil. animum injuriandi non habuisse, præsumtione aliqvâ firmet, priusqvam ad Juramentum hoc purgatorium descendatur, ut-
11 potè, qvod aliàs † præsumtione aliqvâ non vestitum, locum non habet, *Johann. Brunnemann. d. l. A. Perez. C. h. t. n. 1.* † Adeoqve Ju- 12
dex, monente *A. Gailio d. Obs. 106. num. 5.* in deferendo hoc juramento non facilis, sed providus & circumspectus esse debet, considerando personas, locum & tempus, à qvo, ubi & qvando injuria facta sit, *arg. l. Pedius. ff. de Incend. ruin. naufrag. l. aut facta. §. persona. ff. de Pœn. c. ex tuarum. 8. X. de Purgat. Canon. l. ult. §. 4. C. de his qui ad Eccles. confuger. Dn. Carpzov. d. def. 9. num. 4. & seqq. & lib. 2. Resp. 67. num. 5. & seqq.* Ita respondit Senatus Appellation. Electoral. Saxon. in causa N. N. contra N. N. Term. Martini Anno 1635. PP. Erkennen von Gottes Gnaden wir Johann Georg / Hertzog zu Sachsen / Jülich / Cleve und Berg / Churfürst 2c. vor Recht: Daß Beklagter der geklagten Injurien halber / Klägern eine öffentliche Abbitte vor Gerichte zu thun / auch die in dieser Sachen auffgewendete Unkosten / auff vorgehende liqvidation und unsere Ermässigung / zu erstatten schuldig / und wird hierüber um 50. Rheinische Goldfl. in Straffe / zu milden Sachen anzuwenden / billig genommen. Er könte und wolte denn / daß er die libellirte Retorsion animo injuriandi nicht abgehen lassen /

sen / vermittels Eydes erhalten/ und dadurch / seinem Erbitten nach/ sich purgiren/ damit würde er in gebührender Frist billig zugelassen. Von Rechts wegen.

ECLOG. XXII.

Ex eod. Princ.

Conventus Actione injuriarum, ultra Recantationem, tenetur qvoqve ad pœnam arbitrariam.

SUMMARIA.

1. *Pœna injuriarum est arbitraria.*
2. *Etiam ad mortem naturalem extendi potest.*
3. *Saltem in realibus injuriis.*
4. *Hodiè agitur ad recantationem,* auf einen Wiederruff.
5. *Intellectus hujus.*
6. *Modus revocandi in Belgio.*
7. *Pœna Juris Saxonici, num. 30. Solidorum sublata est.*
8. *Actio recantatoria etiam contra Nobiles & Clericos competit.*
9. *Ad recantationem compelli possunt etiam mortis pœnâ afficiendi.*
10. *Recantatio saltem interesse privatum concernit.*
11. *Judex insuper propter interesse publicum pœnam imponere potest.*
12. *Pœna duplex diversum effectum concernens alia aliam non consumit.*
13. *Idem in foro Saxonico constitutum.*

1 POena † injuriis irroganda est arbitraria, proq; circumstantiarum ratione augeri, minuive potest, *arg. l. Hodiè. 13. ff. de Pœn. l. 3. C. Ex qvib. caus. irrog. infam. Joh. Harppr. ad § In summa. 10. n. 6. A. Perez. C. de Injur. n. 16.* in tantum, † ut, pro delicti atrocitate, usq; ad mortem etiam naturalem extendi possit: prout hanc communem pluribus probat *Harppr. d. l. num. 14. & seqq. Johan. Schneidew. ad § 10. h. num. 7. & 8. Vultej. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 19. num. 52. M. Berlich. p. 5. concl. 61. num. 56. & concl. 66 num. 8. Treutler. vol. 2. Disp. 32. th. 8. lit. K. ibiq; Bachov. in not. Dn. Carpz. in Prax. crim.*

3 *crim.p.2.q.94.n.47.& 48.* † Ubi tamen hoc ultimum ad injurias saltem reales restringit?

4 Hodiè Usu † ac Consvetudine, & Imperatoriâ Constitutione cõprobata est de injuriis agendi Formula, qvâ agitur ad Palinodiam, 5 seu Recantationem,† sive Revocationem & Reclamationem verborum injuriosorum; sive ad amissæ vel læsæ famæ qvasi restitutionem, aut redintegrationem. Wenn der Geschmächte auff einen Widerruff klaget. Qvasi prudentioribus per sententiam declaratoriô judiciô, satis qvidem fiat; Imperitis verò per ejusmodi Revocationem, qvâ injurians palàm, se mendacium dixisse, & in os suum mentitum esse, asserit, dubitatio omnis eximatur: Proindeqve Actio illa recantatoria, reclamatoria & revocatoria vulgò dici consvevit, *Ordin. Camer. Imperial. p.2. tit. 28.* §. Und sonderlich setzen. *Mynsing. ad §.10. b.num.5. ibiq; Joh. Harppr. num.63. vers Prater duas. Wurmser. lib.1. tit.47. Obs. 8. n. 1. & seq. M. Berlich. p.5. Conclus. 62. num. 1. & seq. A. Perez. C. de Injur. num. 21.* Ubi de Moribus suorum Popula-6 rium testatur; Qvod † Recantatio hæc, in Acerbioribus Injuriis honestiori viro factis, plerumqve fiat cum face ardente, manu comprehensâ Rei, nudis pedibus, & indusio corpori advoluto, veniâ proclamatâ injuriatô.

Qvæ pœna † hodieq; in Electo- 7 ratu Saxonico obtinet, abrogatâ per *Constit. Augusti 42. part. 4.* Juris Saxonici pœnâ, qvæ erat pro injuriis verbalibus XXX. Solidorũ. *Gloß.* in Landr. *lib. 1. art. 68. num. 3. Matth. Wesenb. in paratit. ff. de injur. num. 17.* † Competitqve con- 8 tra cujusvis conditionis homines, etiam Nobiles ac Clericos, *Dan. Moller. ad d. Constit. Electoral. 42. num. 9. & Dn. Carpz. in Prax. crim. p. 2. q. 96. num. 11. & seqq. Henric. Hahn. ad Wesenb. ff. de Injur. num. 5. pag. 704. part. 2.* † Imò etiam ii 9 ad Revocationem injuriarum compelli possunt, qvibus mortis supplicium venit infligendũ; *per text. in d. Const. Elector. 42.* §. darüber aber. *verb.* Oder auch nach Gelegenheit. *Dn. Carpz. p. 4. c. 44. def. 10. per tot.* Prout pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. August. Anno 1617. contra H. S. zu Qvedlinburg. PP. Da nun der Gefangne uff seinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem geheaten Peinlichẽ Halsgerichte freywillig verharren/ oder des sonsten / wie Recht / überwiesen würde; So möchte er / wegen seiner begangnen und bekandten Mißhandlung / daß er gefährliche Vehdes-Briefe geschrieben und angeschlagen/ iedoch daß er zuvor N.N.

und N.N. wegen der wider sie ausgegossenen Injurien/einen öffentlichen Wiederruff thue und leiste/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestraffet werden. V. R. W.

10 Cæterum † cùm hæc pœna Re-
cantationis privatũ saltem partis
offensæ jus concernat, nihil obest,
11 † qvo minus Judex ratione publici
interesse pœnam injurianti impo-
12 nere valeat: qvod † in pœnâ dupli-
ci diversum effectum cõcernente
mirum non est, qvarum una alte-
ram non consumit; Ut demonstrat
pluribus, *Marant. in specul. part. 4.*
distinct. 1. num. 20. Dn. Carpzov. in
Prax. crimin. p. 2. q. 94. num. 32. &
seqq. nec non part. 4. const. 42. def. 1.
13 *num. 6. & seqq.* Qva de causa † Ele-
ctor *in d. Const. 42.* ut omne dubium
hâc in re tollat, Reum injuriarum,
præter Recantationem, Carcere,
vel Relegatione, aut Multâ pecu-
niaria, qvin & pro qvalitate inju-
riarum, & ratione personarum, lo-
corum, & aliarum circumstantia-
rum, Fustigatione cum perpetuâ
Relegatione, puniri posse edixit.
Matth. Wesemb. in parat. ff. de Injur.
num. 17. ibiq. Henr. Hahn pag. 708.
p. 2. Dn. Sigismund. Finckelth. Sen.
obs. 50. n. 4.

Ita pronuntiavit Facultas Juridica Lipsiensis M. Jul. An. 1634. An Rath zu Leipzig in causa D.P.H. und Consl. contr. B.M.S. Eheweib: Daß N. sämtlichen Klägern / der zugezogenen Ehrenschmähung und Lästerung wegen / vor euch / im sitzenden Rathe / einen öffentlichen Wiederruff zu thun / schuldig; Und wird darüber auff 3. Jahr des Landes billig verwiesen. V. R. W.

Ita Scabini Lipsienses M. Octob. Anno 1620. ad reqvisitionem qvæstoris in Wolckenstein: Hat N.N. vor sitzendem Rathe wider das gantze Ministerium sich dieser Schmach-Reden verlauten lassen/ es lebete kein gottloser Volck unter der Sonnen/ als die Pfaffen/ inmassen er auch dẽ Rath zu Geier übel angelassen/ und vielerley Partirerey uñ Untreu beschuldiget/ etc. So ist N.N. dem gantzen Ministerio und Rath zu Geier einen öffentlichen Wiederruff zu thun schuldig / und wird hierüber mit Landes-Verweisung billig in Straffe genommen. V. R. W.

ECLOG. XXIII.

Ex eod. Princ.

Si injurians injurias verbales revocare nolit, tandem, mediante Carnifice, revocatio instituitur.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Judex potest pro ratione circumstantiarum & qualitate injuriarum, pro avertenda infamia, Recantationem in nudam deprecationem, eine Christliche Abbitte und Erklärung/*convertere.*
2. Recantationem regulariter infamia seqvitur.
3. Gratia dicta fieri potest, nisi obstet res judicata.
4. Ad Palinodiam Reus cogendus est, vel multâ, vel carcere.
5. Si diutius renuat, pane & aqvâ cibatur.
6. Porrò relegatione.
7. Tandem Lictor nomine Rei, præsentis & audientis recantationem perficit.

1 POtest † Judex, certis ex causis, proqve ratione circumstantiarum & qvalitate injuriarum, si nempe homo vilis aut plebejus sui similem, aut Nobilis humiliorem convitiis lacesset, Reo, pro avertenda infa-
2 miâ, † qvæ aliàs Recantationnm regulariter seqvitur, *l. 1. l. 4. §. fin. ff. de his qvi notam infam. l. lex Cornelia 5. §. si qvis. 9. in fin. l. Divus. 40. l. judici. 42. ff. de injur. Prosper. Farinac. p. 3. oper. crimin. q. 205. n. 61. M. Berlich. p. 5. concl. 63. n. 1. & seqq. Henric. Hahn. ad parat. Wesenb. ff. de Injur. d. 18. p. 715. in fin. p. 2.* gratiam facere, ac palinodiam sive recantationem in nudam deprecationen, Eine Christliche Abbitte und Erklärung 2c. commutare, *Anton. Tessaur. Decis. 229. num. 7. Joh. Aloys. Riccius Colect. Decis. 138. col. 3. vers Passus autem injur.* † Nisi obstet
3 jam res judicata: Tunc namqve Reus † ad Palinodiam faciendam 4
cogendus est, vel carcere vel multâ pecuniariâ, *Dan. Moller. lib. 1. Semestr. 23. n. 1. Matth. Berlich. p. 5. concl. 62. num. 36.* Si † verò & tunc 5
Reus renuat, effluxô spatiô determinatô, ulterius in carcere detinetur, ac pane & aqvâ, per menstruum fortè spatium, cibatur additâ comminatione severioris pœnæ; nonnunqvam etiam, si de supinâ Rei pertinaciâ constet, Relegationis. † Et si nec dum parere 6
velit, liberum est Judici, Relegationem ipsi imponere, additâ comminatione ulteriori, qvòd nempè, in casu ulterioris cõtumaciæ Lictor, nomine Rei, injurias recantare debeat. † Qod post- 7
modum, perseverante Reô in contumacia, Lictor, eô præsente & audiente ita exeqvitur. Qvemadmodum sic practicari testatur *M. Berlich. p. concl. 62. num. 43. & seq.*

Dn. Carpz. in Prax. Crim. d. q. 94. num. 21. seqq. Qvare Scabini Lipsienses M. Mart. 1615. Consulibus & Senatui in Hedstädt ita responderunt: PP. So wird nunmehr / weil an dem Gefangnen keine Folge und Besserung zu hoffen / sondern er / uff seiner eingebildeten und vorgesetzten Meynung und Wahn / muthwillig / halsstarrig und trotziglich verbleiben thut / obbemelter unser euch ertheileter Rechts-Spruch an ihme gebührender Massen billig vollstrecket / nemlich auff die Masse / daß dem Büttel des Orts ufferleget werde / an statt und im Nahmen des Gefangenen / iedoch / daß er dabey und mit zur Stelle sey / wie auch in Gegenwart des Injuriati; so er durch sein gifftiges und böses Maul injuriret und Ehrenverletzlichen angelassen / den Wiederruff öffentlichen und Gerichtlichen zu leisten / und / wenn solches also effectuiret / wird auch die Landes-Verweisung an ihme billig vollstreckt. Von Rechts wegen.

ECLOG. XXIV.

Ex §. 1. verb. Sive cujus bona.

Ob arestum injustum Impetrans & Magistratus concedens injuriarum tenetur.

SUMMARIA.

1. *Qvot modis committatur injuria? remissivè.*
2. *Injuriarum tenetur missus in possessionem ejus, qvi nihil debet.*
3. *Per injustam immissionem aliqvis arguitur non solvendo esse.*
4. *Vilitatem rei familiaris detegi ignominiosum est.*
5. *Injuriarum tenetur injustus arestator.*
6. *Per arestum læditur aresti fama, & ei irretractabilis ignominia irrogatur.*
7. *Hoc casu etiam Judex, arestum decernens, injuriarum tenetur.*
8. *Iniqvus arestator tenetur ad damna & interesse & arestato & iis, qvibus interest.*
9. *Judices, sine justâ causâ denegantes arestum, ad interesse tenentur.*
10. *Cautela pro Judice in reqvisitorum Aresti examinatione & cautionis receptione consistit.*

Pluri-

1 Pluribus † modis admitti Injuriam manifestum est, inqvit Imperator *in h. §. n. inf.* Qvorũ numerum benè longum congerunt *Damboud. in Prax. rer. crimin. cap. 139. Oswald. Hillig. in Donell. enucl. lib. 15. c. 24. M. Berlich. p. 5. concl. 59. num. 2. & seqq. Joh. Harppr. h. num. 3. & seqq. Dn. Carpzov Prax. crimin. p. 2. q. 94. n. 3. & seqq. q. 96. num. 33. & seqq. q. 99.*
2 *n. 2. & seqq.* † Hos inter idem Imperator censet, si qvis scienter petit, se mitti in Bonorum possessionem alicujus forte absentis, tanqvam Debitoris; Cùm in veritate nihil debeat; qvia vel Solutio facta sit, vel Pactum de non petendo initum: Actione enim injuriarum tenetur ei, in cujꝰ bona missus est. *h. §. n. ibid. Joachim. Mynsing. n. 4.*
3 *Francisc. Hottomann. ibid. n. 2.* Sic † namqve facit, qvod homines assertum debitorem existiment non
4 esse solvendo; † Ac vilitatem rei familiaris detegi ignominiosum est, *l. 2. pr. C. Qvand. & qvib. qvar. pars. ibid. Joh. Brunnemann. Mynſ.*
5 *d. l.* Hinc † non dubium est, qvin injuriarũ teneatur, qvi vel personam vel bona alicujus iniq; & nullô jure arestavit, *arg. l. Creditores. 31 inf. ff. de Reb. auct. judic. possid. l. item apud. 15. § Si bona. ff. de Injur. l. pen. C. Qvi bon. ced. poss. Henning. Gœden. Consil. 38. num. 6. Joh. de Nevizanis Consil. 52. num. 29. Joh. Harppr. h. num. 8. & seqq.* † Ecqvis enim ne- 6
scit, per Arestum lædi alicujus existimationem, famam apud bonos & honestos viros sugillari, atqve ignominiam irretractabilem inferri. *A. Gail. de Arest. Imper. c. 1. n. 12. Matth. Coler. de Process. Execut. p. 2. c. 3. num. 154.* Torgau ꝛc. Ausschr. *de Anno 1583. verb.* auch wohlhabende Leute. N. P. O. *tit. 51. §.* dieweil aber. † Qvapropter non tantùm ad- 7
versus impetrantem tale arestum, verum contra ipsum Judicem, eum decernentem, hæc actio non immeritò competit. *arg. l. Injuriarum. 12. §. Qvæ jure juncta. l. nec Magistratibus. 32. ff. de Injur. l. meminerint. C. Unde vi. c. conqverente. 7. de Restit. spoliator. Jacob. Menoch. lib. 1. arbitrar. cent. 1. cas. 87. num. 2. Coler. d. tract. p. 1. c. 2. num. 116. & p. 3. c. 11. num. 77. & seqq. Fulv. Pacian. lib. 1. de Probat. c. 72. num. 16. & seqq. M. Berlich. p. 5. concl. 59. num. 121. & seq. Et p. 1. Decis. 107. num. 3. Dn. Christoph. Philip.* Richter *Decis. 77. num. 24. & seq. Joh. Harppr. h. n. 13. & seq.* † Et ad interesse, ac damno- 8
rum, sumtuumqve refusionem tenentur, non modò Debitori, sed etiam Magistratui & Creditoribus aliis, qvibus forsan detentio injusta nocuerit, *Johann. Petrus Molignat.*

lignat. de Retention. q. 341. Dn. Carpzov. p. 1. constit. 30. def. n. 3. & seqq. Proinde in tali casu Scabini Lipsienses ita responderunt M. Octobr. An. 1632. in causa Hermani Todens C. Christian Gottschalcken zu Grima P. P. daß Beklagter / seines Fürwendens ungeacht / uff erhobn: Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig. V. R. W.

9 E contrariò † caveant Judices, si,
pro decernendo Aresto reqvisiti,
absq; sufficiente causâ hoc denegaverint,
& fortè alii Creditores
prævenerint, vel aliter bona debitoris
interierint, ut primò illi Creditori
postea satisfieri non possit;
Nihil namqve inde certius expectare
habent, qvàm ut Creditori
illi ad interesse teneantur, *arg. l.
ult. C. de pœn. jud. qvi malè judic. l.
4. C. de Custod. reor. Matth. Coler.
de Proceß. exec. p. 1. c. 2. n. 116. & seqq.
M. Berlich. p. 1. concl. 74. n. 9. Hen-*
10 *ning. Gæden. Consil. 106. n. 7.* † Qvod
facilè evitabunt, si petitionem Aresti
ad Leges de Credito prius liqvidando,
& inopiâ debitoris verificanda
præscriptos examinaverint: aut etiam cautionem, de indemni servando tribunal à Creditore habuerint, qvam arestum petens præstare cogitur, *Coler. d. cap. 2. n. 116. Reinhard. Rosa ad Dan. Moller. in Constit. Elector. 29. p. 1. n. 20. Joh. Monach. in Proceß. p. 20. c. 4. n. 3 Dn. Carpz. lib. 2. Respons. 40. n. 10.* Qvare Scabini Lipsienses M. April. An. 1632. in causa Dietrich Heidsfelds zu Qvedlinburg ita pronuntiarunt: P. P. zum Andern / auff die andre Frage. Uffn Fall das Amt Arnstein den von euch rechtmässig gesuchten arest zu Matthes Pappendicks Gütern nicht annehmen wolte / und durch solche Verweigerung euch einiger Schaden zugezogen würde / N. m. i. e. f. So wäret ihr bemeltes Amt ad interesse, und um Erstattung des Schadens gebührlichen zu belangen wol befugt. Ihr seyd aber gleichwol / daferne bemeltes Amt Schadloshaltung und caution von euch fodern würde / dieselbe entweder mit Bürgen oder Verpfändung eurer Güter zu bestellen / oder doch solche durch einen Handschlag anzugeloben pflichtig. V. R. W.

ECLOG. XXV.

Ex eod. §. 1.

Debitorem suum appellans eum, qvi nihil ei debebat, injuriarum tenetur.

SUMMA.

SUMMARIA.

1. *Injuriarum non tenetur, qvi Debitorem morosum judicialiter diffamat tanqvam Perfidum & Perjurum.*
2. *Nec retorsio Debitoris locum habet.*
3. *Non Debitorem ut Debitorem diffamans tenetur injuriarum.*
4. *Hujusmodi injuria offendit maximè viros Nobiles ac in dignitate constitutos, & Mercatores.*
5. ***Mercatorum maximè interest, debita sua occultari, nec fidem vacillare.***

1 SI Creditor † suum Debitorem propter moram solutionis per literas vel aliter diffamet, tanqvam perfidum & perjurum, qvi datam, atqve sigillo ac idiochiro confirmatam fidem non servaverit, si modò id non fiat extrajudicialiter, in publicis locis aut aliis, sed in libello supplicatorio, Judici porrecto, aut in positionibus judicialibus, hoc pro nullâ injuriâ reputatur, nec actio injuriarum locum sibi vendicat, *Didac. Covarruv. lib. 1. Variar. resolut. c. 11. n. 6. vers. tertio ad præmissa. Matth. Coler. de Process. execut. p. 1. c. 3. num. 85. vers. neqve tamen hoc. & seqq.* Usqve † adeò, ut
2 Debitor, judicialiter conventus & increpatus, qvòd falleret fidem, non servando promissa, roborata suo sigillo, hoc contra Creditorem minimè retorqvere & dicere possit: Creditorem ea fingere, tanqvam virum mendacem, qvin potius propterea à Creditore injuriarum conveniri possit, *Matth. Coler. d. c. 3. n. 87. vers. Qvod facit ad qvæstionem. cum num. 88. & seqq. M. Berlich. p. 5. concl. 69. n. 79. & seq.*

Qvod qvidem ita fieri licet, si modò ille, qvem mihi debere dico, revera Debitor sit. Aliàs, † 3
qvis non Debitorem, ut Debitorem, injuriæ faciendæ causâ, appellaverit, h. e. ei in judicio, vel extra judicium, ut solvat, denuntiaverit, utiqve ad Palinodiam & pœnam arbitrariam conveniri poterit, per text. *in l. Item apud Labeonem. 15. §. si qvis non Debitorem. 33. ff. de Injur. & b. §. n. Mascard. de Probat. vol. 1. Concl. 97. num. 8. Matth. de Afflict. in c. 1. §. Injuria punitur. tit. de Pace jurum. firmand. n. 7. vers. Item si qvis non. Matth. Berlich. d. p. 5. concl. 59. num. 37. Joh. Harppr. h. n. 7. Dn. Carpz. p. 2. Prax. Crimin. q. 96. num. 36. & lib. 2. Resp. 59. num. 7.* Qvia † hujus- 4
modi injuria offendit viros Nobiles, aliosqve in dignitate constitutos, maximè Mercatores, qvorum

rum † plurimum intereſt, debita ſua ſaltem occultari, nec fidem eorum apud alios vacillare, *Dn. Carpzov. p. 4. conſt. 45 def. 1. num. 6. & ſeqq.* Ita reſponderunt Scabini Lipſienſes M. Mart. Anno 1636. in cauſa Mercatorum der alten Sturmiſchen Handlung zu Cölln an der Sprew. Habet ihr euch/dadurch/daß Kläger zur Ungebühr 4000. Thl. von euch gefodert/uñ dadurch euch in Verdacht groſſer Schulden/ auch in Gefahr eures Credits gebracht / höchlichen injurirt zu ſeyn befunden/deßwegen ihr Klägern Actione injuriarum reconveniendo uff einen Wiederuff und willkührliche Straffe zu belangen vorhabens ꝛc. So ſeyd ihr/ſolches zu thun/wol befuget/ und iſt Kläger ſich darauff einzulaſſen/ und zu verfahren ſchuldig. Von Rechts wegen.

ECLOG. XXVI.

Ex d. §. 1. verb. Vel ſi qvis ad infamiam.

Famoſi libelli actione non tenetur, qvi nomen ſuum ſubſcripſit.

SUMMARIA.

1. *Injuria ſcripta & Famoſus libellus, ſeu Pasqvillus differunt ut genus & ſpecies.*
2. *Omnis famoſus libellus eſt Injuria ſcripta.*
3. *Liberum eſt læſo pro Actione Libelli famoſi eligere Injuriarum.*
4. *Famoſus libellus eſt de Crimine aliqvo famoſo, cujus pœna capitalis.*
5. *Injuria ſcripta eſt de alio qvodam Crimine leviori in ſcriptis.*
6. *Pasqvillus propriè ſaltem eſt, qvando non nomen autoris vel fictum additur.*
7. *Definitio Pasqvilli.*
8. *Nomine Auctoris ſuppreſſo injuria vindicari neqvit.*

1 INjuria † ſcripta & Famoſus libellus, ſeu Pasqvillus differunt primò ut Genus & Species. Omnis enim † Famoſus libellus
2 eſt Injuria ſcripto illata, & parit Actionem injuriarum, qvam † & præ Actione famoſi libelli eligere 3
læſo liberum eſt, *h. text. n. l. lex Cornelia. 5. §. ſi qvis librum. 9. ff de Injur. Dan. Moller. ad Conſtit. Electora-*

lectionlem. 44. part. 4. num. 1. & 7. Et Dn. Carpzov. ibid. def. 5. num. 1. nec non in Prax. Crimin. p. 2. q. 98. num. 45. & seqq. Sed non contrà, *Dn. Carpzov. d. def. 5. num. 2. & 3. Henr. Hahn. ad Wesenb. parat. ff. de Injur. num. 19. vers. Hoc est impingit. pag. 717. p. 2.* Proinde Scabini Lipsienses M. Januar. Anno 1634. in causa Martini Metzners zur Naumburg hunc in modum responderunt: Wollen sich wider M. V. N. ob habe er eine Famos-Schrifft und Paßqvill geferti;et/ indicia ereignen ꝛc. So seyd ihr ihn/ eurer Beliebung nach entweder ex l. un. C. de Famos. libell. oder aber/ als wegen schrifftlicher Injurien, Actione injuriarum gebührlichen zu belangen wol befugt; Und wann ihr erwehnte Indicia und Verdacht in Forma probante wider ihn beybracht/ derselbe auch mit seiner Gegen-Nothdurfft darauff vernommen worden/ erachtet so dann/ ob und wie weit solche Verbrechung wider ihn erwiesen/ oder ob er mit dem Juramento purgationis deßwegen zu belegen/ ferner/ was recht ist. Inmassen euch denn auch/ uffn Fall ihr Actionem injuriarum Civilem anstellen/ und die Injurien allein uff ein gewisses Geld æstimiren/ und desselben Erstattung suchen woltet/ ihme die Klage in sein Gewissen zu schieben unbenommen. V. R. W.

Deinde etiam † ratione Materiæ differunt; Qvòd famosus libellus est de Crimine aliqvo famoso seu notabili, qvod in Populum spargitur, cujus pœna vel capitalis vel corporis afflictiva est. Peinl. Halsger. Ordn. *Art. 110. ibi:* Peinlich gestraffet werden möchte. *l un. ibid. Joh. Brunnemann. C. de Famos. libell.* Injuria † verò in specie sic dicta est de alio crimine in Scriptis *Bachov. h.* Hahn *d. l. Dn. Carpzov. ad d. const. 44. def. 4. n. 2. & seqq. Matt. Wesenb. d. l. num. 19.* Maximè etiam † interest, an Injuria scripta Nomen auctoris contineat, an non. Tunc enim demum pro Pasqvillo sive Famoso libello, propriè sic dicto habenda est Scriptura, seu Programma, sive Pictura, aut Sculptura in alterius contumeliam facta, si emittatur vel absqve auctoris nomine, vel sub Nomine ficto. Reichs-Abschied. *De An. 1548. tit.* von Schmähschrifften/ ꝛc. §. ferner setzen. *De An. 1570. §.* wiewol auch/ ꝛc. und *de An. 1577. tit. 35. §.* und setzen/ordnen/ꝛc *d. l. 5 §. 9. ff. de Injur.* Peinl. Halsger. Ordn. *Art. 110. Constit. Elector. 44. p. 4. ibid. Dn. Carpz. Def 3. num 4. & seqq. & in Prax. crimin. p. 2. q. 98. num. 28. & seqq. Johann. Harppr. h. num. 152. & seq. Henr.* Nebelkrau. *Decis. 16. vers. Nec etiam aliàs. Dn. Sigismund. Finckelth. Sen. obs. 38. n. 12.*

Margin numbers: 4, 5, 6

& seqq. Joh. Danck. tract. de Testam. num. 258. sub fin. vers. Quarto quod ad verum autorem. Jac Schultes. in addit. ad Matth. Coler. Decis. 164. num. 15. p. 1. Johann. Brunnem.
7 *ad l. un C. de Famos. libell.* † Siquidem Famosus libellus vulgò definiri solet; COMPOSITIO OCCULTO NOMINE FACTA, *Matth. Steph. ad d. art. 110. & Georg. Remus. ibid. Matth. Wesenb. Cons. 22.*
8 *n. 5.* Qvia enim † nomine Autoris suppresô injuria adversus ipsum vindicari haut potest, severiore pœnâ autorem postea manifestatum plecti voluerunt Imperatores, *in l. un. C. de Famos. libell.* Qvæ ratio cùm cesset in Pasqvillo subscripto, merito in hoc Doctorum Dissensu, contra communem innnitiorem inclinamus sententiam.

arg. l. Rapienda occasio est. 165. l. 56. l. 95. pr. & §. fin ff. de Reg. Jur. l. interpretatione. 42. ff. de Pœn. Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Jul. Anno 1628. contra G. M. zu Grafffstadt: Ob wol G. M. in einer offenen Schrifft euch mit injurien übel angelassen / und unter andern auch begangnen Ehebruchs bezüchtiget/ꝛc. Dieweil er aber seinen Nahmen nicht vertuschet / sondern denselben unterschrieben/ ꝛc. So mag auch solche Schrifft für ein recht famos-libell und Paßqvill nicht gehalten/noch G. M. mit der Straffe/ so in der peinlichen Halsgerichts-Ordnung uff die Famos-Schrifften geordnet/ beleget worden; Es ist aber euch Actione injuriarum ihn zu belangen / unbenommen. Von Rechts wegen.

ECLOG. XXVII.

Ex eod. §. Et VERB.

Pœna Famosi libelli est Talio.

SUMMARIA.

1. Pœna Pasqvilli est capitalis.
2. Capitalis pœna non semper de ultimo supplicio accipitur.
3. Pœna famosi libelli hodiè est Talio criminis objecti, sive veri sive falsi.
4. Absurdum, ob leve delictum capite puniri.
5. Pœna non debet esse gravior causâ.
6. Divulgatores Pasqvillorum arbitrariè puniuntur.
7. Idem est, si delictum in libello famoso objectum probetur.

1. Ver-

8. Verbum; Moderatio, non augmentum, sed temperamentum, & deminutionem significat.

9. Multæ causæ intervenire possunt, qvæ Judicem ad mitigationem movere qveunt.

10. Hodiè plerumq; mitius pronuntiatur.

11. Crimen, qvod manifestari Reipubl. interest, non nisi per denuntiationem judicialem divulgari debet.

1 EX † Constitutione Imperatorum *in l. un. C. de Famos. libell.* pœna Pasqvilli Capitalis est. Qvæ autem † cum
2 non de ultimo semper supplicio in Jure nostro accipiatur, sed etiam de ea pœna, qvæ Libertatem vel Civitatem adimit, adeoq; caput è Civitate tollit, *l. 2. l. Capitalium. 18. ff. de Pœn. l. 2. ff. de Publ. judic. l. Edicto. 13. ff. de Bonor. possess. l. licet. capitalis. 103. ff. de V. S.* † hodiè
3 *d. l. un.* ita restringimus ac æqvitatis intuitu interpretamur, ut, si in libello famoso capitale aliqvod, aut aliud grave Scelus, ad creandum alicui periculum, objectum sit, tunc pœna Talionis locum habeat; eâdemqve animadversione coërceatur autor libelli, qvâ dignum est illud Crimen, qvod in libello objicitur, sive falsò sive etiam verè objiciatur, *Gloss. in d. l. un.* Peinl. Halsger. Ordn. *Art. 110. ibi:* Mit der Poen ꝛc. *Constit. August. Elector. 44. p. 4. Mynsing. cent. 4. Obs. 4. n. 2. Matth. Wesenb. in parat. ff. de Injur. n. 19. §. Qvod tamen hodiè. Joh. Schneidew. h. num. 3. Georg.* Schultz *in Synops. h. lit. A.* Esset † enim absurdum & iniqvum, 4
si qvis indistinctè, etiam propter leve aliqvod delictum in libello objectum, capite puniretur: Cùm † pœna non debeat esse gravior, 5
qvàm ejus causa *l. sanciamus. 22. C. de Pœn. Schulz. d. l. Joh. Harppr. h. num. 163. Dan. Moller in Comment. ad Constit. Saxon. d. p. 4. const. 44. n. 5. P. Heig. q. 31. num. 45. p. 2. M. Berlich. p. 5. Concl. 67. num. 9. & seqq. Dn. Carpzov. p. 2. Prax. Crimin. q. 98. num. 6. & seqq. & add. Constit. Elector. 44. def. 1. n. 8. & seqq.* Ita responderunt Scabini Lipsienses M. Aug Anno 1167. contra H. S. zu Qvedlinburg. P. P. Do nun der Gefangne vor öffentlichem gehegten Peinl. Hals-Gerichte/ uff seinen Bekäntnüß freywillig beharrẽ/ oder des sonstẽ/ wie recht/ überwiesen würde/ so möchte er/ wegẽ seiner begangnen uñ bekanten Mißhandlung/ daß er nemlichen obgedachten Vhede-Brieff/ so auch vor ein Paßqvill und Famos-Schrifft zugleich zu achtẽ uñ zu hal-

ten/darinnen er drey Personen eures
Mittels aus dem Rathe gantz übel
und gefährlichen angelassen/un̄ den-
selben hochsträflich Thaten zugemes-
sen/ also/ wann sie derer überführet
werden köuten/vermöge der Rechte/
schwere Todes-Straffen verwircket
hätten/vorsetzlichen schreiben lassen/
und solchen selber angeschlagen/ ver-
möge Käyser Carls des V. und des H.
Röm. Reichs Peinl. Gerichts-Ord.
auch inhalts Churf. Sächs. Con-
stitution, mit dem Schwerdte vom
Leben zum Tode gestraffet und hinge-
richtet/und der Cörper folgends an-
dern dergleichen Mißhändlern zum
Exempel und Abscheu/ damit sie von
dergleichen Vehde und Paßqvill-
Schreiben geschrecket und abgehal-
ten/uff ein Rad geleget und gefloch-
ten werden. V. R. W.

Ratio supra modò posita, pœ-
nas adæqvari debere delictis, sva-
det qvoq; ut pœna hæc ordinaria
6 ad † Divulgatores Pasqvillorum
extendenda non sit, sed arbitraria
sufficiat *Bursat. Consil. 94. n. 33. Dn.
Carpzov. d. q. 98. num. 21. Joh. Brun-
nemann. ad l. un. C. de Famos. libell.
A. Perez. ibid. num. 5.*

7 Qvod itidem † obtinet si deli-
ctum in Libello Famoso imputa-
tum à Pasqvillante probetur. P. h.
G. O. *d. art. 110. verb. finalib.* nach
Ermessung des Richters. Qvod ver-
8 bum: † Moderatio, non augumen-
tum, sed temperamentum & di-
minutionem significat, *arg. c. Sta-
tutum. 3. ibiq; Gloß. super verb. Mo-
derandum. de Præbend. in 6. c. ult. de
V. S.* prout ita etiam explicat, *d.
Constit. Elector. Aug. 44. §. fin. ubi
Dan. Moller. n. 5. & Dn. Carpz ibid.
Def. 8. per tot. nec non in Prax. crim.
d. q. 98. n. 40. & seqq. Georg.* Schultz
in Synops. hic tit. A. pag. 513. Henric.
Hahn *ad Wesenb. in parat. tit. ff. de
Injur. num. 19. §. sive falso. pag. 717.
part. 2. Joh. Harppr. h. num. 168. ibiq;
relati. P. Heig. p. 2. q. 31. num. 43. M.
Berlich. p. 5. concl. 67. n. 33.* † Scilicet 9
multæ aliæ causæ intervenire pos-
sunt, qvæ Judicem ad mitigatio-
nem movere qveunt: ut non absq;
ratione dixerit Jacobus Schultes:
plerumq; † hodiè mitius pronun- 10
tiari solere, *in additionib. ad Matth.
Coler. p. 1. Decis. 154. num. 14. Dn.
Carpzov. p. 4. const. 41. def. 2. n. 10.*
Non tamen ab omni pœna excu-
sabitur ejiciens Famosum Libellū,
† verum crimen, qvod Reipubl. in-
terest notum fieri, complectens, 11
Cùm hoc non legitimè fiat, per de-
nuntiationem Judici faciendam. *A.
Perez. C. d. tit. num. 4.* Ita respon-
derunt Scabini Lipsienses M. De-
cembr. An. 1630. in causa Georgii
Reinpeins contra Valtin Mahlern
zu Bockeroda. Hat Valtin Mahler
in einem ausgesprengten Paßqvill
euch unterschiedener Begünstigungē
beschul-

beschuldiget. Wañ er nun gleich dieselbe/ oder derer eines theils erwiesen und beybringen möchte/rc. So hätte er sich doch damit nicht zu behelffen: Er würde aber gleichwol mit einer leidlichen Straffe/gestalten Sachen nach/billig beleget. V. R. W.

ECLOG. XXVIII.

Ex d. §. 1. vers. Sive qvis Matremfam.

Pæna gloriantis, se vel alium Virginem aut Uxorem carnaliter cognovisse, ultra recantationem ad Fustigationem extendi potest.

SUMMARIA.

1. *Gestu & habitu injuriæ inferuntur.*
2. *Exempla.*
3. *Injuria est, si qvis alteri, altiorem locum tenenti, præcedere velit.*
4. *Item, Matronam & Virginem honestam adsectatus.*
5. *Item pudicitiam alterius attentans.*
6. *Item de stupro vel Adulterio alterum inculpans.*
7. *Hujusmodi Jactator in dolo versatur.*
8. *Et arbitrariè punitur.*
9. *Pæna ea potest ad Fustigationem extendi.*

1 Gestu † qvoqve & Habitu injuriæ alteri inferuntur, 2 † puta: Si qvis, ad alterius despectum & ignominiam Lingvam exerat, oculos distorqveat, faciem deformet, medium ungvem seu digitum ostendat, sive Ciconiam pinsat, vulgò vocant, Einen Münch stechen/ Lugubri vel sqvalidâ veste utatur, aut personâ alterius ignominiosè imitetur atq; repræsentet, vel † honoris 3 ordinem turbet, & illis, qvi altiorem locum tenent, præcedere velit *l. Item apud. 15. §. Generaliter 27. l. vestem. 39. ff. de Injur. Novell. 123. cap. 44. Matth. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 12 Damhouder. in Prax. rer. crim. cap. 139. M Berlich p. 5. concl. 59 n. 101. & seqq. Hillig. in Donell. enucl. lib. 15. c. 24. lit F.*

Ita injuriarum tenetur, si qvis honestam Matronam vel Virginem 4 adsectatur, id est, tacitus freqven-

ter seqvitur, qvod qvandam præ-
5 bet infamiam. † Itemq; , si qvis pu-
dicitiam alterius attentaverit, *h.
vers. n. l. Item apud Labeonem. § A-
liud est. 22. h. tit. Johan. Harppr. ad
princ. h. n. 15. & 17. & ad § 1. num. 33.
& seqq. Joh. Schneidew. h. num. 21.
& seqq. Matth. Wesenb. ff. h. tit. n. 12.
ibiq; Henr.* Hahn *ad num. 3. pag. 701.
part. 2.*

6 Multo magis Actione † injuria-
rum conveniri potest, qvi gloria-
tur, se vel alium qvempiam Virgi-
nem aut Mulierem honestam car-
naliter cognovisse, vel si qva Mu-
lier Maritū vel Juvenem de stupro
aut adulterio cū ipsâ commissâ in-
culpet, *Eberhard.* Speckhan *cent. 2.
Class. 3. q. 9. J. Harp. ad § 9. h. n. 9.* Li-
7 cet enim ejusmodi † gloriator ple-
rumq; non tam dolo malo, & ex
proposito, Mulierum & Virginum
Famā atq; existimationem læden-
di, qvam ex inani qvâdam jactan-
tiâ peccet, & sibi, eum esse, persva-
deat, & ab aliis haberi velit, qvem
ultrò mulieres & virgines appe-
tant; Attamen gravissima hæc est
diffamatio, & cum maxima hone-
starū mulierum & virginū injuria
conjuncta; ac fieri vix potest, ut e-
jusmodi temerarius jactator in do-
8 lo nō versetur: Extra † ordinē igi-
tur, pro arbitrio judicis, hujus suæ
temeritatis pœnam luat, *Dd. per
text. in c. qvam sit grave. 9. X. de Ex-
cess. prælator. Jac. Menoch. de Arbi-
trar. jud. qvæst. lib. 2. cent. 4. cas. 33. n. 2.*
Qvam † etiam ad Relegationem, 9
imò ad fustigationem, pro circum-
stantiarum ratione extendi posse,
constat *ex Constit. Aug. 45. p. 4. ibiq;
Dan. Moller n. 2. & 4. Et Rosa in not.
ad Eund. Nec non Dn. Carpzov. Def.
2. ibid. Matth. Coler. Decis. 161. n. 20.
& 25. Georg.* Schultz *in Synops. h.
lit. B.*

Qvapropter, si Fœmina soluta,
cum Marito qvodam se commiscu-
isse, adeoqve Adulterium commi-
sisse, pertinaciter fateatur, & mari-
tus Juramento sese purgaverit,
pœna Adulterii locum habet, qvæ
hoc casu est Fustigatio cum perpe-
tua Relegatione, uti patet *ex Con-
stit. Elector. 19. part. 4. Dn. Carpz. in
Prax. Crimin. p. 2. q. 96. num. 61. &
seqq. Et ad d. Constit. 45. def. 7. n. 2.
& seqq.* Ita pronuntiarunt Scabini
Lipsienses M. Jun. An. 1620. contra
M. S. zu S. Anneberg. Hat H. V. ver-
mittels seines leiblichē Eydes sich ge-
reiniget/ und/ daß er mit M. S. sich nicht
fleischlichen vermischet / noch geehe-
brucher/ geschworen/ so mag nunmehr
derohalben wider ihn weiter nichts
fürgenommen werden. Was aber be-
meldte Vettel M. S. anlangen thut/
dieselbe wird gestalten Sachen nach/
weil sie selbstē ausgesaget/ daß sie mit
einem

einem Ehemanne zu thun gehabt/ un von ihme geschwängert worden / öffentlich billig zur Staupen geschlagen / und nach erlittener Leibes-Straffe des Landes ewig billig verwiesen. V. R. W.

ECLOG. XXIX.

Ex §. Patitur autem. 2.

Fratri meo, Affini aliiqve conjunctæ Personæ in linea Collaterali illatam injuriam vindicare neqveo.

SUMMARIA.

1. Injuria infertur immediatè in propriam personam.
2. Mediatè, in conseqventiam injuriam patimur per alias personas.
3. Ratione potestatis per Filios & Servos.
4. Ratione affectus, per Uxorem & Nurum.
5. Etiam per Sponsam.
6. Contumelia Sponsæ infertur Sponso.
7. Si scil. injurians sciebat, esse Filiumfam. & Sponsam.
8. Ex una injuria, qvadruplex interdum oritur actio.
9. Exemplum.
10. Pater injuriam filio illatam remittere potest, nisi iste sit honestioris conditionis.
11. Remissio tamen Filii, Patri non præjudicat.
12. Hoc ad personas alias non extenditur.
13. Singulare in uno denotat Jus Commune differre in aliis.
14. Singularia non extendenda.
15. Jam plum singularia in uno eodemq; subjecto non admittunt.
16. Injuria uni ex cognatione illata toti cognationi intelligitur facta.
17. In Accusatione scil. publica.
18. Accusatio publica cuivis licita est.

1 INfertur † aliqvando Injuria immediatè in propriam alicujus Personam, veluti, cùm Patrifam. vel Domino directo fit Injuria: Aliqvando † mediatè, cum 2 qvis in conseqventiam patitur injuriam per alias Personas, † vel 3 ratione Potestatis ei subjectas, ut per

4 per Filios & Servos; vel † ratione
affectus, ut per Uxorem & Nurum,
h. text. n. ibid. Joh. Schneidew. h.
num. 2. l. 1. §. Item aut. ff. Eod. l. 18. §.
ult. ff. Eod. A. Perez. C. de Injur. n. 11.
5 † Qvod etiam in Sponsa procedit.
6 Spectat † enim ad Sponsi contume-
liam, qvæcunq; injuria Sponsæ ej9
fit, *l. item apud. §. Sponsum qvoq;*
7 *24 ff. de Injur.* † Si modò injuri-
ans sciebat, injuriatum esse Fili-
umfam. seu Sponsam, *l. Eum qvi.*
18 §. fin. ff. Eod. Paul. lib. 5. Sentent.
tit 4. §. 3. ibid. Cujac. Johan. Schnei-
dew. h. n. 6. & 10. Joh. Harppr. h n. 2.
8 Accidit igitur, † ut ex unâ interdū
injuria, qvadruplex oriatur Actio:
neq; una consumatur aut tollatur
9 per aliam. † Si enim Uxori meæ
filiæfam. injuria facta sit, & ipsi U-
xori, & mihi, ejus Marito, & Patri
ejus, & ejus Socero, sicqve Patri
meo, cujus sum in potestate, inju-
riarum actio competit, *h. §. n. &*
l. 1. §. ult. ff. h. tit. l. 2. C Eod. Joh.
Schneidew. h. n. 11. Mynsing. h. num.
5. Farinac. lib 3. Prax. crimin. q. 105.
num. 253. & seqq. Harppr. h. num.
34. Matth. Wesenb. in Parat. ff. de
10 *Injur. n. 12.* † Qvi Pater Actionem
Injuriarum filio illatam remittere
potest, *l. 17. §. 12. ff. h. t. Boer. De-*
cis. 120. Nisi Filius sit honestioris
conditionis, qvàm Pater, *d. l. 17.*
§. 13. A. Gomez. l 3. cap. 6. Clar. §.
fin. q. 5. num. 22. Si autem † Filius 11
sibi illatam injuriam remittat, hæc
remissio Patri non præjudicat, *l. 30.*
pr ff. de Pact. Joh Brunnemann. l. 2.
C. de Injur. Henr. Hahn. ad Matth.
Wesenb. tit. de Injur. num. 6. pag. 705.
part. 2.

Qvod tamen † ad Fratres aliosq; 12
Consangvineos & Affines, sive
Criminaliter experiaris s. Civiliter,
extendi minimè licet. Ex qvo e-
nim singulariter constitutum est
in Persona Patris, Soceri, Domini,
Mariti & Sponsi, ut pro Injuria fa-
ctâ liberis, nurui, servo, uxori &
sponsæ agere possint, per supr.
adducta; Colligere inde prom-
tum est, in aliis conjunctis diver-
sum statui. Qvia † singulare in 13
uno denotat, Jus commune esse
contrarium in aliis: Et † singula- 14
ria Jura strictissimè accipienda,
non extendenda sunt; Ne † inde 15
plura inducantur singularia in u-
no eodemqve subjecto, qvod Jura
non admittunt, *l. 1. C. de Dote*
promiss. l. 19. ff. e[illegible] ib. in maj. l. 8.
§ 3. ff. de Legat. præstand. Joh. Harp-
precht. h. num. 22. & seqq. Matth.
Wesenb in Parat. ff. de Injur. n. 6 [illegible]
Henr. Hahn. in notat pag. 705, p. 2. Dn.
Carpzov. Decis. 33. num. 7. & seqq.
Ita pronuntiarunt Scabini Lipsi-
enses M. Nov. Anno 1643. ad re-
qvisitionem Heinrich Müllers zu
Erffurt

Erffurt. Haben Veit von Langenfels Lehn- und Land-Erben am 12. Februar. Anno 1629. eine Erb-Vergleichung auffgerichtet / und der abwesenden Mit-Erbin Magdalenen von Thuna portion ausgesetzet. Ob nun wol dieselbe zugleich verübter Unzucht / und / daß sie Land-pflichtig sey / darinnen zur Ungebühr beschuldiget: Do sie aber dennoch selbsten solche Injurien zu vindiciren nicht gemeinet rc. So ist eure Curandin, als dero Schwestern / so wol die andern Anverwandten deßwegen Klage wider die jenigen / so solche Erb-Vergleichung verfertiget / anzustellen nicht befugt. V. R. W.

Et qvanqvam communis Dd. Schola distingvat inter Actionem Civilem & Criminalem, ut hæc saltem indifferenter omnibus con-
16 junctis pateat; Cum † injuria uni ex Cognatione illata, toti cognationi intelligatur facta, ut in *l. Lex Cornelia. 5. post princ. in verb. Eorum. ff. Cod. Facit. l. 1. 2. & 3. ff. de Liberal. caus. Joh. Schneidew. h. n. 14. Henr. Gœden. Conf. 102. n. 8. & seq. Matth. Berlich Decis. 188. n. 10. & seqq.* Hahn *d. l.* id tamen non de Actione injuriarum criminaliter intentata, qvæ ad Vindictam privatam perti-
17 net, accipiendum est, † Sed de Accusatione publicâ, ubi ad Vindictam publicam agitur, qvæ aliàs cuilibet etiam extraneo, ad hoc scil. ut maleficia puniantur, permissum est, *Dn. Carpzov. d. l. n. 12. & 13. H. Pist. lib. 4. q. 21. num. 4. & seq. Mannt. in Specul. p. 6. Gomez. var. resolut. t. 3. c. 6. de Injur. n. 14.* Aliàs, nec Filio, ob Injuriam illatam Patri, cum hunc in Potestate non habeat, competit actio, *per supra allegat. Farinac. lib. 3. Prax. Crim. q. 105. inspect. 6. num 258. ibiq; relati. M. Berlich Decis. 188. num. & seqq. H.* Hahn *ad Wesenb. d. l.* 18

Atq; ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Decemb. An. 1662. ad consultation. David Jentzschens des Raths und J. U. Doctorandi zu Zittau. A. e. a. v. g. f. s. w. Hat der Primarius zu N. am Heil. Pfingst-Sonnabend des 1661. Jahres / auff privat-Ansuchen der N. Herrschafft / Eure Eltern / daß selbige / begehreter massen / sich in der Kirchen allda / bey noch währender litis pendenz, des Predigt hörens / Tauffens und Communion nicht gebrauchen wollen / noch darzu sich schuldig erachten / unverwarneter und eigenthätiger Weise / von der Beichte gestossen / daß sie also beyde ungebeichtet / und ohne Trost wieder aus der Kirchen gehen müssen. Ob nun wol gedachtem Primario, ohne des geistlichen Consistorii Vorbewust und Einwilligung / eure Eltern vom Beichtstuhl zu stossen nicht zugestanden / und derowegen ihnen solche Beschimpffung

Actione injuriarum zu anthen wol zustehet: Dieweil aber dennoch einem Sohn die injurien, so dē Eltern angethan/ zu vindiciren zu rechte nicht nachgelassē/ N. m. i. e. f. So hat auch die von euch wider gemelten Primarium angestellte Injurien-Klage nicht statt. Es ist aber euch/ als einem Gevollmächtigten in dieser Sachen gebrauchen zu lassen / und eure Eltern zu vertreten / unbenommen. V. R. W.

ECLOG. XXX.

Ex §. Pœna autem. 7.

Tàm realium, qvàm verbalium injuriarum nomine æstimatoriè agi potest.

SUMMARIA.

1. *Injuriatus potest agere vel Criminaliter ad pœnam & recantationem, vel Civiliter ad æstimationem.*
2. *Jure Saxon. Civiliter injuriarum conventus, ultra 30. Solidos, si Masculus, & ultra 15. Solidos, si Fœmina, ne condemnetur.*
3. *Dispositio hæc Imperii consvetudine sublata est.*
4. *Nec non in Constitutione Augusti.*
5. *Et res ad Dispositionem Juris Civilis revocata.*
6. *Æstimatio qvomodo petenda.*
7. *Summam taxatam moderatur Judex, & injuriam passo desuper Juramentum defert.*
8. *Nisi iste per testes eam probare velit.*
9. *Vel absq; Juramento arbitrio Judicis committere.*
10. *Æstimatio etiam in Injuriis realibus locum habet.*
11. *Hac ratione læso interesse & emendam ipsimet determinare conceditur.*

1 INtegrum est injuriato, † an Injuriam sibi illatam Actione Criminali ad pœnam & Recantationem, seu Palinodiam, secundum ea, qvæ supra *ECLOG. XXII. hoc lib.* diximus, agere velit; An verò, eam certâ pecuniâ æstimare, & æstimationem Actione Civili petere, lubeat, *per h. text. n. & §. in summa. 10. q. h l. Prætor. 7. §. posse. 6. l. Constitutionibus. 37. §. 1. ff. h. t. l. ult. C. Eod. A. Gail. 1. obs. 65. num. 2. vers. Civiliter injuriarum agitur. Matth. Wesenb. in parat. ff. de Injur. num.*

num.14. Matth.Berlich.p.5.concl.61. num. 69. Dn.Carpzov. lib.6. Resp. 111. num. 13. A. Perez. in C. h. t. num. 16. Joh.Harppr. ad §. In summa.10. h.t.
2 *num.1.& seqq. ibid. relati.* † De Jure qvidem Saxonico, juxta uniuscujusqve Statum & conditionem certa pœna expressa & statuta est, nempe, ultra infamiam, XXX. solidorum in Masculis, & XV. Solidorum in Fœminis, ultra qvam Reus civiliter conventus cōdemnari neqvit, Landr. *lib. 3. art. 45. Matth. Coler p. 1. Decis. 61. num. 10. & seqq. Joh. Schneidew. h. n. 15. & ad §. sed & lex Cornelia. 8. h. num. 5. M. Wesenb. in Parat. h. t. num. 17.* Adeò, ut si Actor pro injuria sibi illatâ majorem emendationem petat, cadat utraqve *Coler. d. Decis. 161 n. 14. M.Berlich p.5.concl.61.num.92. Dn. Carpzov. p. 2. Prax. Crimin. q. 95. num. 2. Georg.* Schultz *in Synops. h.*
3 *tit. D.* † Verum, hæc Dispositio Saxonica Consvetudine universali totius Imperii Romani, comprimis in Ditionibus Saxonicis,
4 † *per Constit. Elector. Augusti. 42. p. 4.*
5 disertis verbis sublata, † & res ad Dispositionem Juris Civilis revocata est, ut nim. Actor injuriam æstimare, ac æstimationem petere possit, *M. Berlich. d. concl. 61. n. 107. Dn. Carpzov. p. 2. Prax. crimin. q. 94. num. 9. & q. 95. num. 3. & seqq.*
6 † adjiciendo: Qvod tantam qvantitatem ex suo Patrimonio potius vellet perdere, qvàm injuriam sustinere, (wolte lieber 1000. Rthl. aus seinen Gütern entberen / dann die zugefügte injurien auff sich ersitzen lassen:) Qvam † summam postea mo- 7
deratur Judex, & injuriam passo desuper Juramentum defert, *A. Gail. obs. 102. num. 8. & seqq. Joh. Schneidew. h. num. 4. seq. Matth. Wesenb. in parat. ff. de Injur. n. 14. cum seqq. ibiq. Henr.* Hahn *pag. 708. p. 2. A.Perez. C. de Injur. num. 16. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 6. num. 7.*
† nisi per testes eam probare velit, 8
Ægid. Boss. tit. de Injur. n. 2. vers. Et qvid si est facta. Joh. Aloys. Ricc. Decis. 138. col. 3. vers. Sed injuriarum. Farinac. in Pract. crimin. p. 3. q. 105. num. 46. M. Berlich. p. 5. concl. 61. num. 79. Imò † licitum est Actori, 9
si malit omni probatione & Juramento liberari, æstimationem suam, in certâ tamen summâ à sese factâ, discretioni ac arbitrio Judicis committere. (Stellet solche ohne Eyd / zu rechtlicher moderation) *Joh. Schneidew. h. n. 12. Dn. Carpzov. q. 95. num. 9. & seqq.* † Qvam ipsam Æstimationem in injuriis qvoqve realibus locum habere, & † læsum 10
interesse & emendam, qvæ aliàs vulnerato sive percusso debetur, hac ratione ipsummet determinātem, admitti debere, dubium nullū habet, *per text. h. n. & supr. citat.*

Finckelth. Sen. in prælectionib. pu-
blicis.c. ult. X. de Libell. oblat. l. 1. ff.
de Edend. Job. Schneidevv. h. n. 6.
Oldendorp. in tract. de Collat. Jur.
civ. & Pontific. in verb. Actio. num.
22. Matth. Wesenb. in parat. ff. de
Edend. num. 7. Obrecht. de Concept.
5 *libell. c. 8. n. 23. & seqq.* † nec distin-
guitur inter Jus Civile & Canoni-
cum, nec inter jus Digestorum &
Codicis, *Henr. Hahn ad Wesenb.*
d. n. 7. p. 222. p. 1. Ruland. de Com-
miss. p. 3. lib. 2. c. 1. Dn. Carpzovius.
p. 1. Constit. 2. def. 13. num. 2. & seqq.
It lib. 1. Resp. 53. n. 22. & in p. 3. Prax.
Crimin. q. 127. num. 19. & 20. nec non
in Process. tit. 6. Art. 1. num. 6. 7. &
seqq. Ummius ad Process. Disp. 6.
th. 11. num. 51. H. Treutler. vol. 1.
Disp. th. 10. lit. C. ibiq; Bacchov. Jo-
hann. Brunnemann. ad d. l. C. de
6 *Interdict.* † Ex causa enim pe-
tendi & medio concludendi qvali-
tas intentatæ Actionis colligitur
& demonstratur, *per text. in cap.*
Literæ tuæ. de Dilat. l. non debet in
fin. ff. de Dolo mal. A. Gail. 1. Obs.
61. num. 9 Scaccia lib. 1. de Judic. c.
50. num. 20. Osvvald. Hillig. in Don.
enucleat. lib. 23. c. 4. lit. N. Cùm
igitur lex non alio fine Actionis
nomen exprimi voluerit, qvàm ut
deliberare reus posſit, cedere, an
contendere ultrà debeat, *l. 1. ff. h.*
7 *t.* † Hoc autem ex narratione &
conclusione libelli sciri posſit, non
est curandum de speciali expres-
sione nominis: † Cùm nihil refe- 8
rat, proprio nomine qvid expri-
matur, aut demonstratione aliâ,
qvæ nominis vice fungatur, *l. 6. ff.*
de Reb. credit. A. Perez. C. de Eden-
do num. 8.

Qvod † etiam tùm obtinet, si ex 9
uno facto plures actiones resul-
tent, ad diversum finem tendentes;
Sufficit namq; in conclusione pe-
titionem ita formari, qvo Judex
scire posſit, qvalem sententiam
condemnatoriã proferre debeat.
Dn. Carpz. ad d. const. 2. def. 13. n. 8.
& seqq. Henr. Hahn. d. l. Mæstert. de
Justit. LL. Romanar. lib. 1. dub. 30.
† In dubio enim intelligitur inten- 10
tatum: illud remedium & illa A-
ctio, qvæ melius, salvâ ratione re-
cti sermonis, facto applicari po-
test. *l. Si qvis intentione. 66. ff. de*
Judic. A. Gail. Obs. 61. num. 10. Os-
wald. Hillig. d. c. 4. in not. inf. Matt.
Wesenbec. Consil. 3. num. 20. Henning.
Gœden. Consil. 45. num. 1.

Inde † etiamsi Actio inutilis & 11
inepta exprimatur, nec per hoc vi-
tiatur libellus. *l. Un. C. de Rei Uxor.*
action. ibiq; Johann. Brunnem. Car-
dinal. Tuschus Conclus. 67. liter. A.
Matth. Coler. in c. Examinata. 15. n.
20. C. de Judic. † Respectus enim 12
habendus est magis ad id, qvod in
veritate agitur, qvàm qvod per er-
rorem exprimitur. *l. illicitas. 6. §.*
veritas.

veritas. 1. ff. de Offic. Præsid. l. cum lis. ff. de Jurisd. omn. judic. Proin-
13 inde† materia libelli latè interpretanda est, pro favore nim. Actoris, ut subsistat. *l. solemus. 61. l si quis. 66 ff. de Judic. Vacon. de Vacun. l. 6. Declarat. 88. num. 6. & 7. Osvvald. Hillig. d. c. 4. lit. M. in not. Hieron. Treutl. d. th. 10. lit. C. Dn. Carpzov. ad d. Constit. 2. def. 14. num. 2. & seqq.* Unde casu ita contingente & frustra exceptione inepti libelli opposita responderunt Scabini Lipsienses M. Februar. Anno 1629. in causa Melchior Ohmens/C. Jacob Rauten zu Querfurt/ hoc modo: Daß Beklagter/ seines Fürwendens ungeachtet/ auf erhebene Klage sich einzulassen/ und zu antworten/ und weil Er solches anietzo nicht gethan/ Klägern die Unkosten dieses Termins/ auf Richterliche Ermäßigung zuerstatten schuldig V. R. W.

ECLOG. XLIV.

Ex §. Omnium. I. cum seq.

In Actione Negatoria incumbit onus probandi Reo.

SUMMARIA.

1. *Rei vindicatio pro rebus corporalibus tantùm competit.*
2. *Quid confessoria actio?*
3. *Quid Negatoria?*
4. *In hac negatoria transfertur onus probandi in Reum, liberatô ab eo Actore.*
5. *Actori regulariter incumbit probatio.*
6. *In Negatoria præsumtio libertatis militat pro Actore.*
7. *Jus naturale resistit prætendenti servitutem.*
8. *Libertas fundatur in Jure naturali.*
9. *Proprium Actionis Negatoriæ est, ut Actor negativè agat, Reus autem affirmativè.*
10. *Affirmanti injungitur probatio.*
11. *Nec Quasi-Possessio à Probatione relevat.*
12. *Quia repugnat primævæ origini à Libertate.*

1 Actionũ in Rem prima species est Rei Vindicatio, †quę pro rebus corporalibus tãtùm competit, *h. §. n. 1. l. 1. §. 1. ff. de R. V. l. 65. ff. Eod. Joh. Harppr. ad d. §. 1. num. 36. & seqq. M. Wesenb. in Parat. ff. de R. V. n. 5. ibid. Henr.* Hahn *pag. 397. in part. 1.*

Alia

Alia est, qvæ in Rebus Incorporalibus, puta, servitutibus tàm Personalibus qvàm Realibus vindicandis & detrectandis, locum ha-
2 bet, §. 2. *h.* Et qvidem † CONFESSORIA ACTIONE, qvis Servitutem sibi deberi intendit, ad Libertatem infirmandam & Servitutem
3 vindicandam; Ast † NEGATORIA negat actor, se Servitutem adversario debere, ad servitutem evertendam & libertatem astruendam, *§. 2. h. l. 2. ff. Si servit. vindic. l. pen. cum seqq. ff. Si Ususfr. petat. Joh. Schneidew. h. §. 2. num. 29. & 30. Joh. Harppr. ad Eund. §. 9. h. n. 2. M. Wesenb. in parat. ff. Si Ususfr. petat. num. 2. & seqq. Dn. Carpzov. lib. 1. Resp. 67. num. 2.*
4 Speciale autem hoc habet † ACTIO NEGATORIA, ut Actor onere probationis non gravetur, sed transferat onus probandi in adversarium Reum, contra Regu-
5 la: Qvod † Actori incumbat probatio, adeò, qvòd eô non probante Reus, etsi, nihil præstiterit, absolvatur, *l. Qui accusare. C. de Edend. ibiq; Joh. Brunnemann.* Ratio
6 specialitatis † hujus est, qvod pro Actore militat præsumtio Libertatis, *l. Cum eo. 9. ff. de Servit. urban. prædior. l. alterius. 8. C. de Servit. & aqva. ibiq; Joh. Brunnemann. l. 42. ff. de J. & J.* Qvæ præsumtio est Juris, relevans Actorem ab onere probandi, illudqve in Reum, Servitutem prætendentem transfertur, *Job. Schneidew. h. §. 2. n. 38. Guid. Papa qvæst. 28. A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 24. def. 8. num. 3.* Qvin & Jus † 7
Naturale, † in qvo fundatur liber- 8
tas, *arg. §. vers. Jus autem gentium. Inst. de J. N. G. & C. & §. Libertas. 1. Inst. de Jure Person.* prætendenti Servitutem, licet sit in possessione, resistit, secundù Gloss. communiter approbatam *in l. si possidetis. in verb. Facti. C. de Probat. A. Cluten. Rer. qvotid. c. 1. n. 124.* Accedit, † 9
qvod proprium Actionis Negatoriæ est, ut Actor negativè agat, Reus autem affirmativè excipiat.
Rectè igitur † affirmanti Reo pro- 10
batio injungitur, juxta *l. Act. C. de Probat. Joban. Schneidew. d. l. n. 38.* † Nec relevat à Probatione 11
Qvasi-Possessio, utpote, † qvæ 12
non conveniens est, cum rei origine primæva, qvæ hic est libertas: cùm eid. potius repugnet, *arg. l. item in patre. 3. ff. De his, qvi sunt sui l. si in ædibus. 9. ibiq; Padilla & Joh. Brunnemann. C. de Servit. & aqva. Joseph. Mascard. de Probat. vol. 3. concl. 1194. num. 35. & seqq. & concl. 1306. Jacob. Menoch. 3. de Præsumt. 89. num. 8. Oswald. Hillig. in Donell. enucl. lib. 11. c. 16. lit. C. in not. Pacian. de Probat. lib. 2. c. 20. n. 10. & seq. Cluten. d. c. 1. n. 126 Dn Carpz. p. 2. const. 41. def. 18. n. 1. & seqq. &*

lib. 1. Resp. 67. n. 8. & seqq. Dn. Richter *Decis. 98. num. 63. & seq. Matth. Wesenb. in parat. ff. Si serv. vindic. num. 1. ibid. Henr. Hahn, pag. 444. p. 1.* Ita pronuntiavit Facultas Juridica Jenensis M. Januar. An. 1607. Uff Exception und weiter Vorbringen constituirten Anwaldes Hans Wolffen von Gleichen zu Tauroda/ Beklagten an einem: Die Anspanner und Hintersätler zu Sawfeld/ Klägern andern Theils/ die Cottensdorffische Baufrohne belangend / sprechen wir vor Recht: Weil Beklagter der auferlegten Servitut und Klage/ so negativè angestellet / nicht in Abrede/ aber dawider exceptivè eingewendet / die Klägere wären ihme gegen Cottendorf zu Forwerg die Bau-Fuhren zu thun schuldig / dessen aber Kläger nicht geständig: So ist Beklagter solche seine eingewandte Exception in Sächs. Frist/ wie Recht/ zu erweisen schuldig/ Klägern dawider ihr bedingter Gegen-Beweis und andre rechtliche Nothdurfft vorbehältlichen. V. R. W.

Nec non Scabini Lipsienses M. Septemb. An. 1623. in causa Hansen Briegers / Klägern an einem / Christian Rudeln Beklagten andern Theils. Dieweil Beklagter auf die erhobne Klage geantwortet/ und derselben geständig / darneben aber sich auf eine Servitut und Gerechtigkeit seines Befugnüs beruffen: So ist er solches sein Vorgeben und angezogne Gerechtigkeit binnen Sächs. Frist/ wie Recht/ darzuthun und zu erweisen schuldig; Dartwider Klägern sein Gegen-Beweiß und andre rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird. V. R. W.

ECLOG. XLV.

Ex §. Item si quis in fraudem. 6.

Bona allodialia in fraudem Creditorum in feudalia conversa ab ipsis revocari possunt.

SUMMARIA.

1. *Debitores sæpè bona sua in fraudem Creditorum maturè alienant.*
2. *Nemo debet cum alterius damno locupletari.*
3. *Actione Pauliana revocantur in fraudem alienata.*
4. *Hic lex fingit res alienatas semper fuisse in bonis debitorum & creditorum ejus.*
5. *Creditores per immissionem fiunt Domini bonorum sui Debitoris.*

6. Ex

6. *Ex causa onerosa possidens conveniri tantùm potest intra annum utilem, si fraudis particeps probetur.*
7. *Ex causa lucrativa, etiam fraudis expers, perpetuò.*
8. *Omnis alienatio fraudulenta hoc remedio revocari potest.*
9. *Exemplificatur in mutatione bonorum allodialium in feudalia.*
10. *Hoc modo transfertur Dominium in Dominum feudi.*
11. *Et successio in simultaneè investitos.*

1 SÆpius fit, ut † Debitores possessionem aut distractionem bonorum metuentes, maturè res suas in fraudem & præjudicium Creditorum alienent & invertant. *Matth. Wesenb. in parat.*
2 *ff. Quæ in fraud. creditor.* † Cum autem iniqvum sit, aliqvem cum alterius damno locupletari. *l. Nam hoc naturæ. 14. ff. de Condict. indeb. l. jure naturæ. 206. ff. de R. J.* Nihilominus tamen hæc alienatio, qvantumvis in fraudem facta, ipsô jure valeat, utpote à Domino facta, *l. sciens. 26. in f. ff. de contrahend. emt.* Unde qvoqve jure civili nulla dabatur Actio in rem, neqve Domino, qvia desierat esse Dominus; Neqve Creditoribus immissis: qvia nunqvam verè fuerunt Domini; Ideoq; Prætor hoc Edictum
3 † de hac Actione Pauliana proposuit, qvô consulit Creditoribus, revocando, debitore prius excusso, ea, qvæcunqve in eorum fraudem, (etiam conjecturis probatam *l. 6. C. de Dolo*) qvomodocunqve alienata sunt, *h. §. n. l. 1. §. 1. l. omnes. 17. §. Lucius. ff. Quæ in fraud. cred. Johann. Harpprecht. h. n. 16. Henr. Hahn. ad Parat. Wesenb. num. 6. ff. Quæ in fraud. creditor. pag. 569. pag. 2. Joh. Schneidew. h. n. 44. & 45.* † Fingit nim. Lex, res 4
alienatas semper fuisse in bonis debitoris, atqve ita Creditorum, etiam Chirographariorum, eorumqve heredum, qvi in ejus locum successerunt, † & Domini 5
per missionem in possessionem facti intelliguntur, *h. text. n. l. si finita. 15. §. Julianus. 16. ff. de Damn. infect. Hanon. Disp. 19. controv. 4. lit. C. Joh. Harppr. d. l. tot. tit. C. de Revoc. his, quæ in fraud. ibid. Johan. Brunnemann. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 34. def. 5. num. 8. 10. 20. Johan. Schneidew. h. num. 27. Dn. Carpzov. p. 2. c. 12. def. 29. & 30. A. Perez. C. de Revoc. quæ in fraud. num. 4. & seqq.* Hôc modò attentô, ut ille, 6
qvi ex causa sive titulo oneroso rem accepit, hâc actione tùm demum, & qvidem intra annum tantùm utilem, conveniri possit, si fraudis conscius & particeps fuisse

7 probetur; Qui † verò ex causa lucrativâ possidet, omnimodò etiamsi fraudem ignoraverit, perpetuò teneatur, *l. Quod autem. 6. §. hoc Edictum. 8. cum §. 11. l. 1. & l. 10. in pr. cum l. 24. ff. Quæ in fraud. creditor. Johan. Schneidew. h. num. 81. Dn. Carpzov. lib. 1. Resp. 83. num. 15.* Cùm ille certet de damno vitando, hic de lucro captando, *Johann. Harppr. h. num. 11. & seqq. Treutler. vol. 2. Disputat. 24. th. 4. lit. D. & Bacchov. ibid. ad thes. 5. liter. D. M. Wesenbec. in parat. ff. Quæ in fraud. credit. n. 6. & 10. ibid. H. Hahn. num. 6 §. Nam ut locus sit. pag. 570. p. 2. Dn. Carpz. Decis. 224. n. 7. & seqq. Jacob. Cujac. lib. 12. obs. 5.*

Unde Scabini Lipsiens. in causâ Donationis fraudulentæ ita respóderunt M. Jun. An. 1632. ad Consultationem Christoph Abrahams von Haubitz zu Zeitz/ Churf. Sächs. Hauptmans. Als ihr uns Copien einer übergabe unter den Lebendigen/ und beschehener Insinuation mit Z. bemerckt/ b. 3. unterschiedenen ff. zugesch. v. e. &c. D. s w. und anfänglichen uf die i. f. V. R. Hat euch Balthasar von Pusen uf Gladitz im Monat Julio des abgewichenen 1652. Jahres/ alle seine mobilien und werbende Baarschafft/ wie die Namen haben/ auch wo und an welchen Orte die gefunden werden mögen/ so wohl jura und actiones zu denselben/ Item Geldere/ Kleidung und in Summa alles/ was Erbe genennet/ auch über dis unter dem Wort Mobile kan verstanden oder begriffen werden/ durch eine Ubergabe unter den Lebendigen geschencket/ und zugeeignet; Daran ihme aber ferner nichts als die Frucht-Niessung uf sein Leben vorbehalten/ welche Ubergabe er auch nachmahls der Churf. Sächs. Stiffts Regierung zu Zeitz gebührlichē insinuiren lassē/ und/ als er darauf Todes verfahren/ hat sich ein Concursus Creditorum zu seiner Verlassenschafft ereignet. Ob nun wol sich kein Erbe darzu angegeben/ die verhandenen unbeweglichen Güter auch zu Abtragung der Schulden nicht zureichen thun/ dannenhero die Gläubiger von euch dem Donatario ihre Foderungen befriediget seyn wollen: Dieweil aber dennoch in dergleichen Fall ein Donatarius des Donatoris Gläubigern in Rechten nicht verbunden/ noch was verpflichtet/ N. m i. d. überschickten Copien/ und e. f. So seyn auch vorgedachte Gläubigere euch beständiger Weise in Anspruch zu nehmen/ und die Zahlung von denen euch geschenckte mobilien zu erzwingē nicht befugt. Es wäre dann/ daß etliche unter den Creditorn in des Donatoris Gütern und mobilien vor beschehener übergabe eine hypothec un dinglich Recht erlanget/ oder auch die sämtlichen Creditores durch gnugsame

same Vermuthung erweisen und beybringen möchten/ daß die Donatio von deme von Pusen vorsätzlichen ihnen zu Nachtheil/ und also in fraudem Creditorum geschehen/ dessen genössen sie/ auf den Fall billig.

Zum a. und a. d. a. f. S. w. Wann gleich die angeführte Donation in fraudem creditorum geschehen wäre/ N. m. i. e. f. So möchtet ihr doch von denen Gläubigern alsobald nicht besprochen werden; Sondern es wären dieselbe zuvor die beschehene Donation zu fechten/ und dannenhero/ daß sie in fraudem und zu ihrem nachtheil geschehen/ Revocatoriam anzustellen schuldig; Mit welcher Action sie aber/nach Gelegenheit dieses Falls/weil ihr des Schuldners mobilien ex causa lucrativa erlanget/ auch nach verflossener Jahres-Frist zugelassen werden.

Z. 3. Und auf die 3. F. S. w. würde obangeregte Donation dahero/ daß sie in fraudem Creditorum geschehen/gefochten werden. So würden die Chirographarii, welchen der Debitor vor beschehener Donation allbereit verhafftet gewesen/ nebens den hypothecariis zugleich Actionem revocatoriam anzustellen billig zugelassen. V. R. W.

Similiter Facultas Juridica Lipsiensis in emtione venditione dolosâ M. Jun. Ao. 629. ad consultationem B. S. zur Neustadt an der Orla. Hat vorerwehnter N. S. bey währenden Concursu seine unbewegliche Güter euch und andern Gläubigern zum Nachtheil um ein geringes Geld verkaufft und distrahiret. Ob nun wohl sonsten die Veräuserung der Güter dem Eigenthums-Herrn nicht verboten: Dennoch aber und dieweil solches von N. S. gefährlicher Weise dolosè und in fraudem Creditorum geschehen/ die jenigen Emtores und Besitzere auch/ welche die Güter erhandelt/um solchen Betrug Wissenschafft gehabt/ denselben beliebet/ und also auf Seiten des Verkäuffers und der Käuffere Betrug vorgegangen/ allermassen solches zu Recht versehen: So wäret ihr oder andere Gläubigere Actione Paulianâ die Veräuserung zu fechten und umzustossen/ auch an solche Güter euch nochmahls gebührlich zu halten wohl befugt. V. R. W.

Qvia † igitur omnis in fraudem Creditorũ suscepta alienatio hoc remediô revocari potest *l. ait Prætor. 1. l. ait Prætor. 10. in pr. & passim. ff. qvæ in fraud. creditor. Johan. Schneidew. h. num. 44. & 45. Ant. Perez. C. de Revocand. his, qvæ in fraud. num. 8.*

Seqvitur, & † tùm revocationi locum esse, si Debitor pecuniam paratam aliáve bona allodialia, in præjudicium ac fraudem creditorum, præcipuè chirographario- 9

rum; in bona feudalia immutari
10 faciat; per † qvam immutationem Dominium directum in Dominū sive Seniorem transfertur & alienatur, *cap. un tit. In qvib. cauf. feud. amitt.* cui translationi annexa est, in causa deficientium liberorum, consolidatio Dominii utilis, vel
11 etiam † successio infallibilis simultaneè investitorum, cum plenariâ exclusione heredum allodialium & Creditorum, qvorum credita non in utilitatem Feudi illius versa, vel, cum consensu dictorum simultaneè investitorum, & Domini, in eo hypothecata sunt, *H. Pist. p. 2. q. 20. Dn. Carpzov. d. Resp. 83. num. 10.* Pro qvâ opinione judicavit Senatus Appellationum Elect. Saxon. Term. Trin. An. 1622 in causa Creditorum N. N. Itemqve Scabini Lipsienses Mens. Jul. An. 1628. in causa Hansen Schubarts C. Peter Seyfarts Gläubiger/ zu Crimmitschau. Darauß so viel zubefinden/ daß Beklagter mit der angezognen Belehnung und gesamten Hand nicht zu behelffen / sondern es wird dieselbe/ gestalten Sachen nach/ hinwiederum billig cassirt, und von deß verstorbnen Schubarts Vermögen/ so weit dasselbe zureichet/ Klägere ihre Foderung / und nach Gestalt ihrer erlangten priorität / einer vor dem andern befriediget. V. R. W.

ECLOG. XLVI.

Ex §. Item Serviana. 7.

Competit jus tacitæ hypothecæ locatori ratione mercedis in rebus Domui conductæ illatis.

SUMMARIA.

1. *Res Coloni in Prædio Rustico saltem expressò pignore locatori obstringuntur.*
2. *In Urbano tacitè.*
3. *Differentia ratio.*
4. *Prædii Rustici fructus locatori tacitè sunt obligati.*
5. *Prædii Urbani, præter pensionem, nulli sunt fructus.*
6. *Etiam procreata in Urbano tacitè oppignorata sunt locatori,*
7. *Primo scil. non secundo, cui res relocata.*
8. *Pro mercede & deteriorratione locator potest jus retentionis exercere in rebus in domum illatis.*

9. Etiam

9. Etiam privatâ autoritate.
10. Etiam in libris studiosorum, aliis bonis deficientibus.
11. Ita obligata transeunt, cum hoc onere ad qvemcunq; possessorem.

DIscrimen notandum est re-
rum Coloni in Prædio scil.
Rustico, & rerum inqvilini
1 in Prædio Urbano, † qvòd
illæ conventô & expressô saltem,
2 hæ † verò tacitô pignore Locatori
obstringantur, *l. eo jure. 4. ff. In qvib. caus. pign. vel hypothec. tac. contrahit. l. item qvia. 4. ff. de Pact. legit. l. non inducta. 5. C. in qvib. caus. pign. tac. contrah. Dn. Richter. de Privileg. Credit. Disp. 8. th. 5.* Cu-
3 jus † differentiæ ratio est, Qvòd †
4 Rustici Prædii fructus locatori tacitè sint obligati: proindeq; ei satis sit, per eos prospectum, ut non opus sit, insuper invecta etiam alia & illata obligari, nisi expressè ita convenerit, *l. in Prædiis. 7. ff. In qvib. caus. pign.* Secundum qvam distinctionem etiam *text. h. nostr.* intelligendus est. *Theoph. & Joh. Crispin. h. Conrad. Rittersh. h. §. Dicitur autem illa. Vincent. Caroc. tract. de Locat. p. 2. tit. de Invectis. num. 13. p. 130. Trentacinq. tit. de Locat. Resolut. 5. num. 2. Molina de J. & J. tract. 2. D. 147. n. 3. Menoch. Rem. 3. Adip. possess. num. 33.* Diversum
5 autem est in Prædio Urbano † cu-
jus nulli sunt Fructus, præter pensionem ipsam: Ideoq; ut Domino de hâc, ut de damno seu deterioratione rei locatæ, cautum esset, leges hic tacitam hypothecam introduxerunt in supellectile aliisq; rebus Inqvilini invectis ac illatis, *l. 4. ff. de Pact. l. 4. 7. ff. In qvib. caus. pign. Rittershus. d. l. Joh. Schneidew. h. n. 15. Matth. Wesenb. in parat. ff. In qvib. caus. pign. n. 2. ibid. Henr. Hahn in notat. pag. 11. p. 2. Vincent. Caroc. d. l. Bocer. Class. 2. Disp. 12. th. 56. lit. B. Ant. Perez. in Cod. tit. In qvib. caus. pign. n. 2. & in tit. C. de Loc. num. 23. Joh. Harppr. h. num. 12 & 23.* † Imò etiam in tali 6
prædio procreatis, *l. est differentia. 9. cum l. seq. ff. In qvib. caus. pign. vel hypothec. l. certi juris. 5. C. locat. l. 4. ff. de Pact. Dn. Carpzov. p. 3. const. 58. def. 7. num. 6.* † Qvod autem ad 7
secundum Conductorem, cui à primo res relocata est, extendi minimè debet, *arg. l. 7. l. 32. ff. In qvib. caus. pign. l. 53. ff. de Act. emt. A. Perez. C. in qvib. caus. pign. n. 3.*
†Si igitur merces conventa termi- 8
nô destinatô, aut interesse pro deterioratione non solvatur, potest Locator habitatorem expellere, & res invectas atq; illatas, perpetuò, qvamdiu scil. locatio durat, in domo mansuras *l. 7. §. 1. ff. h. t. A. Perez.*

Perez. C. In qvib cauſ. pign. vel hypoth. num. 4. includere & detine-
9 re, donec ipſi ſatisfiat, † etiam privatâ autoritate, *l. utiq. 34. ff. de Damn. infect. l. qværo. 54. §. Inter locationem. 1. ff. Locat. Jaſon. in §. h. num. 80. M. Coler. de Proceſſ Execut. c. 2 n. 237. & ſeqq. Neguzant. tract. de Pignorib. & hypothec. in 4. memb ſecund. princip n. 128. & ſeq. M. Afflict. Deciſ. 184. num. 2. Caroc. tr. de Locat. p 3. tit. de Invectis num. 18. Trentacinq. tit. de Locat. Reſol. 5. num. 2. Cardin. Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 15. n. 32. Dn. Richter d. l. Joh. Marqvard. de Jure Mercator. commerc. lib. 2. cap. n. 2 & ſeqq.* Qvod etiam ab Ordinatione Judiciali Elect. Sax. non eſt abſonum, *tit. 45.* §. Wann auch einer ꝛc. *Dn. Carpzov. p. 1. conſt. 28. def. 117 num. 1. & 2. M. Berlich. p. 1. concl. 67. n. 62. & ſeqq. & concluſ. 73.*
10 *num. 105.* † Etiamſi ſint libri Studioſorum, ſi modo alia eorummet bona, in qvibus poſſit exerceri jus retentionis, deficiant, *l. Commodis. 40. ff. de Re judic. Coler. d. cap. 2. n. 146. & ſeqq Dn. Carpzov p. 2. c. 25. Defin. 20. num. 3. & ſeqq. Hunn. in Comment. ad Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr. c. 2. q. 12. Franciſc. Connan. lib. 4. Comment. Jur. civ. c. 16. num. 8. in f. Qvirinus Kubach. cent. 3. q. Illuſtr. politic. jurid. Decur. 9. qv. 3. Arum. de Jure publ. vol. 4. Diſcurſ. 34. q. 3. p. 116.*

Qvæqve ita † pignoris nexu obſtricta ſunt, tranſeunt cum eo onere ad qvemcunq; poſſeſſorem, ut ab eo à Locatore, hac actione ceu in aliis in Rem, revocari poſſint, 11
l. ſi fundus. 16. § In vindicatione 3 ff. de Pignor. & hypothec. l. 2. C. ſi unus ex plurib. hered. creditor. ibiq; Joh. Brunnemann. l. 15. C. de Pignor. Joh. Harppr. h. num. 2. Henric. Hahn. ad Weſenb. paræt. ff. Ex qvib. cauſ. pign. num. fin. pag. 15. p 2. Joh. Schneidew. h. num. 61. & ſeqq. Ant. Perez. d. l. n. 14. & ſeqq. Ita pronuntiarunt Scabini Lipſienſes M. Majo Ao. 1634. in cauſa Georgii Köthens zu Pönig. PP. zum ſechſten Hans Ferber 22. Fl. Mühlzins/iedoch nur in des Schuldners fahrender habe/ ſo in dem abgemietheten Kram-Gewölbe befunden worden/ vermöge des dariñen erlangten ſtillſchweigenden Unterpfandes/ꝛc.

ECLOG. XLVII.

Ex d. §. 7. VERS. Qvaſi-Serviana.

Qvaſi Serviana, ſeu Hypothecaria Actio datur contra tertium poſſeſſorem regulariter non niſi principali Debitore excuſsô.

1. Qvaſi

SUMMARIA.

1. *Quasi-Serviana actio dicitur & Hypothecaria.*
2. *Serviana competit tantùm Locatori.*
3. *Quasi-Serviana omni creditori hypothecario.*
4. *Serviana rerum mobilium tantùm.*
5. *Quasi-Serviana etiam ad immobilia competit.*
6. *Contra tertium possessorem non competit actio personalis.*
7. *Nec contra heredes singulares, sed universales tantùm.*
8. *Hypothecaria tamen contra qvemcunq; possessorem.*
9. *Cui fini?*
10. *Tertio possessori competit exceptio Excussionis Principalis debitoris ejus fidejussorum.*
11. *Exceptio hæc potest in initio litis & post contestationem opponi.*
12. *Ut ut ei renuntiatum sit.*

1 SErviana & Qvasi-Serviana Actio, † qvæ & Hypothecaria κατ' ἐξοχὴν dicitur, *h. text. n.* in eo potissimum differunt:
2 † Qvòd illa locatori tantùm competit, de rebus à Conductore in prædium conductum invectis ac
3 illatis; Hæc † omni creditori ad cujusvis debitoris res pignori suppositas perseqvendas, tribuitur. †
4 Illa rerum tantummodo Mobiliũ
5 est: Hæc † tùm ad Pignora seu mobilia, tùm ad hypothecas sive ad immobilia pertinet *h. text. n. l. Pignoris. 17. ff. de Pignor. & hypothec. Johan. Schneidew. h. num. 72. & seq.*
6 Etiamsi igitur † contra tertium Possessorem nulla competere potest Actio personalis; qvippe qvæ
7 † non in successores singulares, sed heredes universales transit: † 8
Actionem tamen Hypothecariam atqve Realem effugere neqvit tertius & qvivis alius possessor, *l. 16. §. 3. de Pignorib. l. 12 C. de Distract. pign. l. 14. l. 24. ibid. Johann. Brunneman. C. de Pign. Joh. Schneidew. h. num. 80. Dn. Carpzov. Decis. 273. num. 17. Henr. Hahn ad Wesenb. Parat. ff. de Distract. pignorib. num. 1. pag. 22. p. 2.* eo fini, ut Actor † pos- 9
sessionem pignoris conseqvatur, eâqve consecutâ, si nihilominus frustretur Debitor, & solutionem extrahat, tum pignus vendere, & sibi de pretio satisfacere possit, *l. si cum venditor. 62. pr. ff. de Evict. l. 4. ff. de distract. pign. Joh. Schneidew. h. n. 89. M. Wesenb. d. tit. de Distract. pign. num. 1. H. Pistor. p. 1.*

Decis. 15. num. 33. & 55. Dn. Richter. Decis. 79. num. 26.

Verùm illud notatu dignum est,
10 qvòd † Actio hæc contra tertium possessorem tùm demum locum habeat, si iste non opponat Ex-
11 ceptionem Excussionis. † Qvod ipsi licitum est, non modò in litis ingressu, ut eam in vim Dilatoriæ, *l. ult. C. de Except. l. 13. l. 24. C. de Procurat. l. 19. C. de Probat.* Sed etiam post litis contestationem, in vim Peremtoriæ opponat, *Johann. Zanger. de Except. p. 2. c. 16. num. 6. A. Gail. lib. 2. Observ. 27. n. 3. M. Berlich. p. 1. Concl. 18. n. 81. Dn. Carpzov. lib. 2. Resp. 71. num. 2. & seqq.* Hòc namq; factô, Actorem prius Debitorem, & ejus Fidejussores convenire & excutere oportet, per text. *in Novell. 4. c. 2. l. 24. & Auth. Hoc si Debitor. C. de Pignorib. ibiq; Joh. Brunnem. A. Gail. d. Obs. 17. n. 7. Joh. Schneidevv. h. num. 81. Valent. Franc. tract. de Fidejuss. c. 5. n. 149. & seqq. H. Hahn. ad Wesenbec. parat. ff. de Distract. pign. n. 1. p. 22. p. 2. M. Berlich. p. 2. Concl. 24. n. 66. & mult. seqq.* Churfürstl. Sächs. P. und G. O. *tit. 44. §.* und das hat auch ꝛc. *Dn. Carpz. p. 2. c. 18. def. 17. n. 1. & seqq. & lib. 4. Resp. 68. n. 3. nec non Decis. 212. n. 17.*

12 Qvod in † tantum obtinet, ut, licet Creditor, cùm de pignore convenit cum Debitore, pactus sit, ne bonorũ ejus excussionem ullô casu facere cogeretur, nihilominus hoc tertio possessori convento hypothecariâ non noceat, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 23. def. 6. n. 1. Dn. Carpz. d. def. 17. n. 4. 5. & lib. 2. Resp. 71. n. 6.* Ita responder. Scabini Lipsiens. M. Novembr. Ao. 1630. in causa Michaelis Kleppachs zu Hertzberg. Hat Anno 1630. Matthes Eberhard von Abel Vollrathens Tochter Vormündern das ihren Mündlein anererbte Haus vor und um 3300. Fl. Kauff-Summa / als 1400. Fl. zum Angelde / und dann den Nachstand Jährlichen mit 200. Fl. abzutragen käufflichen an sich gebracht; Dabey Verkäuffere ihrem Mündlein / bis zu völliger Zahlung der Kauff-Summa auff bemeldtem Hause eine special-Hypothec mit Einwilligung des Raths vorbehalten worauf Matthes Eberhard euch solches Haus hinwiederum käufflichen zugeschlagen: Dieweil Er aber seinen Verkäuffern mehr nicht / als 500. Fl. entrichtet / hat Christian Wolff / so sich immittels mit obgedachten Abel Vollraths Tochter verehliget / wegen gestandenen Kauff-Geldes / so sich an Capital und Zinsen fast uf 1000. Fl. erstrecket / vermöge der vorbehaltenen hypothec, zu euren erkaufften Hause die Execution gesuchet. Ob ihr nun wol darwider die Exceptionem Excussionis einzuwenden gemeinet / gestalt dann die Actio hypothecaria

wider

wider den dritten possessorem, ehe und zuvor der Principal Debitor gebührlichen excutiret/ nicht statt haben mag/ꝛc.

ECLOG. XLVIII.

Ex eodem §.

Excussionis beneficio non gaudet possessor fundi Creditori specialiter hypothecati.

SUMMARIA.

1. *Excussionis exceptio locum non habet, si tertius possessor tempore contractus sciverit, rem esse hypothecâ affectam.*
2. *It. si notoriè non solvendo est.*
3. *Vel ob remotum locum non facilè possit conveniri.*
4. *It. in fundo specialiter hypothecato.*
5. *Ratio decidendi in quonam consistat?*

ADsertio *præcedentis Eclogæ*, quod nim. tertius Possessor Hypothecariâ conventus gaudeat Excussionis beneficio, suas patitur limitationes.
1 Ecce enim, † si Tertius possessor sciverit priorem Hypothecam, ac nihilominus rem affectam emerit;
2 † Aut si notoriè constat, principalem Debitorem non esse solvendo,
3 vel † abesse, & in alieno longè remoto loco commorari, ita ut non facilè conveniri queat, non habet Actor metuere Exceptionē haut factæ excussionis, prout pluribus docent *Vincent. Caroc. tr. de Excuss. bonor. p. 2. q. 25. num. ult. & q. 77. n. 1 A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 6. def. 33. & tit. 23. def. 3. num. 4. & seqq. ac tit. 27. def. 33. n. 2. A. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 35. Joh. Schneidew. h. num. 81. A. Neguzant. de Pignor. p. 8. memb. 1. n. 18. Bernhard. Gn. v. lib. 2. concl. 27. §. 3. consid. 1. per tot. Dn. Carpzov. p. 2. c. 18. def. 19. & 20. & lib. 2. Resp. 71. num. 7. & seqq. nec non Decis. 224. num. 17. Henr. Hahn ad Wesenb. parat. ff. de Distract. pignor. num. 1. p. 25 p. 1. Joh. Brunnemann. ad l. 24. & Auth. hoc sit. C. de Pign. & hypothec.*

Ita in primo casu responderunt JCti Helmstadienses, ad consultationem H. und Consorten C. erachten auf die erste Frage vor Recht / dz die Consulenten H. B. als tertium possessorem, der auf dem gekaufften un constituirten Unterpfand stehenden Tagezeiten / wie auch der aufgewachsenen Zinsen halber/ nō excus-

sô prius principali debitore Actione hypothecariâ zu belangen befugt/ꝛc. Und kömt zu dem allen in diesem Fall/ daß der itzige Käuffer H. B. weil er einem Interessirenden Kläger und alten Verkäuffer diesen Kauf zu wissen gethan/ gewust/ daß die Kläger an dem verkaufften Hause die hypothec haben/ ꝛc.

In Secundo verò casu Scabini Lipsienses pronuntiarunt ita M. Sept. An. 1629. ad consultationem Friedrich Lormäyers zu Eberbein. Seyd ihr von Matthes Sommern wegen eines ihm gethanē Dar-Lehns/ uf 400. Fl. hoch/ auf seine Güter versichert worden/ und nachdeme euer Schuldener sein Stück Feldes verkauft/ seyd ihr euch daran zu halten/ und auf itzigen Besitzer Actione hypothecariâ zu klagen/ und eure Zahlung auf dem Felde zu suchen fürhabens. Ob nun wohl sonsten auch dißfalls das beneficium Excussionis statt/ uñ der tertius possessor sich damit zu behelffen hat. Do es aber dennoch/ eurem Andeuten nach/ mit eurem Debitore diese Beschaffenheit hätte/ daß er notoriè nicht mehr solvendo wäre/ gestalt ihr solches in continenti zu demonstriren gemeinet/ ꝛc. So hätte sich bemeldter Besitzer mit angeregter Exception non excussi principalis debitoris keines Weges zu behelffen/ sondern ihr würdet Eurer Foderung der 400. Fl. von bemeldtem Felde gebührlichen billig contentiret. V. R. W.

Secundùm casum tertium responderunt Iid. Scabini in causa D. Johannis à Franckenberg zu Querfurt. M. Nov. Ao. 1623. Hiscè limitationibus ea † qvoq; adjungenda est, qvod Excussionis beneficio non juvetur, qvi possidet prædium alteri in specie hypothecatum *per text. express. in Nov. 112. c. 1. §. Ab hoc autem. l. litigiosi. 3. l. distractis. 14. C. de Pignorib. A. Tessaur. Decis. 51. num. 1. & seqq. Joh. Schneidew. h. n. 64. Dn. Carpzov. p. 2. const. 18. def. 18. per tot.* Non autem †ratio decisionis sumenda est ex eo, qvòd fortè hypotheca alienata fuerit à Debitore, dum inter hunc & Creditorem jam lis existeret; sed in eo posita, qvod re, qvæ specialiter obligata est, venditâ, Creditori magis noceri possit, qvàm ubi is generalem hypothecam habet, re unâ vel alterâ ex bonis debitoris distractâ, dum nihilominus ex cæteris suum conseqvi possit: Ideoq; alienatâ hypothecâ Speciali, creditori qvoq; meritò concessum fuit expeditius remedium *in d. Novell. 112. c. 1.* agendi scil. hypothecariâ contra tertium possessorē, non excussô prius principali debitore, ceu aliàs ex *Nov. 4. c. 2.* reqviritur, *Henric. Hahn. ad Wesenb. parat. ff. de Distract. pign. n. 1. p. 23.*

(Right margin numbers: 4 beside "limitationibus…", 5 beside "tem †ratio…")

p. 23. & seq. in part. 2. Thesaur. Decis. 51. Tuschus Concl. 403. n. 39. lit. E. Matth. Berlich. p. 2. concl. 24, Atqve ab hac Sententiâ neq; Jus Saxonicum recedere demonstrat, *Dn. Carpz. lib. 2. Resp. 72. n. 7. & seqq.* Unde Scabini Lipsienses in casu sub fin. *praecedentis Eclogae* posito porrò ita responderunt: : Dieweil aber dennoch solches/uff den Fall/ da nemlichen uff einem gewissen Stücke Guts eine special-hypotheca constituiret wordē/Jnhalts der Rechte nicht zu ziehen/ꝛc. So habet ihr euch auch mit der Exceptione Excussionis nicht zu behelfen/sondern es wird die Hülffe in Verbleibung gütlicher Zahlung in euer erkauftes Haus gebührlichē billig vollstrecket. V. R. W.

Similiter JCti Helmstadienses in citato ibid. Responso ita continuarunt, Denn ob wohl *in Nov. 4. c. 2.* verordnet/das sothaner Gläubiger zuförderst den Principal-Schuldner belangen und außklagen solle: So hat doch solches in viel Wege seinen Abfall/und befindet sich in beygefügtem Kauf-Briefe/daß das Haus den vorigen Verkäuffern/wegē ihres Nachstandes specialiter verſetzet/uñ verschrieben: Jn welchen Fall Rechtens/ daß der Tertius possessor die hypothec entweder fahren lassen uñ immission leiden oder aber den Creditorem ferner Foderung halber contentiren und befriedigen muß/ꝛc.

ECLOG. XLIX.

Ex §. De Constituto. 9.

Ex constituto Mulier, si non mediante juramento debitum in se susceperit, haut obligatur.

SUMMARIA.

1. *Ex testamento imperfecto legata debentur naturaliter.*
2. *Non civiliter.*
3. *Etiam Imperatori ex Testamento imperfecto nihil debetur.*
4. *Obligatio naturalis non producit actionem.*
5. *Constitutum naturali obligationi accedens parit actionem.*
6. *Falluntur, qvi actione de constituto aut rarò aut nunqvam locum dari statuunt.*
7. *Casus Constituti.*
8. *Differentia inter Constitutum & Fidejussionem.*

9. Constituere possunt mares & Fœminæ, qvi obligari possunt.
10. Non possunt intercedere pro aliis.
11. Nisi beneficio SCti Vellej. renuntient.
12. Si pro Maritis juratô.
13. Licet sit fœmina Illustris & egregia.
14. Mulier pro Marito potest intercedere sine jummēto qvoad Parapbernalia.
15. Non tamen constituere.
16. Hæc etiam post mortem mariti obtinent.
17. Ex Statuto Lipsiensi Mulier pro marito sine jummento efficaciter intercedit.
18. Non tamen constituit.
19. Statuta strictè accipienda.

1 Titius condit Testamentum imperfectum, in qvo non sunt adhibitæ solennitates reqvisitæ *in l. hac consultissimâ. 21. C. de Testament.* Et in hoc legavit mihi calicem argenteum & 2 tibi eqvum. † Ista legata debentur qvidem naturaliter propter volũtatem Testatoris. *Gloss. in l. 1. ff. de Condict. indeb.* sed non † civiliter. Qvia lex civilis, propter solennitates omissas, non assistit huic testamento, qvod proinde non valet, *l. si unus. 12. C. de Testam.* adeò 3 † ut etiam Imperatori ex Testamento imperfecto nihil debeatur, *l. ex imperfecto. 3. C. de Testam. ibid. Jh. Brunneman. §. Fin. Instit. Qvib. mod. testam. infirment.* Hoc igitur casu non possum petere Calicem 4 legatum, cùm † obligatio natura- 5 lis non producat actionem. † Si v. heres ab intestato succedens per nudũ saltem pactum constituat, se soluturum illud legatum per illud constitutum, accedit robur huic debili legato, naturaliter tantùm debito, ita ut à me per Actionem de Constitutâ pecuniâ efficaciter peti possit. † Ex qvo Exemplo pa- 6 tet, falli illos, qvi existimant, rarò vel nunqvam hanc Actionem de Cõstituta pecunia locum habere, eò, qvod communiter homines interrogatione & responsione, adeoq; stipulatione solenni utantur. † Multi namqve dantur casus, 7 qvibus certè non stipulatio, sed cõstitutum nudô pactô fieri dicitur; Qvando scil. qvis, vel sine interrogatione nudô pactô, constituit, se soluturũ vel ante interrogationem qvid promittit, vel interrogatio præcedit, & ex intervallo seqvitur sponsio, & similes, *Job. Schneidew. h. n. 23. Georg. Schultz h.* in

8 *in Synopʃ. lit. F.*† Nec confundendũ eſt conſtitutum cum Fidejuſſione, cùm ab iſta in hoc differat, qvod etiam pro ſe, nudô pactô, ab abſente, & aliud pro alio conſtitui poſſit, ſine ſtipulatione, *b. text. n. l. 2. cum ſeq. ff. de Pact. l. 1. §. An poteſt. 3. ff. de Conſt. pecun.* qvæ omnia fidejuſſio non admittit, *Oldendorp. claſſ. 4. Act. 8. in pr. Gothofred. ad Rubr. ff. de Conſtit. pecun. Oſwald. Hillig. in Donell. enucl. lib. 15. cap. 48. lit. E. in not. Hier. Treutl. vol. 1. Diſp. 23. th. 7. lit. A. Johan. Harppr. num. 18. Henr. Habn. ad Weſenb. ff. de Conſtit. pecun. n. 4. verſ. Planè conſimilis. pag. 525. p. 1. A. Perez. in C. de Conſt. pecun. num. 3.*

9 Conſtituere † autem poſſunt omnes, qvi paciſci & obligari: Sive ſint Maſculi ſive Fœminæ, *b. §. n. l. 1. §. 1. ff. de Conſtit. pecun.* Fœminis
10 † autem ſic licet, ſi non interceſſerint pro aliis, *d. l. 1. §. 3. ff. de Conſtit. pec.* Hoc enim caſu iſis proſpectum eſt ex SCto Vellejano *M. Weſenb. in parat. ff. de Conſt. pecun. n. 6. Treutl. d. Diſp. 23. th. 8. lit. A. Henr. Habn ad Weſenb. parat. ff. ad SC. Vellejan. n. 5. pag. 565 p. 1. A. Pe-*
11 *rez. C. de Conſt. pecun. num. 13.* † niſi huic beneficio renuntiaverint, *l.*
12 *fin. §. pen. ff. ad SC. Vellejan.* † Et hujusmodi renuntiatio, ſi modò non pro Marito, ſed pro Extraneo fiat, absqve juramento fieri poteſt. *arg. d. l. fin. §. pen. text. in Conſtitut. Elector. Sax. 16. p. 2. ibiq; Dan. Moller. pr. & Dn. Carpz. def. 17. num. 2. & ſeqq. A. Rauchbar. p. 1. q. 34. num. 5. Joh. Zanger. de Except. p. 3. c. 11. num. 15. & ſeqq. M. Berlich. p. 2. concl. 21. num. 74.* Unde Scabini Lipſienſes M. Octobr. Ao. 1589. in cauſa Uxoris Ulrici Wellers zu Pirna ita reſponderunt: Hat euer Eheweib ſich vor ihren Vetter / 180. Thl. halber / in Bürgſchafft eingelaſſen / und dem beneficio SCti Vellejani renunciret. Do nun ſolche Bürgſchafft und renuntiation von Ihr Gerichtlichen / uf vorgehende Erinnerung / in eigner Perſon / und mit eurer und eures Kriegiſchen Vormundens Verwilligung geſchehen ꝛc. So wäre gedachte Eures Weibes Verpflichtung / ungeacht / daß dieſelbe nicht Eydlich geſchehen / zu Rechte kräfftig. V. R. W.

Secus autem ſeſe res habet in Conſtituto, qvo mulier pro Marito ſolvere promiſit, ejusqve debitum in ſe ſuſcepit: Tunc namqve Mulier non niſi renuntiatione jurato, per corporale juramentum factâ obligatur: Sicuti in genere in omni interceſſione pro Marito fieri oportet, per text. *in c. Ex Reſcripto. 9. & c. cum contingat. 28. X. de Jurejur. Ant. Teſſaur. Deciſ. 223. num. 7. ſub fin. verſ. Ampliat. octavo. cum num. ſeq. Domin. Cardinal. Tuſchus.*

scbus. tom. 5. lit. M. Concl. 421. n. 12. & seq. M. Berlich. p. 2. conclus. 19. n. 63. & 80.

13 Nil † obstante, qvòd mulier sit Principissa, Comitissa, Nobilissa, Doctorissa, & similis Fœmina illustris & egregia, *A. Rauchbar. p. 1. q. 34. n. 16. H. Pistor. p. 4. q. 6. n. 2. & seq. M. Berlich. d. l. n. 40.* Qvod ipsum etiam Elector Saxoniæ confirmat *in Constitutione sua 16. princ. part. 2. Ubi Daniel. Moller. in Comment. & lib. 1. Semestr. 43. pr. Joh. Zanger. de Excep. p. 3. c. 11. num. 73.*

14 *Dn. Carpz. lib. 2. Resp. 75. n. 6.* † Et qvanqvam in nuda intercessione annexâ renuntiationi, hoc ad Paraphernalia mulieris bona haut extendendum, sed ad Dotalia solùm restringendum est, ut nimirû ea, pro Marito obligari possint, etiam absq; jurata renuntiatione, *d. Const. Elector. 16. in Rubr. & §.* Ob nun wohl *cum §.* Nachdem wir uns denn ꝛc. *ibid. Dan. Moller. num. 11. & seqq. ad Def. 10. Ant.* Rauchbar. *p. 1. d. 34. num. 53. Matth. Berlich. p. 2.*

15 *concl. 21. num. 15.* † ad Constitutum tamen id extendendum non est; Siqvidem ab Intercessione seu Fidejussione haut parum differt, qvod ipsam Mulierem facit debitricem principalem in eamq; Mariti debitum transferat, *Dd. ad h. §. n. Valent. Fminc. de Fidejuss. c. 1. n. 24. & seqq.* Ut sic Constitutum latius pateat, majusqve onus ac incommodum in se comprehendat, qvàm Fidejussio, *A. Hering. de Fidejuss. c. 18. n. 5.* Qvare & cautius in Constituto procedendum, *Dn. Carpz. ad d. Constit. 16. def. 2. n. 4. & seqq.* Idq; , sive † Maritus adhuc 16 vivat, sive etiam mortuus sit, meritò obtinet; cùm post mortem qvoqve Amor & Respectus conjugalis non tàm citò cessat, qvo vidua infirmi & imbecillis judicii decepta ad constitutum & susceptionem debiti facillimè persvaderi potest, *arg. l. 2. §. Verba. 2. ff. ad SC. Vellej. l. si mulier. 22. C. Eod. l. 1. §. pen. C. de Rei uxor. act. Dn. Carpzov. ad d. Constit. 16. def. 3. per tot.* Atq; ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses. M. Novemb. Ao 1635. in causa Marien Jobst Michaels Wittiben zu Leipzig. Ist Euer Ehemann mit Schulden verhafftet gewesen/ nach dessen Absterben die Gläubiger auf die Zahlung gedrungen/ dazu sich aber kein Mittel ereignen wollen. Ob Ihr nun wohl dahero solche debita ex constituto uf Euch genommen/ Brieff und Siegel von euch gestellet/ und /mit zuziehen eures Curatoris dem beneficio SCti Vellejani renuncirt: Dieweil aber dennoch solches nicht endlich geschehen/ꝛc. So ist auch solches Constitutum zu Recht nicht kräfftig; Und ihr möget dahero von euren Dotal- und Parapheral

phernal Gütern die Zahlung zu leisten nicht angehalten werden. V. R. W.

17 Ac † etiamsi, ex peculiari Statuto Civitatis Lipsiensis, ab Illustrissimo Dn. Pro-Electore Saxon. Friderico Wilhelmo 21. Febr. Ao. 1593. confirmato, mulier pro Marito intercedens in loco Judicii, autoritate Curatoris interveniente, doti ac beneficio SCti Vellejani, etiam absq; Juramento efficaciter renuntiet, *Daniel Moller. ad constit. Elector. 16. in p. 2. n. 11. Joh. Zanger. de Except. p. 3. c. 11. num. 189. Valent. Franc. de Fidejuss. c. 2 n. 202. Dn. Carpzov. ad d. constit. 16. def. 8.*
18 *num. 3.* Hoc † tamen ad Constitu-
19 tum extendi neqvit; cùm † Statuta strictè sint accipienda, *Jac. Schult. Pract. quaest. lib. 2. q 65. num. 32. A. Timqvell. de Legib connub. Gloss. 2. n. 23.* Prout ita responderunt Scabini Lipsienses M Nov. Ao. 1630. in causâ Catharinæ Rosens zu Leipzig. Als ihr uns Extract der Stadt Leipzig Willkühr/und Copien zweyer gerichtlichen Cessionen / b. e. f. z. v. e. ꝛc. d ſ w. Hat Hans Carl Reinhards Eheweib alhier zu Leipzig/gegen Labeck Ephraim zu Possen/ sich/ nebens Verzeihung des SCti Vellejani und ihrer weiblichen Gerechtigkeit für ihren Ehemann eingelassen/ und solche Schuld ex Constituto auf sich genommen / welche Foderung nochmahls Ephraim Kindere Vormunden eurem Ehemanne/ Hansen Rosen/gerichtlich cediret und übergeben; Und als/nach gedachtes eures Mannes Absterben / ihr bemeldtes Reinhards Eheweib in Anspruch genommen/ hat sie / daß die Verzicht und Constitutum von ihr nicht eidlichen geschehen / eingewendet / und sich damit verhelffen wollen. Wann nun gleich / vermöge der Stadt Leipzig Willkühr und Statuten/des Weibes endliche Renuntiation so nothwendig nicht erfodert wird. Dieweil aber dennoch bemeldter Stadt Willkühr von dem Fall/do ein Weib ihres Mannes Schuld ex Constituto uff sich nimt uñ ihrer eigẽ macht/eigendlichen nicht redet. N. m. e d. Beylagen v. e. f. So mag euch auch angeregte Willkühr nicht zu statten kommen/noch Carl Reinhards Eheweib võ ihrem dem Ehemanne zugebrachten Ehe-Gelde oder Heurath-Gute die Zahlung zu leisten nicht angehalten werden. V. R. W.

ECLOG. L.

Ex §. Item si qvis. 11.

Juramenta à Judice delata admittunt contrariam probationem.

SUMMARIA.

1. *Juramento præstito non amplius de debito, sed de Jurejurando tantùm quæritur.*
2. *Causa Juramento decisa perjurii prætextu non retractanda.*
3. *Juramentum à parte delatum ex conventione descendit.*
4. *Volenti non fit injuria.*
5. *Hoc Juramentum pro transactione aut solutione habetur.*
6. *Sibi imputet, qvi per Juramenti delationem in causa sua adversarium Judicem constituit.*
7. *Hoc juramentum plus autoritatis habet, qvàm res judicata.*
8. *Nec admittit probationem in contrarium.*
9. *Nec per confessionem partis.*
10. *Fallit, si perjurium per documenta in continenti probetur.*
11. *Competit ex tali Jurejurando condictio indebiti.*
12. *Communis hoc ad testamenta restringit.*
13. *Fallit item in juramentis Necessariis, id est delatis à Judice.*
14. *E. G. in juramento in litem, Suppletorio, Purgatorio.*
15. *Hæc non, nisi ad excludendam suspitionem doli, adhibentur.*
16. *Doli probatio semper salva.*
17. *Intentione hac probatâ juramentum retractatur.*

1 TAnta † Jurisjurandi reverentia est, ut si, adversariô deferente vel referente, illud præstetur, non amplius de debito, sed tantùm de Jurejurando qværatur. *h. text. n. l. non* 2 *erit. 5. §. dato. 2. ff. de Jurejur.* † adeoq; causa jurejurando delato & præstito decisa, nec perjurii prætextu retractanda sit, *l. 1. C. de Reb. Credit. ibiq; Joh. Brunnem. l. Qvod* 3 *si deferente. 21. ff. de Dolo.* † Ex conventione enim hoc Juramentum descendit: Siqvidem ille qvi detulit Juramentum, hac conditione detulit, ut causa secundum jurantem decidatur; Dummodò, rem suam esse vel sibi deberi, adversarius reapse juraverit. † Volenti igitur & scienti non fit injuria. *l. 1. §. Usq; adeò 5. ff. de Injur. l. sü donationis. 34. C. de Transact. c. scienti. 27. ff. de R. J. in 6to.* Scilicet, † post datum 4 hoc jusjurãdum, litigatores qvasi transactione aut solutione factâ, à limine Judicii removentur, & ulteriorem qvæstionem Prætor Edictò suo inhibet. *l. 7. & l. jusjurandum. 27. ff. de Jurejur. c. 1. de Litis contest. in 6. M. Wesenb. in parat. ff. de*

de Jurejurand. num. 9. Joh. Harppr.
h. num. 12. Dn. Christoph. Philipp.
Richter *Decis. 8. num. 34. & Decis.*
6 *62. n. 39.* † Semper namq; sibi im-
putare habent partes; qvod per di-
lationem jurisjurandi adversari-
um in causa sua Judicem cõstitue-
rint. *l. 1. pr. ff. Quar. rer. act. non*
dat. l. si non fuerit. 37. ff. de Jurejur.
A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 11.
n. 1. Verè hinc juramentum æqvi-
paratur transactioni. *l. 2. ff. de Ju-*
rejur. & Rei judicatæ, *l. post rem*
judicatam. ff. de Re jud. Octav. Ca-
chemn. Decis. 133. num. 17. A. Fab. d.
l. Dn. Carpzov. Decis. 123. num. 8. &
Decis. 229. n. 1. & seqq. Henr. Hahn
ad Wesenb. paratit. ff. de Jurejur. n. 12.
7 *pag. 493. p. 1.* † imò, majorem au-
ctoritatem habet, qvàm res judi-
cata; *text. in d. l. 2. ff. de Jurejur. Dn.*
Carpzov. lib. 3. Resp. 40. num. 5. Dn.
Richter *Decis. 8. num. 34. & Dec. 62.*
8 *num. 39.* † Unde etiam contrarias
probationes non admittit. *l. 1. C. de*
Reb. cred. & jurejur. etiamsi pe-
jeratum esset. *Dn. Carpzov d. Resp.*
40. num. 3 & Decis. 40. num. 18. cum
qvo etiam convenit Constitutio
Electoris Augusti XV. p. I. ibi:
Und da sich gleich Kläger erbieten
würde/zu beweisen/daß der Beklagte
unrecht geschworen / sol er doch da-
mit nicht zugelassen werden/ꝛc. *Dan.*
Moller. num. 3. & Dn. Carpzov. Def.
1. per tot. cum seq. † etiamsi vel per
confessionem rei contrariũ pro-
bare velis. *Dan. Moller. & Dn. Carp-*
zov. dict. locis, ex Doctrina Bartol.
in l. si duo Patroni. 13. § Idem Julia-
nus. 2. ff. de Jurejur. n. 3 Ita respon-
derunt Scabini Lipsienses M. Majo
An. 1629. in causa Andreæ Apol-
lonii zu Lauchstedt. Habet ihr wider
Conrad Menden wegen eines Stück
Holtzes Klage erhoben/und ihme die-
selben in sein Gewissen/Wissenschaft
und wohlbewust gestellet / darauf er
auch den Eyd würcklich abgeleget /
uñ/daß er bemeldtes Haus euch nicht
verkauft/geschworen/ so wird er nu-
mehr/vermöge seines geleisteten Ey-
des bey solchem Stück Holtze billig
geschützet/und wenn ihr gleich wider
ihn anderweit Klage erheben/und/dz
Beklagter unrecht geschworen / für
andern Gerichten per Instrumenta
de novo reperta, oder, sonsten erwei-
sen / und ein anders außführen wol-
tet/ ꝛc. So möchtet ihr doch damit
nicht zugelassen / noch darauf etwas
erkant werden. V. R. W.

Similiter JCti Jenenses M. Ja-
nuar. Anno 1630. PP. Ihr wäret im
Gegenfall/wann nehmlich die Wag-
nerischen den Eyd/vermöge L. fin. C.
de Fideicomm. würcklichẽ abgestat-
tet/euch einigen Beweises/ihr perju-
rium dadurch an Tag zu bringen / zu
unterfangen nicht befugt. V. R. W.

Qvæ assertio tamen suas patitur
limitationes. † Licet enim regula- 10

riter nec per Instrumenta noviter reperta, juramentū retractari possit, per generalitatem juris prohibentis, eatenus tamen hoc verum est, si instrumenta nova aliqvo modo sint ambigua; Si verò exinde evidens perjuriū in continenti probetur, boni Judicis officio incumbit, ut videat, ne ex tàm improbo delicto impium sibi lucrum
11 qværere victor possit, ac ob id † CONDICTIO EX JUREJURANDO illo indebitè soluti, cōpetit, *l. ult. C. de Reb. credit. & jurejur. ibid. Johan. Brunneman.* (qvi † 12
hoc tamen, cum Communi, ad causas saltem testamentarias restringit.) *A. Fab. in Cod. lib 4. tit. 1. def. 2. Joh. Harppr. h. num. 17. Dn. Carpzov. ad d. Const. 15. def. 3 n. 5. & 6 Henr. Hahn ad Wesenbec. parat. ff. de Jurejur. num. 7. pag. 486. p. 1.*

13 Deinde fallit † in illis Juramentis, qvæ non à parte Parti, sed à Judice deferuntur; Cùm hic ratio, qvod partes ex Conventione & transactione semet invicem Judices constituant, cesset: Cujusmodi
14 est † Juramentum in litem, qvod lege defertur, *Vincent. Caroc. Decis. 12.* Juramentum Suppletorium, *l. cum à te pecuniam. 25. ff. de Dol. mal. l. admonendi. 31. ff. de Jurejur. Joh. Borcholt. de Jurejur. cap. 8. n. 55. & seqq. M. Wesenb. in parat. ff. Eod. tit. num. 11. ibid. Hahn. p. 490. p. 1.* nec non Juramentum Purgationis; Cùm † non adhibeatur, nisi 15
ad excludendum suspitionem doli, *l. Qvoties. 21. §. Prætor ait. & §. Qvod si reus. de Noxalib. action.* † 16
cujus probationem semper salvā esse oportet, *l. si unus. 27. §. illud nulla. ff. de Pact. A. Fab. in Cod. d. tit. 1. def. 5. num. 5. Petr. Heig p. 1. qv. 40. num. 40. & seqq. A. Rauchb. p. 2. q. 3. num. 30. Ant. Gail. lib. 2. de Pace. publ. c. 7. num. 12*

In hisce igitur † Juramentis necessariis, si Actor novis probationibus supervenientibus uti, Reumq; pejerasse, demonstrare velit, admittendus, &, intentione probatâ, juramentum retractandum erit, *Dn. Carpz. ad d. Const. 15. def. 4. 5. & 6. Joh. Brunnemann. ad l. 1. C. de Reb. credit. & Jurejurand.* Unde Scabini Lipsienses in causa Martin Scheibens zu Hoyerswerda M. Septemb. Anno 1634. pronunciarunt: Habet Ihr wider Frantz Bodecken Klage erhoben / und nach deme Beklagter seine vorgeschützte Exceptionen beweisen wollen / und solche nicht plenè erwiesen / ist Ihme das Juramentum in supplementū zu schweren ufferleget worden / welches er auch würcklichen geleistet. Ob nun wol sonsten wider einen geleisteten Eyd contraria probatio nicht zugelassen: Dieweil aber dennoch solches in deferirten Eyden statt hat / aber

der keines Weges auf das Juramentum purgationis oder in supplementum zu ziehen rc. So werdet Ihr auch/doferne Ihr per Instrumenta de novo reperta nochmahls ein anders außzuführen gemeinet / damit billig gehöret. V. R. W.

ECLOG. LI.

Ex §. Pœnales. qvoq; 12.

Hodiè absq; speciali venia Parentes in casu Liberorum in Jus vocari possunt.

SUMMARIA.

1. *Veteri Jure Actor propriâ autoritate solus reum in Jus vocare poterat.*
2. *Et obtortô qvidem collô si statim seqvi aut cavere nollet.*
3. *Hanc vim in Parentes aliosve, qvibus reverentia debetur exercere, incivile.*
4. *Ex edicto Prætoris: non nisi ad concessionem Magistratus.*
5. *Aurei sunt Solidi.*
6. *Semper Liberto & Filio persona Patroni & Parentis sancta esse debet.*
7. *Idem in Emancipatis liberis.*
8. *Hodiè Venia petitio cessat.*
9. *Sed sufficit autoritas Judicis.*
10. *Et Exceptio, de Venia non impetrata, rejicitur, & litis contestatio injungitur.*

1 VEteri† jure Actor solus nullô adhibitô Magistratus jussu, ejusve Apparitore, Reum in Jus vocare pote-
2 rat, in tantum, † ut eum, si vocatus protinus seqvi aut satisdare nollet, manu injectâ obtortôq;, qvod ajunt, collô, in Jus, seu ad Tribunal Prætoris, trahere liceret, *l. Pleriq. 18. ff. de in Jus vocand. M. Wesenb. ff. Eod. num. 2. ibiq. Henr. Hahn n. 1. cum seq. pag. 190. & seq. in p. 1. Rittersbus. in Comment. ad L. XII. tabb. class. 3. p. 3. c. 1. §. In Jus vocare H. Treutler. vol. 1. Disp. 4. th. 1. lit. B.*

Qvia verò † hujusmodi vim in 3
Parentum personis, aliisq; qvibus reverentia debetur, exerceri incivile prorsus erat, *l. generaliter. 13. ff. de In Jus vocand.* † Edictô à Præ- 4
tore summâ humanitate propo-

 sitô

riter nec per Instrumenta noviter reperta, juramentũ retractari possit, per generalitatem juris prohibentis, eatenus tamen hoc verum est, si instrumenta nova aliqvo modo sint ambigua; Si verò exinde evidens perjuriũ in continenti probetur, boni Judicis officio incumbit, ut videat, ne ex tàm improbo delicto impium sibi lucrum
11 qværere victor possit, ac ob id † CONDICTIO EX JUREJURANDO illo indebitè soluti, cõpetit, *l. ult. C. de Reb. credit. & jure-*
12 *jur. ibiq. Johan. Brunneman.* (qvi † hoc tamen, cum Communi, ad causas saltem testamentarias restringit.) *A. Fab. in Cod. lib 4. tit. 1. def. 2. Joh. Harppr. h. num. 17. Dn. Carpzov. ad d. Const. 15. def. 3. n. 5. & 6. Henr. Hahn ad Wesenbec. parat. ff. de Jurejur. num. 7. pag. 486. p. 1.*
13 Deinde fallit † in illis Juramentis, qvæ non à parte Parti, sed à Judice deferuntur; Cùm hic ratio, qvod partes ex Conventione & transactione semet invicem Judices constituant, cesset: Cujusmodi
14 est † Juramentum in litem, qvod lege defertur, *Vincent. Caroc. Decis. 12.* Juramentum Suppletorium, *l. cum à te pecuniam. 25. ff. de Dol. mal. l. admonendi. 31. ff. de Jurejur. Joh. Borcholt. de Jurejur. cap. 8. n. 55. & seqq. M. Wesenb. in parat. ff. Eod. tit. num. 11. ibiq. Hahn. p. 490.* *p. 1.* nec non Juramentum Purgationis; Cùm † non adhibeatur, nisi 15
ad excludendum suspitionem doli, *l. Qvoties. 21. §. Prætor ait. & §. Qvod si reus. de Noxalib. action.* † 16
cujus probationem semper salvã esse oportet, *l. si unus. 27. §. illud nulla. ff. de Pact. A. Fab. in Cod. d. tit. 1. def. 5. num. 5. Petr. Heig p. 1. qv. 40. num. 40. & seqq. A. Rauchb. p. 2. q. 3. num. 30. Ant. Gail. lib. 2. de Pace. publ. c. 7. num. 12.*

In hisce igitur † Juramentis ne- 17
cessariis, si Actor novis probationibus supervenientibus uti, Reumq; pejerasse, demonstrare velit, admittendus, &, intentione probatâ, juramentum retractandum erit, *Dn. Carpz. ad d. Const. 15. def. 4. 5. & 6. Joh. Brunnemann. ad l. 1. C. de Reb. credit. & Jurejurand.* Unde Scabini Lipsienses in causa Martin Scheibens zu Hoyerswerda M. Septemb. Anno 1634. pronuntiarunt: Habet Ihr wider Frantz Bodecken Klage erhoben / und nach deme Beklagter seine vorgeschützte Exceptionen beweisen wollen / und solche nicht plenè erwiesen/ist Ihme das Juramentum in supplementũ zu schweren ufferleget worden/ welches er auch würcklichen geleistet. Ob nun wol sonsten wider einen geleisteten Eyd contraria probatio nicht zugelassen: Dieweil aber dennoch solches in deferirten Eyden statt hat/ aber

ber keines Weges auf das Juramentum purgationis oder in supplementum zu ziehen ꝛc. So werdet Ihr auch/ doferne Ihr per Instrumenta de novo reperta nochmahls ein anders außzuführen gemeinet/ damit billig gehöret. V. R. W.

ECLOG. LI.

Ex §. Pœnales. qvoq; 12.

Hodiè absq; speciali venia Parentes in casu Liberorum in Jus vocari possunt.

SUMMARIA.

1. *Veteri Jure Actor propriâ autoritate solus reum in Jus vocare poterat.*
2. *Et obtortô qvidem collô si statim seqvi aut cavere nollet.*
3. *Hanc vim in Parentes aliosve, qvibus reverentia debetur exercere, incivile.*
4. *Ex edicto Pretoris: non nisi ad concessionem Magistratus.*
5. *Aurei sunt Solidi.*
6. *Semper Liberto & Filio persona Patroni & Parentis sancta esse debet.*
7. *Idem in Emancipatis liberis.*
8. *Hodiè Veniæ petitio cessat.*
9. *Sed sufficit autoritas Judicis.*
10. *Et Exceptio, de Venia non impetrata, rejicitur, & litis contestatio injungitur.*

1 Veteri† jure Actor solus nullô adhibitô Magistratus jussu, ejusve Apparitore, Reum in Jus vocare pote-
2 rat, in tantum, † ut eum, si vocatus protinus seqvi aut satisdare nollet, manu injectâ obtortôq;, qvod ajunt, collô, in Jus, seu ad Tribunal Prætoris, trahere liceret, *l. Plerìq; 18. ff. de in Jus vocand. M. Wesenb. ff. Eod. num. 2. ibiq; Henr. Hahn n. 1. cum seq. pag. 190. & seq. in p. r. Rittershus. in Comment. ad L. XII. tabb. class. 3. p. 3. c. 1. §. In Jus vocare H. Treutler. vol. 1. Disp. 4. th. 1. lit. B.*

Qvia verò † hujusmodi vim in 3
Parentum personis, aliisq; qvibus reverentia debetur, exerceri incivile prorsus erat, *l. generaliter. 13. ff. de In Jus vocand.* † Edictô à Præ- 4
tore summâ humanitate propo-

 sitô

sitô, sub pœna L. aureorum id est,
5 † Solidorum, ut Imperator ipse interpretatur *in §. fin.* J. *De pœn. tem. litig.* cautum est, ut non aliter liceat liberis libertisqve Parentes & Patronos in Jus vocare, qvam si id ab ipso Prætore postulaverint & impetraverint, *h. text. n. & d. §. fin.* J. *de Pœn. tem. litig. l. qvid. 4. ac*
6 *l. pen. & ult. ff. Eod.* † Semper enim Liberto & Filio Persona patris ac Patroni sancta & honesta debet videri, propter summum amorem Parentis in Filium, itemq; propter insigne libertatis beneficium, qvod Libertus à Patrono accepit. *l. Liberto. 9. ff. de Obseqv. parent. & patron. præstand.* Ideoqve nullo modo permittendum fuit, ut illas personas temerè in Jus trahere liceret. Joh. *Schneidew. h. n. 130. & seqq.* Joh. *Harppr. h. num. 24.*
7 Qvod † etiam in Liberis Emancipatis obtinere constat ex *l. fin. C. de in Jus vocand. ibid. Barbosa &* Joh. *Brunnemann. Oswald. Hilliger. in Donell. enucleat. libr. 23. cap. 2. lit. X.*

Cæterum hodiernis † moribus 8
hæc Veniæ petitio ab usu & foro recessit, † postqvam indistinctè 9
nemo, nedum in jus vocari multominus violenter privatâ autoritate rapi neqveat, sed sufficit aliqvem autoritate Judicis, ad instantiam Actoris, citari. *Wesenb. d. l. num. 13.* Imò hoc ipso, qvo Judex qvem ad instantiam alicujus citat, venia intelligitur impetrata. *Joh. Schneidewv. h. n. 68.* Siq; Reus hac † 10
exceptione, scilic. non impetratæ veniæ, uti velit, eâ non attentâ litis contestatio ipsi imponitur, *Johan. Zanger. de Except. p. 2. c. 8. num. 30. Habn. d. l. n. 12. p. 195. p. 1. Dn. Carpzov. p. 1. c. 2. def. 26. num. fin.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Mart. Anno 1635. in causa Heinrich Lindners C. Barbaren Lindners zu Naumburg: Daß Beklagte / uf anderweit vorgehende gebührende Ladung / durch Ihren Curatorn zu erscheinen / und bey Strafe Ungehorsams / uf erhobne Klage sich einzulassen schuldig. V. R. W.

ECLOG. LII.

Ex §. Qvadam actiones mistam. 20.

Divisio in Hereditatis, Communi dividundo, ac Finium regundorum Judicio regulariter officio Judicis fieri debet.

SUMMA-

S U M M A R I A.

1. *Actio Familiæ herciscundæ competit heredibus de dividenda hereditate.*
2. *Communi dividundo, quod extra hereditatem commune est.*
3. *Finium regundorum inter confines.*
4. *Nisi aliter convenerit, aut testamento provisum, officio Judicis divisio instituitur.*
5. *Modus dividendi.*
6. *Divisio per sortem fit saltem in subsidium difficultatibus incidentibus.*
7. *De Jure Canonico & Saxonico inter duos heredes, Major dividit, & Minor eligit.*
8. *Ratio hujus Juris.*

1 IN Actione † FAMILIÆ HERCISCUNDÆ heredibus de dividenda hereditate; 2 † COMMUNI DIVIDUNDO iis, qvi extra hereditatis casum qvid com-3 mune habent; & † FINIUM REGUNDORUM confines agros possidentibus, competenti, siqvi-4 dem † inter ipsos conveniri neqveat, aut Testatoris dispositione aliter non provisum, *l. 21. C. Fam. hercisc.* officio Judicis divisio in-5 stituitur: Ita, ut † primùm Æstimatio rerum fiat, *l. Servor. 34. ff. Fam. ercisc.* sive ab ipso judice, sive ab Arbitris divisoriis, consensu omnium interessentium electis, *l. si convenerit. 26. ff. de Re judic. Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 27. def. 4. n. 2.* Postea liberum est Judici, in tribus hisce Judiciis æqvaliter res dividere, & singulas singulis heredibus vel partibus statim adjudicare; Et si in alterutrius personā prægravare videatur adjudicatio, illum alteri in certâ pecuniæ summâ condemnare, *h. text. nostr. & §. Si familia. 4. & seq. de Offic. Judic. A. Perez. C. Famil. hercisc. num. 19. & seqq.* Sin autem hoc fortè propter incidentes difficultates fieri neqveat, Judici Sorte tandem controversiam dirimere permissum est. *l. 5. Famil. ercisc. l. 3. in pr. ibid. Johann. Brunnemann. C. commun. de Legat. Daniel Moller. ad constitut. Elector. 15. p. 3. n. 1. & Dn. Carpz. ibid. defin. 1. n. 5. Dn. Christophor. Philipp. Richter. Decis. 68. num. 6. & seqq. Molin. Disp. 509. Besold. Cons. 85. Pruckmann. volum. 2. Cons. 20. num. 52. Tiraqvell. de Primogenit. Q. 17. opin. 1.* Ita pronuntiarunt Scabini Lipsienses Mens. Octob. Ao. 1599. in causa Dietrichen von Schleinitz zu Zschetten. Ist Euer Bruder unlängsten gestorben/ und hat Euch an einem / und seines Brudern.

Brudern vier Söhne am andern Theil/ zusamt etlichen Gütern nach sich verlassen/ und Ihr seyd Euch mit einander zu theilen und zu vergleichen bedacht/ꝛc. So wird dieselbe Theilung von Euch und Ihnen billig fürgenommen. Und do Ihr euch untereinander derhalben nicht vergleichen köntet/ so wird solche Theilung von der Obrigkeit durch etliche darzu verordnete Commissarien/ so der Güter Gelegenheit am besten kundig/ ufs gleicheste billig vollzogen/ und folgends durchs Loß zwischen Euch und vorgedachten Euren Vettern entschieden. V. R. W.

Qvo casu tamen Officium Judicis prævalet, & divisio per Sor-
6 tem † saltem in subsidium locum invenit, *Daniel Moller. libr. 2. Semestr. c. 27. num. 1. A. Rauchbar. p. 1. quæst. 40. num. 1. Dn. Richter. d. l. num. 7.* Ita JCti Jenenses pronuntiarunt M. April. Ao. 1631. ad reqvisitionem Johannis Schmidt/ Registratoris Ilmensis: Weil die Theilung officio Judicis durch niedergesetzte Comissarien oder Schiedsleute geschehen kan/ ist der ältere Bruder solche mit Hindansetzung anderer Mittel uf das Loß die Theilung stellen zu lassen unverbunden. V. R. W.

7 Qvod etiam † in Foro Saxonico ita observari certum est; cum hac tamen restrictione, ut, si duo tantum heredes, cujuscunq; generis, tempore divisionis supersint, ex communi consvetudine & usu, secundum ordinationem Juris Canonici, *in c. 1. de Paroch.* major natu portiones, qvales vult, constituat. Minor autem, utram velit, eligat. Landr. *lib. 3. art. 29. vers.* Wo zween Mann/ꝛc. *Ibi Gloss. lat. ad text. German. lit. B. Elector Augustus Constit. 15. p. 3. ad eamq; Moller. num. 3. & Dn. Carpzov. defin. 2. & seqq. A. Rauchbar. p. 1. q. 40. num. 5. M. Coler. Decis. 54. num. 2. p. 1. & de Process. Execut. p. 1. c. 3. num. 40. Joh. Schneidevv. ad h. §. num. 64. Wesenb. in Parat. ff. Famil. erciscund. num. 6. ibid; Henr. Hahn. ad num. 7. pag. 455. p. 1. Dn. Richter. Decis. 68. num. 22.* † Æqvissimè sanè. Non 8
enim de cohærede, hoc modo, sed de seipso solo conqveri debet is, qvi portiones inæqvales cōstituit, fratris minoris, ut credibile est, circumveniendi gratia, si fortè is minus perspicax, minorem portionem elegisset. *argum. l. 1. & tot. tit. Quod quisq; Jur. l. 1. in fin. l. 3. in pr. ff. de solut.* Et verò, qvamvis Minor frater, cui optio data fuit, longè pretiosiorem partem elegerit, nemo tamen dixerit, dolo malo qvicqvam ab eo factum videri; Cùm nihil aliud egerit, nisi ut oblatâ conditione uteretur, *l. 2. ff. de*

Opt.

Opt. legat. Dn. Carpzov. d. def. 2. n. 8. & seqq. Ita pronuntiavit Facultas Juridica Jenensis M. Decemb. An. 1630. ad consultationem Johannis Königs zu Blanckenburg: Ist unlängsten eine vornehme Gräfliche Person Todes verblichen / und hat zweene Brüder / auff welche ihr Lehn und Erbe an beweglichen und unbeweglichen Gütern / per successionem ab intestato transferiret worden / nach sich verlassen: Do nun diese beyde Brüder zur Theilung der Lehn- und Erbstücke zu schreiten gemeinet / und dieselbe Güter an dem Orte gelegen / do entweder das Sachsen-Recht üblich und bräuchlich / oder sonst die Art der Theilung also hergebracht: So ist der jüngste Bruder von dem Aeltesten / daß er die Theilung mache / und ihme so dann die Wahl verstatte / zu begehren befugt. V. R. W.

Scabini Lipsienses ita, M. Mart. An. 1628. in causa Jacobi Hermans zu Colleda. Ist euer Vater / ein Bürger des Orts Todes verfahren / und hat euch und euren ältesten Bruder / zusamt einer Erbschafft / nach sich verlassen / &c. So ist gedachter euer ältester Bruder / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / die Theilung zu machen / und euch die Kühr oder Wahl zu lassen schuldig. V. R. W.

ECLOG. LIII.

Ex §. Fuerat antea. 29.

Mulieri, ratione Dotis; præferuntur in concursu Creditores priorem hypothecam, expressam tamen, habentes.

SUMMARIA.

1. De veritate Juris Civilis Mulier ratione Dotis omnibus Creditoribus hypothecariis indifferenter præfertur.

2. Probabile est Imperatorem Mulieribus plenariè consulere voluisse.

3. Hodiè præfertur iis expressa hypotheca antiqvior.

4. Non ita Doti favendum, ut alii inde injuria fiat.

5. Jus uni qvæsitum alterius facto minui non debet.

6. Reprehenduntur Advocati, qvi nonnunqvam solent non receptas in Foro opiniones tueri.

7. Hac consvetudo non observatur in Marchia, Brandenburgensi & Hispania nec ubiqve in Belgio.

1. VIx dubitandum est, † qvod, Veritate Juris Civilis inspectâ, Mulier ratione Dotis, ejusqve Augmenti, omnibus Creditoribus Mariti, sine delectu, an habebant expressam, an tacitam anteriorem hypothecam, necne, indifferenter præferatur; si verba & mentem Imperatoris *hic*, & cumprimis in *l. Assiduis. 12. & Auth. Qvo jure. C. Qui potior. in pignor. hab. Nov. 97. c. his conseqvens. 3. vers. volumus igitur. Nov. 109. cap. 1. l. ubi adhuc. 29. post pr. l. in rebus dotalib. 30. C. de Jure dot.* intueamur. 2. Probabile siqvidem † est, Imperatorem, qvi primus hypothecam tacitam, & simul Jus prælationis Doti dedit, qviq; tot verbis, tot coloribus, mulierum caussam defendit, ipsis plenariè consulere voluisse in *d. l. Assiduis.* Et cùm generaliter loqvatur, anteriorem expressam habentes à dispositione illâ fuisse exceptos, vix tutò affirmari potest, *arg. l. 1. §. Generaliter. ff. de Legat. præstand. Joh. Michael Beuther. de Jure Prælat. p. 1. cap. 35. Joachim. Mynf cent. 4. Obs. 13. num. 3. & seqq. M. Wesenb. ff. Qui potior. in pign. num. 3. Joh. Harppr. h. num. 7. & mult. seqq. M. Berlich. part. 1. concl. 65. num. 5. & seqq. Dn. Carpz. p. 1. c. 28. def. 65. num. 1. & seqq. & Decis. 57. num. 1. A. Perez. C. de Jure dot. num. 19. & tit. C. Qui potior. in pign. num. 22. nec non tit. C. de Privileg. dot. num. 1. Petr. Barbosa. p. 6. l. 1. num. 4. ff. Solut. matrim. ibiq; relati.*

Sed Sanctio hæc Justinianea hodiè usu abrogata est, & ubiqve fermè terrarum, præsertim in Germania, antiqviorem † expressam 3. hypothecam Doti mulieris præferri testatur *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 8. def. un. Sichard. in l. 12. C. de Jure dot. num. 18.* Æqvitatis saltem ratione habitâ: Nec † enim ita 4. Doti favendum, ut aliis injuria fiat, *cap. ex tenore. 11. X. de Foro compet.* † Nec jus uni qvæsitum al- 5. terius facto deminui debet, *l. 2. §. merito. 10. junct. §. si qvis à Principe. 16. ff. Ne qvid in loc. publ. l. 2. C. de Precib. Imperat. offerend. Dan. Moll. ad Constit. Electoral. 28. p. 1. num 33. A. Rauchbar. p. 2. q. 30. num. 4. & seqq. M. Wesenb. in parat. d. n. 3. Joh. Schneidew. h. num. 57. & seq. M. Coler. p. 1. Decis. 57. n. 6. & p. 2. Decis. 270. num. 1. Et de Process. Execut. p. 1. c. 2. num. 219. Oswald. Hillig. in Donell. Enucleat. lib. 15. cap. 7. lit. G. & H.* A qvâ Opinione in Camerâ Imperiali nunqvam fuisse recessum testatur, *A. Gail. 2. obs. 25. num. 10.* Hancqve observantiam notatu dignam monet *Sichard. d. l.* contra † Advocatos vel Dd. qvi 6. solent nonnunqvam Singulares & in Foro non receptas sententias tueri.

tueri. Eamqve disertè confirmavit Saxo Illustrissimus in Provinciis sui Electoratus *d. Constit. 28. p. 1. vers.* Allen andern Gläubigern. *& in Ordinat. Judic. tit. 43. pr.* Repetiturqve *in Ordinat. Judic. Magdeburg. c. 50. memb. 2. princ Dn. Carpzov. ad d. Constit. 28. def. 64. num. 3. & seqq. cum def. 65. & lib. 4. Resp. 26. num. 1. & seqq. nec non d. Decis. 57. n. 2. & seqq. & in Tract. de Onerib. Feudi, Decad. ult. posit. 7. M. Berlich d. Conclus. 65. num. 3. & 4. Georg.* Schultz/ *in Synops. hic. lit. II. Dn. Christophor. Philipp.* Richter / *Tract. de Jure & privileg. Creditor. c. 3. Sect. 1. num. 7. & num. 48. & seqq. Joh. Brunnemann. ad d. l. Assiduis. C. Qui potior. in pign.* Ubi etiam hanc Consvetudinem allegat, excipiendo † tamen Marchiam ElectoralemBrandeburgicam, ubi Dotem Creditoribus omnibus, etiam expressam hypothecam anteriorem habentibus præferri testatur. Et dictam consvetudinem non in Belgio præterqvam sub Districtu Antverpiensi, multòqve minus in Hispania practicari tenent, *Johan. Uffelius ad Covarruv. l. 1. variar. c. 7. A. Gomez. ad LL. Tauri. 53. n. 39. A. Perez. C. d. tit. num. 22.*

7.

Ita responderunt JCti Jen. M. Novemb. An. 1658. Petro Müllern/ Qvæstori Ronneburgensi. Uff eure an uns gethane Frage / darüber ihr Euch des Rechten zu berichten gebeten/sprechen wir vor Recht: Seind zu Linda/in eurem anbefohlnen Ampte / zwo Wittiben wohnhafft / derer Mäñer beyde Jacob Gerhold geheissen / darunter die ältere bey der jüngern/ neben ihren Kindern 200. fl. zu fodern / so ihrem Manne sel. Jacob Gerholden dem ältern von seinem abgelebten Bruder/ Hansen Gerolten dem ältern / des längst-verflossenen 1608. Jahres / durch ein Testament legiret und vermachet. Nachdem aber gedachter Hans Gerolt ohne Leibes-Erben verstorben/ uñ Jacob Gerolt der jüngere seine Güter angenommen/und den ältern Jacob Gerolten wegen seiner 200. fl. contentiren uñ befriedigen sollen / hat er dieselbe abzutragen nicht vermocht / sondern zinßbar bey sich behalten / die Zinsen in seinem Leben vor sich / wie auch / nach seinem Tode/seine nachgelassene Wittib etzliche Jahr nach einander richtig gemachet / biß sie nunmehr/ mit eingefallener aller Welt bekandten Kriegs-Unruhe/auch ungeachtet des ältern Jacob Gerolts Wittib / nach ihres Mannes tödtlichen Hintritt / um richtigmachung Capitals und vertageten Zinsen vielfältig gemahnet/ geklaget/ und Hülffe ausgewircket/ins 14. Jahr/neben dem Capital stecken blieben. Do nun die junge Gerholdin gnugsam beschei-

nigen und beybringen kan / daß sie zu ihrem Mann 800. fl. gewendet / und dargegen des Mannes Güter anitzo in schlechtem Werth / und bey weiten so viel nit würdig / als berührtes ihr Einbringen austragen thut / so wird sie mit solchem eingebrachten Gut nicht allein der alten Geroltischen Wittib / als welche / angezogenes Legati halber / nur eine stillschweigende rechtliche hypothec un̄ Unterpfand vor sich anzuziehen hat / sondern auch allen andern ihres Mannes Gläubigern; so nicht ältere ausdrücklichen Verpfändung haben / in der Zahl billig vorgezogen; Dahero sie sich auch an ihres Mannes Gütern allein zu halten berechtiget. V. R. W.

Similiter Scabini Hallenses M. Novemb. An. 1655. ad reqvisitionem Mariæ Jacobi Kuntzens relictæ viduæ zu Eisleben: Ob ihr wol / wegen eures durch num. 2. 3. und 4. beweißlich eingebrachten Guts / von Zeit des Einbringens / allen und iedē eures Mannes Gläubigern / so nicht ältere ausdrückliche Verpfändung haben / nicht unbillig vorzuziehen seyd; Jedennoch aber und doferne etliche eures Mannes Gläubiger / nach vorgedachtem euren würcklichē Einbringen / allbereit eine ausdrückliche und zu Recht beständige Verpfändung in eures Mannes Gütern erlanget haben solten. So möget auch ihr solchen ältern Gläubigern mit eurem eingebrachten Gut nicht vorgezogen werden. V. R. W.

Ut & Scabini Lipsienses M. Jul. An. 1632. in causa Hansen Georgens von Stentzsch / zu Prittag. Als Ihr uns ein Verzeichnüß etlicher prioritätischen Gläubiger / beneben fünff unterschiedenen Fragen zugeschicket / und euch / ꝛc. D. S. W. und anfänglichen auff eure erste Frage / V. R. Ist im verwichenen 1626. Jahre Hans George von Lest Todes verfahrē / un̄ hat unterschiedene viel Schulden hinter sich verlassen / ꝛc. Zum andern / und auf eure andere Frage / S. W. Ist des Schuldners Eheweib ein Jahr nach ihrem Ehemann auch verstorben / und hat ihre Kinder / zusammt ihrem Ehe-Gelde / Paraphernal Gut / Gegen-Vermächtnüß und andere weibliche Gerechtigkeit / so sie in des Mannes Gütern wieder zu fodern / berechtiget gewesen / nach sich verlassen / N. m. i. r. f. So hat sie berührt Eh-Geld und alles andere auf gedachte ihre Kinder bracht / und verfället. Sie treten in der Verstorbenen ihrer Mutter Recht / und werden wegen des Ehe-Geldes vor allen andern Gläubigern / so kein älter außdrücklich Unterpfand vor ihrer Mutter in des Verstorbenen Gütern erlanget / des Paraphernal-Guts aber unter denen hypothecarien / in der Ordnung / wie Sie ihr stillschweigend Unterpfand erlanget / des Gegen-

gen-Vermächtnüß Morgen-Gabe und Mustheils aber/woferne sie desselben wegen keine hypothec außbracht/unter denen Chirographarien billig befriediget/ ꝛc. Zum vierdten und auf eure vierdte Frage/S. W. hat George von Unruhens Hausfrau / als des Schuldners/ Hans George von Lests Schwester bey ihme 3000.fl. Außstattungs-Gelder zu fodern gehabt/ und derowegen auf denen Gütern / ehe er sein Eheweib geehliget/eine ausdrückliche hypothec erlanget/ N.m.i.d.Beylage/ v.e.f. so werden ihr berührte 3000.fl. vor des Schuldners Eheweibe Ehe-Geld billig bezahlet. V.R.W.

ECLOG. LIV.

Ex d. §. 29. VERS. Præferri autem.

Privilegium Dotis, soli Uxori & liberis ejus, non etiam Heredibus Extraneis competit.

SUMMARIA.

1. *Privilegium Dotis est personalissimum.*
2. *Nec transmittitur in heredes extraneos.*
3. *Ubi persona locum facit beneficio, deficiente eâ, deficit beneficium.*
4. *Non tamen à Dotis successione excluduntur liberi.*
5. *Ob sangvinis connexitatem cum Matre.*
6. *Qua non gaudent Liberi ex alio Matrimonio procreati.*
7. *Tenet successio liberorum in Dote, licet Mater mortua fuerit, & Pater Novercam superinduxerit.*

1. SOlius † Mulieris providentiâ Privilegium Dotis inductum esse, inqvit Imperator *hic.* Unde concludimus, id esse personalissimum, soli mulieri competens, *arg. text. in l. Assiduis.*
2. *12. C. Qui potior. in pign.* † nec in heredes extraneos Collaterales & Adscendentes transmitti, *l. Privilegia. 196. ff. de R. J. l. 12. & 13. ff. Solut. matrim. l. un. C. de Privileg. dot. Nov. 91. in princ.* † Nam ubi 3.
persona locum facit beneficio, deficiente eâ, deficit qvoqve beneficium, *l. In omnibus. 68. ff. de R. J. Johann. Schneidew. h. nu. 68. & seq. H. Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. 7. lit. B. Jacob. Cujac. in parat. & Joh.*

Brunnemann. in Comment. ad L. Un. C. de Privileg. Dot. Dn. Carpz. p. 1. c. 28. def. 95. num. 1. & seqq. nec non Lib. 2. Resp. 59. num. 9. A. Perez. C. de his qui potior. n. 22. & tit. C. de Privileg. Dot. num 2. Pensold. in addit. ad Coler. Decis. 260. num. 19. Ubi tamen Patrem in casu, qvando vivente filiâ dotem repetit, cum aliis ibid. relatis excipit.

4. Sub hac tamen exclusione non comprehenduntur Liberi mulierum; Hi enim non tàm hereditario, qvàm sangvinis & connexitatis jure ex persona Matris, cui arctissimè sunt conjuncti, dotem maternam repetunt, ac ob id eodem privilegio gaudent, ex constitutione Imperatoris in *d. l. Assiduis. 12. §. Exceptis videlicet. C. Qui potior in pign. & Nov 91. Ordinat. Judicial. Magdeburg. c. 50 memb. 2. §.* Was aber ꝛc. *Joh. Schneidew. h. num. 68. & seq. A. Neguzant. tract. de Pignorib. p. 2. memb. 4. n. 111. & seq. M. Berlich. p. 1. Concl. 65. num. 89.* Richter *de Jur. & Privileg. cred. d. Sect. 1. num. 83. A. Perez. C. de Jure dot. n. 23. & C. de Privil. dot. num. 2.* Ita respondit Facultas Juridica Jenensis M. Februar. Anno 1618. ad reqvisitionem Georgii Bernsteins zu Arnstadt: Wañ gleich das außdrückliche Unterpfand und darüber erlangte Consens des Lehn-Herrn cassiret und aufgehoben: So haben doch Johann Grubers Kinder erster Ehe in andern seinen allodialien / wegen ihrer Mutter Einbringens / und so ferne gemeldte Kinder damit durch den Todes-Fall der Mutter befället / eine tacitam hypothecam / welche sich in den Dotalien von Zeit des mit dem ersten Weibe beschrittenen Ehebettes angefangen. Ob aber wol ein Weib / oder ihre hinterlassene Kinder / wenn dieselbe in concursu Creditorum dotem zu fodern berechtiget / allen des Mañes Gläubigern / so nicht ältere außdrückliche Verpfändung haben / vorgezogen werden / ꝛc.

In simili responderunt Scabini Lipsienses M. Novemb. An. 1635. In causa Hansen Jeckens zu Dreßden: Hat eures Mündleins Ursulen / Hansen Schmids hinterlassenen Töchterleins Mutter / gedachtem ihrem Ehemanne / als Sie ihn Anno 1618. geheyrатet / eilffhundert Gülden zum Heyrath-Gute zugebracht / mit demselben in stehender Ehe sechs Kinder gezeuget / davon erstlich ein Kind / folgends die Mutter / hernacher 2. Kinder / nach solchem der Vater / und denn nach ihme wiederum 2. Kinder alle an der Pest Todes verfahren / also daß von diesen 6. Kindern mehr nicht / als obgedachtes Euer Mündlein übrig verblieben. Und es hat sich zu Eures Mündleins Väterlichen Verlassenschaffe ein

ein Concursus Creditorum ereignet. Ob nun wohl unter andern auch eine Vormundschafft/ so der Vater/ ehe Er das Weib/ Eures Mündleins Mutter/ geheyrathet / auf sich gehabt/ sich befinden thut: Dieweil aber dennoch Eures Mündleins Mutter/ wegen ihres eingebrachten Heyrath-Guts / ex personali privilegio ein solch Jus prælationis, mit welchem Sie auch denen Gläubigern / die vor Ihr stillschweigende Verpfändung erlanget / vorgehen können / in des Mannes Gütern gehabt / welches Sie auf ihre überlebende Kinder / und unter denselben auch Euer Mündlein gebracht / so wird dasselbe seines Mutter theils vor den Rest / welcher auß einer Rechnung de Anno 1626. in obgedachter Vormundschaft noch zu entrichten seyn möchte / billig befriediget. In denen Schwesterlichen Erb-Foderungen aber/ weil dergleichen Recht auf die Seitwarts-Linien nicht kan gebracht werden / mag dasselbe offt gedachtem Vormundschaffts-Rest nicht vorgezogen werden. V. R. W.

6. Sub nomine † tamen Liberorum, liberi solummodò ejusdem Matrimonii, non ex alio procreati intelliguntur. Siquidem Privilegium hoc non Jure hereditario, sed Jure filiationis defertur, *Johan. Schneidew. h. num. 69. vers. ubi subjicit. Henning. Gœden. Consil. 100. num. 4. vers. Sed competit. Anth. Neguzan. d. memb. 4. num. 95. Bald. Novellus tract. de Dote. pag. 12. q. 3. num. 9. M. Berlich. d. concl. 69. num. 92. & seq.*

Nostraq; † Assertio obtinet non tantum, si Mater Vidua post obitum Mariti discesserit, sed etiam si defunctâ prius Matre Maritus Novercam superinduxerit, propter generalitatem, *d. d. text. Dn. Carpzov. p. 1. const. 28. def. 96. & seqq. Et lib. 4. Resp. 22. num. 5. & 6. nec non lib. 6. Resp. 59. n. 9. H. Treutl. vol. 2. Disput. 24. th. 7. lit. B. ibiq; Hunnius in Resolut Quæst. 50.* Ita responderunt Scabini Lipsienses M. Majo Anno 1632. in causa Lucæ Schülers Kinder erster Ehe zu Mühlberg: Haben eure Mündlein auß gemeiner Erbschafft ihrer Mutter-Theil ex bonis dotalibus zu fodern/ etc. So werden sie desselben für der Wittiben / als des Weibes anderer Ehe einbringen/ und allen andern Gläubigern/ so in ihres Vatern Gütern kein besser Recht und älteres außdrückliches Unterpfand erlanget billig befriediget. V. R. W. 7.

ECLOG.

ECLOG. LV.

Ex §. In bonæ fidei. 30.

Neqve in Deposito, neqve in Commodato admittitur Compensatio.

SUMMARIA.

1. *Tam in stricti juris, qvàm bonæ fidei Judiciis compensatio fit ipso Jure.*
2. *Compensatio etiam contra Fiscum locum habet.*
3. *Fallit in Debitoribus pecuniæ, qvæ redigitur in Alimenta Civitatis.*
4. *Qvænam illa?*
5. *Cura alimentorum est præsens & momentanea.*
6. *Nec debitor Tributorum compensat.*
7. *Compensatio saltem in qvantitatibus, qvæ inter se mutuam functionem recipiunt, locum habet, non in speciebus.*
8. *Finis Depositi est, ut eadem species reddatur.*
9. *In Deposito cessat compensatio.*

OLim in JUDICIIS BONÆ FIDEI ipso Jure locus erat compensationi, in STRICTIS non erat, nisi postea ex Constitutione Divi Marci, oppositâ Doli mali exceptione, *h. §. & l. qvi non militabat. 78. in prin. ff. de Hered. instit. l. Nesennius. 22. circa princ. ff. ad L. Falcid. l. si opera 6. & l. dolo facit 8. ff. de Doli mal. & met. except. l. in condemnatione 173. §. ult. ff. de R. J.* Justinianus autem omne hoc discri-
1. men sustulit, voluitqve tam † in Strictis Actionibus, qvàm Bonæ fidei Judiciis compensationem ipso jure fieri, *hic & in l. ult. Cod. de Compensat. Joh. Schneidew. h. n. 6. & 27. Vultej. h. num. 2. & seq. Joh. Harppr. h. n. 2.*

Utuntur † ergò Debitores Compensatione adversus qvoscunqve Creditores, etiam Fiscum, *l. Aufertur. 46. §. Fiscus 3. ff. de Jure Fisci* ejusdem nim. Stationis sive Administrationis, *l. 1. ibiqve & ad l. 3. Joh. Brunnem. C. de Compens. Peregr. de Jur. Fisci. lib. 6. tit. 7. n. 15.* † Exceptô eô, qvi Debitor est pecuniæ, qvæ redigitur in Alimenta Civitatis, † id est, Qvæ Civitas publicè præstat Principibus, Xenodochiis 4.
&

& similibus locis: Idqve ex Favore Alimentorum & Piarum causarum constitutum est, qvorum cu-
5. ra † est præsens ac momentanea, ut loqvitur JCtus in *l. pecuniæ 8. ff. de Alim. legat. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 23. def. 7. num. 1. Joh. Zanger. de Except. p. 3. c. 8. nu. 28.* & in genere Compensationi non subjacet, *Surd. de Aliment. tit. 8. privil. 53. num. 5. & tit. 7. q. 10. num. 8. Barbos. ad d. l. 3. C. de Compensat. Dn. Carpz. p. 1. const. 8. def. 9. Roman. Singul. 551. Trentacinq. lib. 3. tit. de Compensat. Resolut. un. num. 16. Wesenb. in C. de Compens. n. 12. Phanuc. de Lucro dot. Gloss. 8. n. 77. in f. Joh. Brun-*
6. *nemann. ad d. l. 3. C. de Compensat.* † Qvemadmodum etiam Debitor Tributorum adversus Fiscum vel Civitatem compensare neqvit, *l. Aufertur. 46. §. Qui compensationem. 4. ff. de Jure fisc. l. 3. C. de Compensat. Henr. Hahn. ad Wesenb. parat. ff. de Compensat. num. 10. §. Casus in qvibus. p. 577. & seq. in p. 1. Florez. Diatz. lib. 2. q. 21. nu. 164. Joh. Brunnem. ad d. l. 3. C. de Compensat.* Ubi IX. casus, in qvibus compensatio locum non habet, recenset, *Johann. Schneidew. h. nu. 52. Joh. Zanger. d. l. num. 26. D. Carpz. p. 1. const. 8. d. 9. num. 3. & seqq.*
7. Deinde † Compensatio tantummodò in Qvantitatibus, qvæ inter se mutuam functionem recipiunt, non verò in Speciebus locum habet, *l. si convenerit. 18. in pr. ff. de pignor. action. l. si non sortem. 36. §. Si centum. 4. ff. Eod. tit.* Cum igitur † finis Depositi sit, ut 8.
res Solius custodiæ causâ depositi deponenti, cum reposcet, omninò reddatur, *l. Bona fidei. 31. ff. Depos.* iniqvum † esset, rebus deposi- 9.
tis aliqvem defraudari prætextu compensationis, *h. text. n.* atqve ita contractum, qvæ ex bonâ fide oritur, ad perfidiam retrahi, *l. fin. C. de Compensat. l. pen. C. Deposit. c. ult. X. de Deposit. Johann. Schneidew. h. num. 50. Joh. Borchold. tr. de Compensat. cap. 4. Coppelius d. tract. c. 7. n. 12. & seqq. Joh. Harppr. h. n. 30.* In tali igitur casu Scabini Lipsienses M. Nov. An. 1635. Prætorio Lipsiensi ita responderunt: Auf Exception, und eingebrachte fernere Schrifften in Sachen der Anwälde Hansen Christophs von Lauterbach und Consorten / Kläger an einem / Hansen Anshelms Beklagten andern Theils/ E. W. Richter und Beysitzere des Stadt-Gerichts zu Leipzig / auf gehabten Rath der Rechts-Gelehrten/ vor Recht: Daß Kläger seine Person zur Nothdurfft legitimiret. Derowegen Beklagter / seines Vorwendens ungeacht / auf die erhobene Klage zu ant-

 worten/

worten/und sein Brieff und Siegel/ wann es ihme in originali vorgelegt wird/ gebührlich zu recognosciren schuldig. W. N. W.

ECLOG. LVI.

Ex §. Curare autem 32.

Sententia sub conditione incerta non subsistit.

SUMMARIA.

1. *Non valet Sententia, in qva certa res vel qvantitas non est expressa.*
2. *Ad officium Judicis pertinet, lites dirimere.*
3. *Lites per sententiam incertam & ambiguam conseruntur.*
4. *Etiamsi de incertâ summâ actum sit, Judex tamen certam rei sententiam ferre debet.*
5. *Certa dicitur sententia, qvæ demonstrat rem certam per relationem.*
6. *Vel cujus qvantitas determinata est ex ipso jure & legibus.*
7. *Paria sunt, esse per se certum, vel per relationem.*
8. *Sententia non subsistit, donec certum sit factum.*
9. *Prius liqvere debet, de qvo pronuntiandum.*
10. *Valet conditionalis sententia, qvæ potest purificari in continenti.*
11. *In continenti fit, qvod fit intra spatium sex septimanarum & trium dierum.*
12. *Vel anteqvam Judex ad actus extraneos divertat.*
13. *Valet sententia sub conditione, si reus vel testes juraverint.*
14. *Valet incerta petitio & sententia in Judiciis universalibus.*

1. IPso jure † non valet sententia, nec rei judicatæ autoritatem habet, in qva certa res vel qvantitas prorsus non est expressa *l. pen. & ult. ibid. Joh. Brunnemann. C. de Sentent. qvæ sine cert. qvant. profert. l. in Sententiis 95. ff. de Re judic. Johann. Harppr. h. num. 3. P. Barbosa p. 1. Rubr. ff. Solut. matrim.*
2. Nam † maximè pertinet ad officium Judicis, lites dirimere, suâq; Sententiâ controversiis finem imponere, *l. Qvidam existimaverunt 21. ff. de Reb. credit. l. Pomponius. 13. §. Recepisse 2. ff. de Recept. qvi arbitr. l. 1. ff. de Re judic.* Non verò finem imponit controversiis, sed† magis 3.
lites conserit, qvi sententiam profert incertam, obscuram vel ambiguam, *Harppr. d. l.* Qvare Imperator

tor noster *h. § n.* mandat Judicem
4. † curare debere, ut in omnibus Actionibus, qvatenus id fieri possit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat, etiamsi de incertâ summâ actum sit, *Joh. Faber. h. tot. tit. C. de Sentent. qvæ sine certâ qvantit.*

Planè certam dicimus sententiam non solùm eam, qvæ verbis certam rem, aut qvantitatem sive summam exprimit, ut si dicat Judex; Condemno Titium in 100.
5. aureos: Verum etiam, † qvæ rem summámve non habet disertè expressam, sed tamen demonstrat per Relationem ad locum certum, ubi ea res aut summa, in qvam fit condemnatio, continetur. Et ideò subsistit Sententia, si Judex ita pronuntiet: Condemno Titium ad solvendam qvantitatem, libello petitam *d. l. in Sententiis. 59. §. 1. ff. de Re judic.* Idemq; est, si Judex condemnet: Semproni, qvod habes ex Testamento vel Codicillis Mævii, restitue Titio; Modò appareat postea certa qvantitas testamento vel codicillis relicta, *l. Ait Prætor. 5. §. 1. f. d. tit.* Sic subsistit
6. † etiam Sententia, si qvantitas non determinata constet ipso jure & Legibus v. g. Condemno te, ut Titio solvas 100. cum usuris futuris à tempore mane computandis. Nam licet qvantitas hîc non exprimatur, intelligitur tamen eadem ex Jure ipso, *l. 1. C. d. t ibid. Joh. Brunnem.* † Paria enim sunt, 7.
aliqvid esse per se certum, vel per relationem ad aliud, *l. hæc venditio 7. §. pen. ff. de Contrah. emt. l. ubi autem. 75. §. Si qvi vinum. 5. ff. de V. O. Asse toto 77. ff. de hered. instit. Harpprecht. h. n. 7.*

Cui conseqvens est, † etiamsi 8.
sententia sub incertâ conditione non subsistat, sed necessariò expectandum sit, donec sciatur, qvid in facto certum sit, priusqvam ad Sententiam deveniri possit, *l. 3 & 4. C. de Sent. qvæ sin. cert. qvant. l. 1. §. biduum. ff. Qvand. appel. sit & intr. qvæ temp. l. qvi testamento 37. ff. de Excus. tutor. l in sententiis. 59. ff. de Rejudic. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 10. def. 1. num 14* † Siqvidem 9.
prius liqvere debet id, de qvo est pronuntiandum; Qvô non observatô, ordo Juris & solennitas Judiciorum intervertitur, côtra *l. Probatam 4. C. de Sentent. & interloc. omnium judicum:* † Valere tamen 10.
Conditionalem, si qveat purificari in continenti, *H. Pist. obs. 119. n. 7.* hoc est intra terminum probationi præfixum: Cum & † in Foro 11.
Saxonico id fiat in continenti, qvod fit intra spatium sex Septimanarum & trium dierum, *M. Coler. de Process. Execut. p. 4. c. 2. n. 10. A. Rauchbar. p. 2. q. 25. num. 104.*
† vel saltem anteqvam Judex ad 12.

actus extraneos divertat, *Paul. de Castro. in l. Continuus. ff. de V.O.H. Pist. d. obs. 119. num. 41. Dn. Carpz. p. 1. const. 26. def. 10. num. 9.*

13. Omninò ergò † valet sententia à Judice lata sub conditione, si Reus vel testes juraverint; Prout Praxis qvotidiana docet, & convenit cum textu expresso *in l. Generaliter. 12. in fin. princ. C. de Reb. credit. H. Pist. d. l. n. 7. Vant. de Nullitat. tit. de Nullit. sentent. ex defect. process. num. 111. Dn. Carpzov. d. Const. 26. def. 9. num. 4. & 5.* Unde casu ita contingente in causa die Plötzerische Erben (Dietrich Schöcks zu Leipzig/) Mense Jun. An. 1632. Scabini Lipsienses sic pronuntiarunt: Würde Kläger/ wie recht erweisen un̄ beybringen / daß nicht allein die sub 28. Maji Anno 1612. außgeantwortete Obligation, sondern auch die darunter verzeichnete gehaltene Abrechnung / und also das fol. 3. Actorum befindliche gantze Document, von der Beklagten Vater gerichtlichen recognosciret worden; So wären Beklagte / Inhalts vorigen Urthels/ die gefoderten 640. Thlr. bey Vermeidung der Hülffe/ nochmahls zu zahlen schuldig/ V. R. W.

14. Certè in Judiciis † Universalibus, uti admittitur incerta petitio in Libello, ita etiam sententia, per *l. 7. in fin. ff. Quand pars hered. petat. A. Gail. 1. obs. 168. n. 2. & seqq. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 23. th. 4. lit. A. Dn. Carpz. d. l. p. 1. c. 26. def. 8. in fin. Joh. Brunneman. d. tit. C. de Sent. qvæ sine cert. qvant.* Propterea Scabini Lipsienses M. April. An. 1622. in causâ M. Antonii Kruppachs zu Pirna ita pronuntiarunt: Habt ihr Melchior Wendelern wegen einer Erbschafft in Anspruch genommen / auch so viel erhalten / daß Beklagten nicht alleine die Erb-Stücke/ sondern auch die eingehobne Früchte euch abzustatten ufferleget worden. Deswegen sich aber Beklagter/ weil der eingehobnen Früchte in dem Klag-libell außdrücklich nicht gedacht worden/ höchlich beschweret befindet. Ob nun wohl sonsten allwege die Sententia dem Klag-libell gemässe seyn muß/ dergestalt daß der Richter ein anders oder auß einer andern Ursache/ als in dem Klag-libell gesetzt und gebeten/ zu verabschieden / und Beklagten zu vertheilen nicht befugt: Dieweil ihr aber dennoch / ausser Zweiffel/ nach Gestalt dieser Sachen / als in einem Judicio Universali, auch uff die eingeschobene Früchte in der Klage euer Absehen gehabt/ auch sonsten in Petitione Hereditatis wegen der Früchte/ ob gleich solche außdrücklich nicht gebeten/ erkandt werden mag/ M. m. i. e. f. So ist auch vorgedachter Abschied zu Rechte beständig / und mag in der Leuterung nicht geändert werden. V. R. W.

ECLOG.

ECLOG. LVII.

Ex §. Si qvis agens. 33.

Pœna plus petentium in usu hodiè non est.

SUMMARIA.

1. *Actor in libello certum petere debet.*
2. *Minus petere potest impunè.*
3. *Plus petitur vel re, vel tempore, vel loco, vel causa.*
4. *Plus petens olim totâ causâ cadebat.*
5. *Novo jure, tempore plus petens sumtus litis amittit, & debitori inducias duplicare tenetur.*
6. *In reliquis plus petitionibus actor Reo omne damnum in triplo resarcit.*
7. *Jure Canonico & moribus hodiernis, rei tantùm absolvuntur ab instantia, cum refusione expensarum.*
8. *Laudatur humanitas Claudii.*
9. *Si qvis tamen dolo malo plus à Debitore exegerit, toto debito frustratur.*
10. *Nisi ante litem contestatam pœnituerit.*

1. UT Judex † certam Sententiam ferre possit, Actoris est, certam in Libello peti-
2. tionem complecti. † Sanè minus petere Actori integrum est, & sine periculo, id est, sine ulla pœna adversario præstanda, *§. si minus 34. ibid. Joh. Harppr. n. 1.* Et
3. † contra, caveat Actor, nè plus vel re, vel tempore, vel loco, vel cau-
4. sâ petat; Secus enim faciens † olim totâ causâ cadebat *h. §. n.* Qvæ pœnæ durities ad coërcendas Actorum temerarias Vexationes & calumniandi technas tum temporis necessaria videbatur, *arg. tit. de Calumniator. & plus petent. in Cod. Hermogenian. Joh. Harppr. h. n. 3.*

Qvia autem hoc Jus nimiam subtilitatem ac severitatem in se continebat, Imperatores Zeno & Justinianus, *Ille in l. 1. C. de Plus petit. Hic in l. 2. C. Eod.* (qvas leges injuriâ temporum & incuriâ Librariorum amissas, restituit hodiè ex Basilicis *Cujac. lib. 12. Observ. c. 21.*) valdè illud mitigarunt; Et constituit Zeno, † de tempore, ut 5.
is, qvi plus tempore petit, sumtus litis amittat, atqve inducias Debitori duplicare teneatur, *h. text. n. & §. Temporales. 10. vers. Hodiè J. de Except.*

6. *Exception. l. 1. C. de Plus petit.* † De reliqvis tribus modis plus petendi, Re scil. Loco & Causâ, Justinianus statuit, ut plus petens omne damnum, qvod Reus ex ea plus petitione senserit, triplo resarcire obligetur, *h. text. n. & §. Tripli. 24. sup. h. t. l. 2. C. de Plus petit. Mynf. h. n. 2. & 7. Joh. Schneidew h. n. 2. & 6. Joh. Zanger. tract. de Except. p. 2. c 9. n. 7. 8. Johann. Harppr. h num. 25. A Perez. C. de Plus petit. n. 3.*

7. Verùm † de Jure Canonico & Moribus hodiernis etiam hæ pœnæ à foro recesserunt, & Rei, in tali casu plus petitionis, solummodò absolvuntur ab Instantia & observatione Judicii, ac simul condemnatur Actor ad refusionē expensarum, reservato ei jure, denuo agendi post evenientiam diei vel existentiam conditionis, *c cum ab omni. 10. X. de Vita & honest. Clericor. c. un. de Plus petit. A. Perez. C. de Plus petit. num. fin.* Qvod & in Foro Saxonico ita practicatur, *Christoph. Zobel. p. 4. Differ. Jur. Civ. & Saxon. 11. num. 8 Coler. Decis. 265. n. 3. & de Process. Executiv. p. 2. c. 3. n. 109. & seqq. & p. 4. c. 3. num. 15. & 16. Et in Comment. ad d. cap. un. de Plus petit. num. 16. Georgius* Schultz/ *in Synops. h. lit. X. & Y. Dn. Carpz. p. 1. const. 3. def. 12. n.*

8. *6.* † Ac in hoc seqvimur Humanitatem Claudii Imperatoris, qvi *teste Svetonio*, semper Eum restituebat, qvi plus sua intentione petierat, refusis expensis prioris instantiæ vel litis, *Rebuff. in Proœm. Constit. reg. Ripa in notis Juris Belgici ad h. t.* Cæterum † si qvis majorem debito cautionem à Debitore dolo malo exegerit, & Reum ad Judicium vocaverit, toto debito, si Machinationis convincatur, frustratur; † nisi calliditatis ante litem contestatam eum pœniteat, *l. fin. C. de plus petit. ibiq; Sichard. Johann. Brunnemann. A. Perez. n. 4. Johann. Zanger. d. c. 11. n. 11. Coler. ad l. un. de Plus petit. n. fin. Joh. Harpprecht. h. π. n. num. 5 & num. 28.* Nec enim ita Pœnitenti imputari potest, plus eum petiisse, sed tantum petere voluisse, *l. 15. ff. Rem rat. hab. Perez. d. l.* 9. 10.

Atq; ita responderunt Scabini Lips. M. Mart. A. 1662. ad Consult. M. Christiani Caroli Mylii, Advoc. ordinar. zu Magdeburg. A. e. a. v. g. f. f. w. Ist Johann Kirchhoff/ Seyden-Krahmer zu Magdeburg/ Johann Alberten/ Handelsmannen in Hamburg 206. Thl. schuldig: Und als er ihme 100. Thl. durch Wechsel hat bezahlen lassen/ hat Gilbert dennoch Kirchhofen vor seiner Obrigkeit zu gedachtem Magdeburg auf die gantze Post der 206. Thl. belanget/ und auf seine Güter arest gesuchet.

In

In termino wird Gilberts Mandatario von Kirchhofen Exceptio Insufficientis Mandati opponiret/ ihme auch/ solchem nach/ vom Richter aufferleget/ ein anders zu schaffen. Mitlerzeit schreibet Kirchhoff an zwo Personen in Hamburg/ und lässet Gilberten der bezahleten 100. Th. wegen besprechen; Da er dann solches erstlich nicht gestehen wollen/ iedoch endlich dennoch eingeräumet/ daß ihme 100. Thaler abgetragen. Nichts desto weniger giebet Gilbert ein ander Mandatum seinem Gevollmächtigten auf 206. Thaler/ welcher auch/ biß auf die litis contestation, bey solcher Sum̃a verharret. Als ihr ihme aber nach derselben Exceptionem Plus petitionis Re ex dolo opponiret/ hat er das qvantum geändert/ und alleine 106. Thaler gefodert/ darein auch Beklagter samt den üblichen Interessen und Unkosten vertheilet/ und die wider den gegebnen Bescheid eingewandte Leuterung vom Judice rejiciret worden. Ob nun wohl sonsten/ nach Verordnung der gemeinen beschriebenen Käyserlichen Rechte/ der jenige/ so interveniente dolo mehr fodert/ als ihme gebühret/ der gantzen Schuldfoderung sich verlustig machet: Dieweil aber dennoch der Creditor pœnitiret/ so ihme ex æqvitate Canonica, auch nach beschehener litis contestation nachgelassen und zu statten komt; Hierüber die Pœna plus petitionis durch widrige Observantz/ sonderlich an denen Orten/ wo das Sachsen-Recht eingeführet/ abkommen/ N. m. i. e. f. So verbleibet es auch bey dem gegebnen Bescheide nachmahls billig/ und hat sich der Beklagte mit angeregter Exception nicht zu behelffen. V. R. W.

ECLOG. LVIII.

Ex eodem §.

Bona Debitoris, qvando periculum in mora est, etiam pendente conditione, arestari possunt.

SUMMARIA.

1. *Ex instrumento non habente vitium visibile, executivè agi potest.*
2. *Ex habente conditionem vel diem, qva non venit, agi neqvit.*
3. *Nisi periculum sit in mora.*
4. *E. G. Qvando ante diem Debitor facultatibus labi incipit.*
5. *Tunc arestum conceditur.*
6. *Ad conseqvendum jus reale.*

Qvan-

1. Qvanqvam † ex Instrumẽto, non habente aliqvod vitium visibile, executivè agi potest, *M. Coler. de Proceß. Execut. p. 2. c. 2. n. 3. & seq. P. Heig. p. 2. q. 7. num. 7. & 21. cum seqq. Ummius ad Proceß. Disp. 17. n. 22. Nicolaus de Passerib. tr. de Scriptura privata lib. 1. Q. 1. n. 122. Joh. Brunnemann. ad l. Instrumenta. 5.*
2. *C. de Probat.* † In Instrumento tamen, habente debitum conditionale, vel in Diem, qvæ nondum venit, hoc fallit. Cùm ex hoc agi neqveat; Ergò multò minus executio peti. Obstat enim Exceptio plus petitionis tempore, *h. text. n. & §. temporales. 10. de Exceptionib. c. un. §. Tempore plus. X. de Plus petit. l. 4. ff. ad L. Aqvil. Joh. Zanger d. tract. de Except. p. 2. c. 11. num. 4. Dn. Christoph. Philipp.*
3. Richter/ *Decis. 73. n. 3.* † Nisi sit periculum in mora: tunc enim etiam ante diem, ut idoneè caveatur, agi potest, *l. quæsitum. 14. ff. de Pignor. & hypothec. l. si ab arbitrio. 10. l. inter omnes. 12. ff. Qui satisd. cogunt. P. Heig. d. q. 7. n. 100. M. Coler. de Proceß. execut. d. c. 3. n. 115.*
4. † Eâdemqve ex causâ, in casu, qvando conditione pendente, vel anteqvam venerit dies Solutionis, facultatibus labi Debitor in-
5. cipit, † arestum pro debito etiam in Diem concedendum est Creditori, saltem, si ipsi fortè aliàs non sufficienter cautum fuerit, † ut jus 6.
reale in bonis Debitoris conseqvatur, *Dan. Moller. lib. 2. Semestr. 23. H. Pist. Obs. 209. num. 12. & seqq. Dn. Carpzov. p. 1. const. 17. def. 32. num. 5. & seqq. & const. 28. def. 147. num. 6. & seqq. M. Berlich. p. 1. conclus. 89. num. 12. & concl. 74. n. 25. Dn. Christoph. Philipp.* Richter/ *Decis. 77. num. 47.*

Ita respondit Facultas Juridica Lipsiensis M. Februar. Anno 1615. PP. Dennoch aber und dieweil viel vornehme Rechts-Lehrer dahin schliessen/ daß/ wann periculum in mora; ein Arest auch wegen einer solchen Schuld/ so noch nicht fällig/ wohl kan gesuchet und erlanget werden: So werdet ihr auch/ Krafft Eures erlangten Arests/ den andern Arestanten billig vorgezogen. V. R. W.

Nec non Scabini Lipsienses M. Septembr. Anno 1626. in causâ Martini Zeppens zu Merseburg. Seyd ihr ex jure cesso wider Hansen Bernhardẽ/uf Brieff und Siegel zu klagen gemeinet/ immassen ihr euch auch solches allbereit gegen gedachten Bernharden verlautẽ lassen. Dawider er aber fürwendet/ daß der in der Obligation zugesagte Zahlungs-Termin noch nicht herbey kõmen. Ob nun wol sonsten in dem Fall/ wenn der Schuldner in Abfall seiner Nah-

Nahrung komt/auch vor d'Zahlungs-Frist / die Executio uff klar Brieff und Siegel / zur Versicherung des Creditoris angeordnet werden mag: Dieweil ihr aber dennoch/eurem Andeuten nach/ durch Vorlegung richtiger Cession, oder sonsten nicht beybringen möget/ welcher Gestalt ihr vorgedachte Obligation, so uff Andreas Kormans Nahmen gerichtet/ überkommen/und an euch bracht/2c. So mag auch ehe und zuvor solches von euch geschicht/ die Executio wider Hansen Bernharden nicht angestellet werden. V. R. W.

ECLOG. LIX.

Ex §. Si qvis aliud. 35.

In Judiciis universalibus omni tempore libellum mutare licitum est.

SUMMARIA.

1. *Actori licet libellum mutare & emendare, usq; ad litis contestationem.*
2. *Per litis contestationem qvasi contrahitur in Judicio.*
3. *Idem in foro Saxonico, Gvarandâ præstitâ.*
4. *Sub pœnâ refusionis expensarum.*
5. *Clausula salutaris libello adjecto nil operatur.*
6. *Qvæ illa Clausula?*
